I SEMPREVERDE

TEOFILO FOLENGO

Le maccheronee

ATHENA
EDIZIONI

Athena Edizioni ti regala questo libro in formato cartaceo, stampato e spedito gratuitamente a casa tua. Infatti per ogni libro acquistato dal sito potrai scegliere un libro della collana Sempreverde in omaggio. Visita edizioniathena.it per maggiori informazioni.

I

ZANITONELLA

SIVE INNAMORAMENTUM ZANINAE ET TONELLI

TONELLUS

Forte caleffabit gens me citadina vilanum,
quod sic Zanninae brusor amore meae,
quod ve, bovum stallas usus nettare boazzis,
sforzor amorosas fora butare doias.
Heu semel in pania cuncti veschiamur amoris:
qui non puttus amat, credite, vecchius amat.
Nec minus urbanis mattescunt gentibus illi,
qui menant pastos ad beverare boves,
qui mungunt vaccas, pegoras qui forbice tosant,
qui pascunt asinos gramine, fronde capras,
quique sciunt magros ad giandas ducere porcos,

quique sciunt buschis grana cavare tridis.
Nemo super terram panem mangiare videtur,
cui non puntigera panza foretur acu.
Sit contadinus quisquam, sit natus in urbe,
trat semel in trapolam quemque Cupido suam.
Ille veretones tirat huc, tirat improbus illuc,
qui volat ut smerlus, caecus et absque braga.
Et quamvis mea sit qua scribo penna badilus,
zappaque callosas det celebrata manus,
et licet inchiostri mihi sit calumare botazzus,
quem sugo, dum cerebrum bella Zanina sugat,
non tamen, oyme, gravem potui scampare brusorem,
per quem sforzatur cedere vanga pivae.

Ad Zaninam

Tempus erat quando flores primavera galantos
spantegat, et freddam scolat Apollo brinam.
Sancta facit saltare foras Agnesa lusertas,
serpaque scorzato corpore laeta godit.
Capra petit caprum, chiamatque cavalla cavallum,

quaeque sibi charum cercat osella virum.
Invernata novas armenta biolcus ad herbas
menat, et ad torum calda vedella fugit.
Boschicolae frifolat Philomelae gorga per umbras,
datque suos primo rondina mane sonos.
Te tunc ante meos oculos desgratia duxit,
o Zannina, gulae corda gaiarda meae.
Vix et apena tuum vidi gregnare bochinum,
illico balestram discaricavit Amor.
Discaricavit Amor talem, mihi crede, sagittam,
ut pro te veluti pegola nigra bruser.
Sola, precor, mea sis, mea sis tu sola morosa,
sic tuus aeterno tempore drudus ero.
Omnibus in rebus contentor habere sodalem,
compagnum dulci non in amore volo.
Si nil gnecca tuo fueris, Zannina, Tonello,
non mitriam summi ferre bramabo papae.
Deh! per amore Dei, si te amo, dic mihi verum:
num migolam pro me dulcis amoris habes?
non ingannor, habes, quia sic natura comandat:
- O brigata, volo, quisquis amatur amet.

AD CUPIDINEM

Solus solettus stabam colegatus in umbra,
pascebamque meas virda per arva capras.
Nulla travaiabant vodam pensiria mentem,
nullaque cogebat cura gratare caput.
Cum mihi bolzoniger cor, oyme, Cupido, forasti,
nec tuus in fallum dardus alhora dedit.
Tota ruinasti rationis moenia, quae tum
circa coradellam bastio fortis erant.
Nonne disarmatam panzam peralhora catasti?
nonne fuit rocchae guarda neguna meae?
More valenthominis schenam deretro feristi:
o bellas provas quas, traditore, facis!
Crede mihi, pocum soldatus acquistat honorem,
bottinum poveras qui menat extra casas.
Oro sed almancum, si sic tractare Tonellum
te iuvat, angoscae cura sit una meae.
Nunquid habes in me solam solummodo frizzam?
Si bene per zuccam quaeris, un'altra latet.
Sentiat hanc etiam medio Zannina figato,

apta nec affanno sit medesina suo.
Scannasti poverum Tonnellum, scanna Zaninam,
pendeat ut nostrae iusta balanza somae.
Si caricas asinum, neque par sit utrique galono
sarcina, non illam bestia pigra feret.
Omnia sunt drittis semper iuxtanda misuris,
per versum sic res it cadauna suum.

De Zannina

Nonne Diana mihi se monstrat stella politam,
cum tirat occhiadas bella Zanina suas?
nonne scaviatam mihi sol damatina palesat,
cum scoprit trezzas chara morosa suas?
nonne tuas aperis nobis, san Marche, tesoros,
cum ringit dentes dolza putina suos?
Tullius in pergol Ciceronus nonne ragionat,
cum parlat nymphae docta loquela meae?
gens citadina sonat chitarinos nonne tricordes,
cum cantat musae bocca basanda meae?
capra legera mihi saltando nonne someiat,

cum ballat divae gamba gaiarda meae?
Testa, manus, gambae, pes, venter, coppa Zaninae,
seu stet, seu sedeat, sive lavoret agros,
seu parlet, cantet, mangiet, faciat ve coellum,
sunt ea quae nisi sint nil patet esse bonum.
Sunt sol, luna, Venus, mundus, mediusque Milanus;
sunt (ut concludam) tota Cipada mihi.

Ad Zaninam

O Zannina meo plus stralusenta badilo,
cur sguardaduris me, traditora, feris?
Sunt mihi tot raschi medio ventrone ficati,
occhiadas quoties das mihi saepe tuas.
Quales barberii video splendere bacinos,
aut qualis multum vanga drovata nitet,
sberlusenta quidem talis tua fazza scoraiat,
quisquis mostazzum vult doniare tuum.
Quando tibi miror guanzas rossore galantas,
- O giandussa - crido, - stella Diana venit. -
Esse tuos digitos penso bis quinque cavecchios,

quos tibi de perlis fecit Apollo suis.
In teneram posses ferrum voltare povinam,
cum tortorellam, cum titalora canis.
Est verghetta mihi de fino facta piombo,
hanc tibi donabo, sis molesina tamen.

DE SE MEDESIMO

Phoebus abandonat terras cascatque sotacquam,
Vultque super lectum se colegare suum.
Zappator zappam, bovarus lassat aratrum,
cavaque fossator straccus a casa redit.
Cuncta repossatum redeunt, gallina polarum,
porcus porcillum, capra caprile petit.
Fabri martellos ponunt, pennamque nodari,
installatque asinos iam molinara suos.
Quisque aliquem busum cercat qualcumque ripossum,
solus ego tota nocte travaio miser.

ECLOGA

TONELLUS, GARILLUS, PETRALUS.

TO. Dum stravaccatae pegorae marezant,
dumque passutas coprit umbra vaccas,
ecce sub gianda locus umbriosus,
barba Garille.

GA. Cancar, est verum, reposemus ambo.
Quam bonus ventus sofiat sub istis
fraschibus, dum sol nimio boientat
rura calore.

TO. Sentin ut tantae cicigant cigalae?
sentin ut rumpunt cerebros cridore?
hoc aguzzatur (modo sit coellum)
voia bevendi.

Ergo taccatum quod habes galono
da mihi fiascum, sitio, Garille,
atque ganassas habeo brusatas,
spudo stopinos.

Tu prius buso remove coconem,
iam bibo, clo clo resonat botazzus;
est bonum vinum, sed habet saporem,
oibo, vaselli.

Sum refrescatus, mihi milza nodat;
sicca pro troppo coradella caldo
sorbuit vinum veluti quadrellus
toltus ab igne.

Sentio flatum stomachi gaiardum:
vox mihi salda, quid erit, Garille,
si meae versum facimus Zaninae?
accipe pivam.
GA. Canta, dum plenis sofio ganassis,
lilili blirum, male stoppo busos,
lili brilirum, quid agis? comenza.
Bliri lilirum.
TO. Debeo grossum facere an sotilum?
GA. Es refredatus, mihi fac sotilum.
Hor su lá, dic su.
TO. Zoanina bella,

scolta Tonellum.
Oyme, li blirum, Zoanina blirum,
huc veni, lirum, mea, berli lirum.
Sed quid a longe video venire?
ecce Petralus.
PE. O Toni, quare dubitas nientum?
tu ne contradis retines in istis
bestias, porcos, pegoras, caprettas,
nec via scampas?
miror ut panzam tibi stas gratare,
et facis cantu resonare boscum,
et facit tecum reboare lu lu
piva Garilli.
Nos todescorum furiam scapamus,
qui greges robbant, casamenta brusant,
foeminas sforzant, vacuant barillos,
cuncta ruinant.
Tu tamen cantas ab amore presus,
tu tuam curas potius Zaninam,
quam spagnolorum veniente stolo
perdere capras.
TO. Mantuae noster duca, vel Cipadae,

ocium nobis facit hoc, Pedrale,
deque camporum stopiis suorum
pascolo vaccas.
Semper huic servus, volo schiavus esse:
tres ei dono pegoras ognannum,
octo formaios, totidem recoctas,
quinque cagiadas.
Sit meus semper duca, sit patronus,
imperadorus, papa, rex, compadrus,
quem canam, donec mihi vox carebit
tempore vecchia.
Quattuor nigras gerit ille osellas,
nomen illarum bene non recordor.
GA. Sunt ne cornacchiae? tacolae ne? corvi?
TO. Non ita, cancar!
haec aves coelo pratigant in alto:
seque reginas volucrum domandant,
haec polum crollant, baratrum spaventant
tempore guerrae.
PE. Non mihi migam tua sors noiosa,
quam tibi fecit duca mantuanus,
sed todescorum potius canaia

tanta recrescit.
En meo scazzor proprio paeso,
en viam charas scapolo caprettas,
sum malavoiae, quia dulce retro
lasso terenum.
En duos agnos modo parturitos
vix guido mecum, pecoris speranzam.
Hei mihi qualis codesella balzat
nos pegoraros!
Saepe cornacchiae faciendo cra cra,
saepe civettae faciendo gnao gnao,
ante dixerunt mala tanta nobis
supra caminos.
Dic, Toni, tandem mihi iam rasonem,
ut quid et quare tot in angonais,
et tot in rerum straniis bagordis
Mantua saltat?
TO. Mantua est totis melior citadis,
Mantuae gens est bona, liberalis,
Mantuam semper squaquarare sentis,
barba Pedrale.
Ista primaios genuit poëtas,

alter in Phoebi beveratur amne,
alterum pleno gregus imbriagat
saepe bigunzo.
Hinc cavallorum bona razza nascit,
terra vaccarum nat in amne lactis,
ricca formento, pegoris, olivis,
piscibus, uvis.
Semper in ballis godit et moreschis,
hic sonant pivas, cifolos, tiorbas,
hic ve sampognas, pifaros, rubebas,
cagaque cimblos.
Factio non hic gibelina plus quam
ghelfa guardatur, sed amant vicissim,
prandeunt, coenant, caciant, osellant,
arma manezant.
Non ibi cartae, tavolerus, atque
non ibi tric trac, crica, sbarainus,
cum quibus giochis iuvenes sedendo
corpora guastant.
GA. Ut super montem male barca possat,
utque barozzus male sulcat undas,
hoc facit stessum giovenezza stando

ludere cartis.
To. Mantuae zugant cugolis rodondis,
quas vocat Bressae populus borellas,
quando per cerchi spatium balotta
itque reditque.
Gonfias ballas veluti vesigas
solis ad razzos agitant scanellis,
hic batit primus, rebatit secundus,
cazza notatur.
Giostra, bagordus, scrimiaeque ludus
sunt iuventutis godimenta nostrae:
vos simelmenter iuvenes de Bressa
statis alegri.
Pe. Deh, Toni, quantum mihi das afannum,
dum modo Bressam poveram recordas,
quae patit nunc nunc mala tanta, quanta
portat un'altra.
Nam quis hormaium Deus aut diavol
huic dabit qualcum miserae solazzum?
non, Toni, plus est ut erat sub alis
Bressa Samarchi.
Qualis est inter Paduae vilanos

gallus aut sguizzer, magis aut todescus,
quum fracassatis ab utrinque squadris
cascat in illos,
quum tapinello rabidi lupazzi
dant feridazzas ruginente ferro,
atque per panzam faciunt regattam
figere forcas;
talis est inter varias canaias
nobilis Bressae poverusque nostrae:
inter et centum penitus busatur
artelarias.
Hanc avisavit bene tunc ruinam
quando castelli Mirabella turris,
tota de peso nebulis levata,
longe volavit.
Illa bombardae stygium tenebat
pulverem, dico stygium, quod ipsum,
si Toni nescis, genuere mundo
trenta diavoy.
Hanc focus coeli rapuit debottum.
O puta, qualis crepitus sonavit!
saxa de centum pesiis volarunt

ad Colucuttum.
Post eum casum sequiere tanta
bella cum Gallis, italis, spagnolis,
cum Capellettis, sguiceris, todeschis,
ac Brisighellis.
Non eos Manto patitur malannos,
non malapasquas in honore, vita,
rebus in nostris, at honore tolto
robba cagatur.
At diem iam nox tenebrare coepit:
vado, sta sanus, pegorare felix;
ac meis stallis, modo quas relinquo,
usa libenter.
TO. Nocte tu noscum remanebis ista;
sta, tibi dico, bone mi Pedrale,
poma, castagnas habeo, casettum.
PE. Nolo, valete.

DE SEIPSO

Vado per hunc boscum solus, chiamoque Zaninam,

ut chiamat vitulum vacca dolenta suum.
Cursitat huc illuc, nescit retrovare fiolum,
smergolat echisonis per nemus omne cridis.
Fert altam codam, se trigat, stendit orecchias,
an scoltet puttum forte boare suum.
Heu quia nil sentit, nec sentiet omnibus annis,
namque suum pignus dulce becarus habet.
Plangens tandem aliquo se firmat sola sub antro,
nulla dat nerba cibum, nulla dat unda bibum.
Me rursum trasportat amor de more cavalli,
quem smaniare facit vista cavalla procul.
Raspat et antrattum soghae retinacula spezzat,
longeque fameio retro cridante fugit.
It rognendo viam, sofiat per utrumque canalem,
cercat equam, sed non pazzus acattat equam.
Dicere nil zovat famulo: - Sta, bestia, pru, sta; -
nilque in crevello mostra biava trigat.
Sola tamen potis est illum firmare cavalla,
sic me, sic heu me sola Zanina potest.
Scorrozzata tamen stat semper gnecca Tonello,
nec causam sdegni vult mihi dire sui.
Me non ascoltat lachrymantem more putini,

cui perdonanzam sic peto, sic ve crido:
- Oyme, Zanina, tuum spresias ne ingrata Tonellum,
o plus calcagnis dura Zanina meis.
Qualem terrenum ghiazzarum tempore vango,
quum nil gasones vanga zelata forat,
talem surda tuam reputo rigidescere voiam,
non piat orecchias ulla preghera tuas.
Nocte levo susum, sono pivam, canto Rosinam,
cantoque: Para foras, belle Gianole, capras.
Tu matinadis incagas, tuque sonettis.
Heu libertatis venditor omnis amans! -
Quomodo supportas istud, fraschetta Cupido?
Est braga iam capiti facta beretta meo.
Ad corpus sanctae, volo blastemare, Nefissae,
nulla est affannis doia paranda meis.
Hanc amo poltronam, quid amo? magis immo botyri
more scolor, nec non sulphuris igne coquor.
Ipsa tamen vecchio plus ostinata muletto,
calcibus hinc chioccat, morsibus inde piat.

De bocca Zaninae

Bocca Zoanninae quum grignat, grignat Apollo;
labra Zoanninae sunt codesella mihi.
Bocca Zoanninae quum parlat, parlat Ulisses,
labra Zoanninae sunt malapasqua mihi.
Bocca Zoanninae quum cantat, cantat Arion,
labra Zoanninae sunt titalora mihi.
Bocca Zoanninae quum spudat, balsama spudat,
labra Zoanninae sunt aqua nampha mihi.
Bocca Zoanninae quum plangit, plangit azalum,
plangunt saxa, petrae duraque ferra colant.
Haec ea dum grignat, parlat, flet, cantat adunca,
grignant, flent, parlant cuncta, canuntque simul.
Atque ego dum grigno, parlo, fleo, canto, spudoque,
sic facio quoniam sic mea putta facit.

MATINADA

Quis meam casu reperit coradam?
Olá, non audis, Zoannina surda?
Dic meam quis nam rapuit coradam,

ventre forato?
Sentio me me vomitare flatum,
nam coradellam mihi sustulerunt,
non coradellam bovis aut cavalli,
dico nec asni,
sed meam parlo propriam coradam
cum tuis guardis, oculisque ladris,
o meae lusor Zoanina vitae,
ventre cavasti.
Cum piva multas venio fiatas,
et matinadis cano te galantis,
nec tamen duram tibi, porca, testam
rumpere possum.
Nunc matarellum sono, nunc pavanam,
nil meae curas sonimenta pivae,
quae, schitarrinos superans et arpas,
pecora squaiat.
Unus est princeps schitarae sonator
Orpheus, cunctis celeber paësis,
sic similmenter prior est Tonellus
gloria pivae.
Orpheus seccas tirat ad budellas

haspides surdos, basilisca, dragos,
fraxinos, querzas, salices, onizzos,
saxa, matones.
Non ego mancum facio Tonellus:
vix pivae flatu repleo botazzum,
et lili blirum digiti comenzant,
omnia saltant.
Per domum ballant tavolae, cadreghae,
guindali, naspi, gramolae, buratti,
scamna, lettirae, simul huc et illuc
mille zavattae.
Saepe dum canto gelidis sub umbris,
cum lupis agnae, canibus capellae,
vulpibus galli pariter comenzant
fare morescam.
Dura sed plus es, Zoanina, saxis:
ac habes testam similem giarono,
porto calcagnos ego plus tenellos
quam tua voia.
Nunc super lectos alii repossant,
solus intornum sine luce vado,
non habes de me, traditora, doiam,

immo caleffas.
Ayme, cur tantas renui morosas?
nonne Bertazzam, Toniam, Simonam,
nonne Gelminam? cagalocchius, ergo
sis molesina.
Nam bianchinam voco te superbis,
teque bellinam nimis esse bravas;
quisquis est bellus putat esse bruttos
quoslibet altros.
Ne tuae credas, mea gioia, fazzae,
quod biancuzzos habeat colores:
bianca dat panem mihi terra pocum,
sed nigra massam.
Ergo me nulla spresias rasone.
Nonne sum riccus, bonus atque bellus?
tresque porchettos habeo tetantes
ubera scroiae?
Sunt mihi septem pegorae, novemque
cum viro caprae, iuvenisque vacca:
lacte nec maium carui novello
atque polenta.
Sum satis bellus, satis et politus,

vado stringatus simul octo stringhis,
meque saltantem pedibus legeris
nullus arivat.
Porto de paia vitiae capellum,
cuius in banda posui medaiam,
qua sub ut stringa rubea ligatur
penna caponis.
Sed viam butto quid ego parolas?
cridat indarnum mea piva surdis,
Non orecchiarum patitur tuarum
rogna gratari.

AD EANDEM

O Zannina mei sollazzum dulce figati,
dulcior est muso nulla recotta tuo.
Potta meae matris, quam sum modo cordis alegri,
me quoniam Stanam credis amare gosam.
An zelosa tui facta es, mea perla, Tonelli?
martellum nostri nunquid amoris habes?
Hei mihi quam tundus, quam sum lignamine grossus,

si credam chiachiaris fidere posse tuis.
Tu me bertezas, dubito, me, zaccara, burlas,
non est soiandi causa veruna tamen.
Siccine te fidum semper trapolare bonhomum?
siccine menchionus sum tibi, semper ero?
haec sunt poma, nuces, castagnae, gucchia piroli,
quas tibi ricchezzas munere, ladra, dedi?
talia num scordas? veniat tibi canchar in occhis.
Quid nimis indusias? me cito scanna, precor.
Me, lupa crudelis, spazzatamenter amazza,
te potes in trippis abotinare meis.
Sum tuus, ergo tuis de impresis fac ve refac ve
sicut cervelli me guidat orma tui.
Aut impastatum milii cum pane tracanna,
smaltitumque simul cum macarone caga.
Ah datur altandem marzam comprendere: non hoc
Tonnelli meritat longa leanza tui.
Nonne daparte mea specchiettum Dina rotondum
attulit et nitidi quinque dotonis acus?
nonne duas stringas? tamen es ingrata Tonello,
quoque magis dono, tu magis aspra venis.
Te Brothem et Stroppi, te nudus membra Pirazzus

fecit et in durum vertit azale caput.
Ferri pectus habes in me, sed pectus ofellae
in Bertolino, perfida vacca, tenes.
Tu Bertolinum mihi praefers? te ne Righettum?
cedere ne ingenium debet utrique meum?
Si nos doctrina paragonas, doctior illis
sum vanigare hortos, sumque menare boves.
Si signalatis gestis magnisque prodezzis,
me meritat regem Franza, Cipada papam.
Deh voias, Zannina, tuum cognoscere tortum,
et me quem stizzus brusat amoris ama.

AD EANDEM FUGIENTEM

ALPHABETUM

Ayme, quo longe scapolas Zanina?
ayme, cur schenam, traditora, voltas?
ayme, sta mecum soror et codognum
accipe pomum.
Barbaros vincis feritate turcos,

bistones, moros, sviceros, todescos,
bestias, serpos, quot habet diablos
Belzebub orco.
Curre planinum, tibi saxa rumpunt
cuncta scarparum sparamenta, solas:
cancar ortighis veniat, quod ipsae
crura cruentant.
Deh quid indarnum sequor hanc ribaldam?
deh quid istius sub amore ladrae
ducor ad forcam? mihi troppa lazzum
doia parecchiat.
Ecce non longe video cavallam,
est ei pro me misero cavezza;
ergo cornacchis laqueo picatus
esca manebo.
Forca sit nostrae medicina poenae,
forca tot guaios penitus sconibit,
forca me picchet, pariterque ladram
forca Zaninam.
Gratias coelo, quia nunc trovavi
gaudium, quo me fugient afanni;
guardiani campis faciam seguram

gutture pesus.
Haec salix, aut haec erit apta quercus
hanc meae vitae satiare voiam.
Heu quid expecto miser? est adessum
hora picandi.
Ito nunc ito, Zoanina cruda,
ito, qui se met picat, est Tonellus,
ibis ad stuvam sine quo, nimisque
indusiasti.
Laude mancabis, mea namque stanca
lingua non maium veniebat, ut te
laeta cantaret, faciente piva
li li li blirum.
Muta tu semper precibus fuisti,
matta quapropter reputaris esse:
mortus at postquam fuerit Tonellus,
moesta crepabis.
Non dabo non plus tibi poma, figos,
non rosas, mentam, ricolam, basecchiam,
non dabo non plus lepores, columbos
non dabo non plus.
O mihi giornus maledictus ille,

ossa cum pro te mihi tota sensi
obteri dardis ab Amore iactis!
o furor, o mors!
Possit ad terram rigolare coelum,
possit ad centrum ruinare terra,
possit in flammas simul omnis ire
pontus et aër:
Quin simul cunctae pereant puellae,
quin simul vacchae moriantur istae;
quaeque donnarum meritat picari,
quaeque brusari.
Rumor et lites veniunt ab illis,
rixa cum foemnis pariter creatur,
ricchus est mundus diavolabus istis,
ricchior orcus.
Semen est mendax muliebre, vanum,
semen ingratum, petulans, malignum,
sordibus plenum, putridum, diabli
stercore plenum.
Troia per solam cecidit bagassam:
totus it mundus simul ad brodettum,
tuque per puttam modo iam, Tonelle,

temet apicca.
Vado piccari, locus iste non est
vistus, en sogam iugulo tacavi.
Vado iam supra salicem, sed ah quis
volgitur istuc?

VISUS A SALVIGNO SIC PARLAT

Omnibus impresis desgratia semper acozzat,
guastat et intoppis cuncta bonopra suis.
Fare potest coelum quod sic a sorte vetemur?
est ne canaruzzo tolta cavezza meo?
Sors differre potest, at non prohibere soghettum:
stat mihi per certos forca parata deos.
Nec liber arbitrii toto retrovatur in orbe,
nec scitur qualis scripserit autor opus.
Quare librarias seu papae sive Samarchi
istius arbitrii non tenet ulla librum.
Certus apiccabor, quamvis disconzor ab illo
qui venit inquaium, certa stat hora mihi.
O si cornacchias esset prohibere facultas,

occhios piccati quae caput extra cavant!
Nam quae sors mortis quam forca est gratior unquam?
sola est talento congrua forca meo.
Omne genus mortis sub terras corpora cazzat,
piccatis coelum posse videre datur.

ECLOGA

SALVIGNUS ET TONELLUS

SAL. Quo quo frezzoso passu? sentis ne, Tonelle?
cui dico? pru, sta, tibi fo de more somari.
TO. Deh, Salvigne, meum noli sturbare viazzum,
lassa vestitum, lassa, tibi dico, gabanum.
SAL. Nec tibi vestitum, nec ego tibi lasso gabanum,
ni mihi doiosi narres pensiria cordis.
TO. Ast ego dico tibi, nisi me sinis ire, corozzor.
Ad corpus lanchi, mistatem rupero nostram,
atque super nasum pugno stampabo medaiam.
SAL. Ah Tonelle meus, nimis es boriolus adessum.
Quid facies hosti, si scorozzaris amico?

scire tuos guaios nunc cerco, daturus aiuttum;
et vis ad primarii voltam mihi rumpere nasum,
ne possim post hac tondos nasare melones?
Omnia sunt charo semper dicenda sodali.
Nonne meus grandem tortum compagnus habebit,
causam doiarum nisi dixerit ille suarum?
TO. Oyde quid in mundum veni stentare tapinus?
oyde quid indarnum mater me Agnesa latavit?
mancum nonne malum mihi tunc et alhora fuisset,
ex asini caldo fieri pissamine fungus,
vel petra, vel zoccus, vel (quod volo dicere) stronzus,
quam saguratus homo sic matris ventre cagari?
SAL. Ah quid afannaris? quo desperatio tanta?
non desperatae plagae medesina catatur.
Quum fortuna suos dat nobis prava travaios,
conseium saviis ab amighis tore bisognat,
atque in carnerum deponere verba rasonis,
sunt quia cordoios bastevola tollere nostros.
TO. Oyme miser, mors sola meum leviaret afannum.
SAL. O ben pazzus homo, qui calzos ferre legeros
nescit mosconum, nisi mortis chiamet aiuttum.
Vis ne, Tonelle, mori? qua morte? rasona coellum,

forsitan et tecum mihi voia morire venibit.
TO. Ecce, meae mecum cavezzam porto cavallae.
SAL. Cerno quod hanc portas manibus, sed nescio quare.
TO. Quare? quia volo me stessum suspendere ligno.
SAL. O cermisonem, te met piccare cavestro?
tu bene piccares alios, tibi parcere nolens.
Non dubium quoniam est amentis amantis usanza
nolle salutarem compagni audire ricordum.
Fer causam, nunquid borsam tibi ladro robavit?
TO. Non vermocagnus sic est, quia perdere vellem
borsam, quattrinos, pegoras, casamenta, cavallam,
plus prestum quam te, quam te (nil dicere possum,
sanglottus stoppat sorramen namque fiati)
plus praestum quam te, mea lux, mea vita, Zanina,
quam te garofolum, pomumque, et bella rosina.
Est, Salvigne, mei scanacori causa Zanina.
Sola Zanina meum potis est morzare brusorem,
sola Zanina suis me snembolavit ocellis,
hanc amo, nec redamat, brusor, nec porca movetur,
imo bertezat, soiat, chiamatque gazanum.
Sola iuvare potest et quod sit sola spiavit,

unde superbescit, nostrisque altera cadenis
alzatam portat crestam, beccumque levatum,
ut gallina solet, si grossum fecerit ovum.
Die, Salvigne, precor, crudelis nonne vocanda?
illa potest nec vult medio succurrere morto.
SAL. Doh, codesella, ergo cruciaris amore Zaninae?
TO. Est ita, mò cancar, num cosa novella videtur?
SAL. Cosa novella quidem, fuit haec sentitio prima.
Est ne Zanina Petri Gambonis filia? scis ne?
TO. Est, est, oyme, istud me tantum nomen amazzat.
SAL. Maraviliabam quod eras sic fronte rapatus,
qua te fastidis monstrabas essere pregnum,
tamque magrum vidi, tam gramum, tamque striatum,
ut mangiata lupis pareres vacca famatis.
Deh, poverelle, istis noli te credere fomnis,
noli post ipsas cervellum perdere ladras,
noli, dico tibi, Veneris seguitare putellum.
Ille cavestrellus faciet tibi rumpere collum,
ille orbisinus totum sfrantumat honorem.
Est amor angoscae speties, mentisque diavol,
est amor errorum capitanius, estque putanae
filius, est proprii domenticatio iuris,

est quoque vergognae contrarius, estque maligna
pestis et a nulla morbus guarribilis herba:
per quem perdit homo ius, robbam, seque medesmum.
Fac sennum matti, deh lassa, Tonelle, talopram,
nam secchiam merdae tandem cascabis in unam.
Noscere vin causam, cur non habet ille mutandam?
est quia vergognis oculos bindamine stoppat.
Noscere vin quare puer est, nunquam ve senescit?
nam facere impresas pueriles cogit amantes.
Noscere vin quanti sit damni causa ladrettus?
hic exempla tui solum statuamus avantum.
Si, Tonnelle, modo zuras mihi dicere verum,
est tibi nulla modo vaccarum cura tuarum.
Primum secca illis garlettos merda boazzat,
nam velut usabas nunquam tua stalla netatur.
Si mungis, mungis tal qualiter omnia puzzant.
Omnia te tristant, praeter doniare puellam,
quae tibi cervellum rapuit, sennumque robavit,
inque gucchiarolo retinet putanella ficatum.
Cessant nascherpae, cessat cagiada, botirus.
Humida formaium corrumpit muffa levatum,
itque in malhoram pecoris speranza torellus,

inque malum puntum substantia tota ruinat.
Vigna tui broli sine palis, piena ruidis,
clamat et a longe zappam nonanta mearos.
Vadunt ad sguazzum campi, lagus arva covertat,
namque cavedagnis nunquam fossata cavantur.
Dormit zappa domi, forcatus, vanga, badilus.
Cuncta sui culpa veniunt ruginenta patronis.
Hic ille acquistus, qui fitur amare puellas;
hunc mulazzus Amor tibi dat, Tonnelle, guadagnum.
Perdis amicitiam multorum, perdis honorem,
et patri matrique tuae paris, improbe, guaios.
Hunc de cervello tostum, precor, excute grillum,
ne bovis accipiat panzam, bustumque gigantis,
et modicus fiat grandis montagna fasolus.
TO. Ista meam rupit circumparlatio testam,
per dextramque intrans laevam passavit orecchiam.
Dans vento calzos umbram, Salvigne, misuras,
in ghiazzam scribis, solis scaldante lusoro.
Plus tostum caschet mundus, coelumque roversum,
plus tostum mulosque asinosque volare videbis,
cornacchiasque iugo faciemus arare ligatas,
plus tostum talis nascat verzonus in horto,

quod minor ad totam Bressam det foia menestram,
quam sinat unquamcum Tonnellus amare Zaninam.
Et licet hanc vellem, non possem linquere foemnam,
et licet hanc possem non vellem linquere nympham.
Vade, nec impresa me quisquam toiat ab ipsa.
SAL. O sine cervello zentaia, genusque matescum,
se cruciant quod amant et amorem sponte sequuntur.
Cazza foras istam de testa, pazze, matezzam,
teque tibi stesso prudenti torna vedero.
Hic Amor ad stuvam mandat finaliter omnes,
tuque capraeque tuae sparavero andabitis ultro.
TO. Mentiris, nec Amor fit eorum causa malorum.
Nonne quis est similis zocco similisque puvono,
quem non mordet amor, quem non capit ulla puella?
dic, giandussa, quid est virtus nisi germen amoris?
virtutem sborravit amor, sborravit amorem
summa Dei beltas, quae corpora nostra galantat,
inque Zoanninam venit bellasque putinas.
Nunquid ego potius merlottus amabo cavallam
quam bellam donnam, sensuque rasoneque plenam?
SAL. Potta meae, quod non volo blastemare, madregnae,
argumenta facis magno bastantia Scotto.

Sum contentus, ama, quia quemque bisognat amare,
sed ratio, non mens lassiva gubernet amorem.
TO. Doh diavol, amor non est subiectus, et istinc
debet amor potius rationem flectere quo vult.
Non ne vetus proverbol habes: «Amor omnia vincit»?
SAL. Heu bene parlasti, meschine, quod omnia vincit,
namque tibi robbam, famam tulit atque saperum,
plusque Zoanninam curas quam mungere vaccas.
TO. Pur ibi te fichet, nescis voltare galonem,
num tu Zanninae vis me praeponere vaccas?
SAL. Non, sed ama pariter vaccas, vaccamque Zaninam.
TO. Oh veniat cancar tibi nunc, manigolde, quid inquis?
tu ne Zoanninam praesumis dicere vaccam?
SAL. Perdonanza, precor, nolique cridare, fradelle,
nam meus incauto dictus muzzavit ab ore.
Imo Zoanninam stellam chiamabo Dianam,
dummodo non voias te desperare per illam.
Quod si desperas, et vis te tradere corvis,
non pur eam vaccam sed ego clamabo putanam,
et semper dicam quod Amor tibi colla tiravit.
TO. Numquid Amor boia est, quia dicis colla tiravit?
SAL. Ut quid habes manibus pro te appiccare cavezzam?

TO. Non amor, ast odium quod fert mihi cruda Zanina,
me quasi sforzavit contradam perdere drittam.
SAL. Ut quid amas illam, si te sdegnosa refudat?
TO. Troppus amor quem porto sibi facit esse superbam.
SAL. Ergo troppus amor te vult picare bonhomum.
Ne stupeas, boiam si dixi nomen amoris.
TO. Crimen amoris enim non est, at culpa puellae,
troppus amor non esse potest, at troppa superbit.
SAL. Dissimula, fingasque aliam seguitare morosam.
TO. Dissimulare nequit, vel fingere, pazzus amator.
SAL. Heu quia vicisti, cedo, Tonnelle, nec ultra
disputo, nam tua me sententia docta ligavit.
Non de cadreghis doctae venit ista Bolognae,
non Pomponazzi processit ab ore Peretti;
talia nec donant zappae, nec aratra saputis;
solus amor docuit, potis est qui alzare biolcos
de ruto stallae scarlatti ad culmina brettae.
Victor es, et speciem formamque agnoscis amoris.
Est gentilis amor, vult cor gentile, galantum.
dulce, saporitum, tandem dulcedo fit ipsa.
Et iuro, Tonnelle, tibi, retrovabo Zaninam,
hanc ve tibi faciam dilectam, lassa pauram,

lassa mihi curam, me guarda, staque segurus.
Vade casam laetus, cordamque retorna cavallae.
Sol ruit in saccam, grillique per arva tricantant.

MIRA TONELLI VIS

Oyde meus venter, mea milza, meusque magonus,
o mea tercentis testa piena grylis!
o quales lancos, o qualia cancara porto!
poena minor poenis est codesella meis.
Nil sunt giandussae, nil vermocanus ad istas,
quas pro te sofro, gnecca Zanina, doias.
O mea puta, fero pro te malapasca, malannum.
Deh non sis mortis causa ribalda meae!
Schioppo, creppo, brusor, picolum nec trovo ripossum,
nec datur almancum posse morire cito.
Affannus maior meus est quod vivus amazzor,
mors nec amazzatum me rapit ulla viam.
Tu tamen hic rides, cantas, semperque solazzas,
nec pietas mentem dentegat ulla tuam.
Quo magis in poena crido, magis improba soias

me, tibi qui sempro tempore schiavus ero.
En ego, si mangio videor mangiare lusertas,
sdegnaris quoniam, vacca Zanina, mihi.
En bibo, quando bibo, solimati vina botazzi,
sdegnaris quoniam, porca putana, mihi.
Cum dormit, paret forcam montare Tonellus,
sdegnaris quoniam, ladra picanda, mihi.
Ipse sonus pivae mihi gnaolare videtur,
sdegnaris quoniam, gata lecarda, mihi.
Paret garofolus nasanti merda Tonello,
sdegnaris quoniam, brutta carogna, mihi.
Non mihi mangiandi voia est, non voia bibendi,
sdegnas Tonnellum, bella Zanina, tuum
Nulla repossamen mihi nox longhissima praestat,
truffas Tonnellum, nympha galanta, tuum.
Nulla malenconicas removet sordina gramezzas,
treppas Tonnellum, dolza recotta, tuum.
Nulla meo grandat florum spiramina naos,
soias Tonnellum, grassa polenta, tuum.
Ergo finatantum spresias, pignata, coverchium,
puzzat Tonello maccaronaea tuo.

ECLOGA DE IMBRIAGATURA

TONELLUS, GARILLUS

TO. O fortuna, nimis povero crudela Tonello,
qua causa tanti per te mihi dantur afanni?
cur non hanc animam streppas de corpore tandem?
nonne mihi satius un trattum fundere vitam,
quam totis giornis ter mille morire fiatas?
es, fortuna, canis, stronzus, gattique carogna,
et tamen a pazzis lac, zuccar, melque vocaris,
quos utinam facias te te cognoscere tandem.
Nonne finadessum meque huc meque arripis illuc,
et florentinae iactas de more balettae?
GA. Quid turbulentus facis hac, Tonnelle, sub umbra?
nunc ego rampatus longam scalvare pioppam,
ut virdo possim foiamine pascere capras,
audivi lacero te suspirare magono.
Te precor ut voias marzam buttare deforas.
Tu scis non pocum strettos nos esse parentos,
tu scis quam savius villa sum dictus in ista;

conseium quapropter ego cotale trovabo,
quod pones zosum fors et dabanda travaium.
TO. Nunc nunc pensabam quia me grezare venires.
Vade viam, quantumque potes te porta dequium.
Ad corpus sancti, quod blastemabo, lupini,
si, Garille, loco non te distollis ab isto
plus de cinquanta parebimus esse todescos.
GA. Nonne tibi dico quam sis, Tonnelle, maruffus?
guaios scire tuos inguro, daboque socorsum,
et vis ad primam sic me cazzare parolam?
TO. Deh guarda, guarda, non magnus bastat afannus,
qui mihi nocte cavat milzam, giornoque coradam,
si non hic etiam veniat mihi iungere doias.
Expecta, poltrone, volo tibi rumpere schenam;
fors fors pentibis mihi nunc venisse davantum.
GA. Vade pianinum, rogo te, mi chare Tonelle;
an, poverine tuum, tolerabis battere barbam?
TO. Si tibi perdono, veniat mihi pinfer in occhis,
guarda, vilane, dabo quod cercas, quod ve talentas.
GA. Horsu, ne facias, es mattus? atriga furorem.
Qui sumus ignoras? sta retro, dico, padimma.
Mò, sagurate, tuum sic fers tractare parentum?

sta quetus, requia, quid dixi? quid tibi feci?
nonne parolinas usavi dire melatas?
TO. Nonne simelmenter tibi dixi: - Vade, Garille? -
scire quid importat mea te pensiria? nunquid
sub sagramento tibi sum parlare tenutus?
guarda meos oculos, si vis cognoscere doiam.
GA. Do, Tonelle, tibi perdonum, doque rasonem,
te quia comprendo nimiam sburlasse gramezzam.
Attamen un pocum voias audire sodalem,
perque guisam nullam compagni verba refudes.
Dic su cuncta mihi, marzum mihi spuda figatum;
quamvis penserum tua mangiet corda cativum,
omne tamem charo debes scoprire Garillo,
taiandumque bono medico praebere bognonem,
qui mala cervelli pensiria pacificagat,
si tamen infirmus malattiam significagat.
TO. Quid mihi tu tantum sine fructu rethoricagas?
vin quod ego dicam veruni tribus omne parolis?
unxisti fortasse musum, fiascum ve basasti,
et mihi ieiuno venisti orare quatrhoras.
Num sine crevello valeam purgare ceserchiam?
si mihi sorbottum das vini, cuncta sborono.

Cuncta foras butto, quia vinum cuncta palesat,
dummodo sit vinum civis, non vappa vilani.
GA. Si non una tibi bastat gorgada botazzi,
ecce meo totum socio do, dono botazzum.
Sunt ad comandum chari mea quaeque Tonelli,
nec libi torchiati datur pissacara vini,
nec quae ranarum nascuntur supra culattas,
musta visentinis haec sunt spinata tinazzis,
hoc mea donavit modo me patrona fiasco,
namque tuli binos illi de more caprettos.
TO. Da mihi, clo clo, bibi, non gustat Roma miorem.
GA. Quid Romam allegas? non nostrae regna Cipadae
tam bona gustavit, gustat, gustabit avantum.
TO. Tu quoque barillo da, me cernente, bufettum.
GA. Sum contentus, eris nunc satisfactus ad unguem.
Lassa netare musum; clo clo, iam mezzus habetur.
Tuque ancum, compagne, sona, day, stricca, Tonelle.
Nonne bonum? muffam ne sapit? dic hora, comenza,
dic tua Garillo moestae pensiria testae.
Ecce orecchiarum busos deslazzo gemellos.
TO. Ab Iove principium buttae, vini omnia plena.
Boccalides Musae, paulo meliora bibamus.

Non omnes vinessa iuvat, picolique marelli:
si bibimus gregos, greghi sint gutture digni.
Sed quid ego, fradelle, tibi contare volebam?
GA. Doh cancar, testam ne tulit possanza botazzi?
Gratta caput, revocat capitis grattatio mentem.
TO. Nunc scio quid sit amor, veteres migrate coconi.
O imbriaghe puer, nimium ne crede barillo.
Vina adaquata cadunt, vernazza ribula leguntur.
Mi Garille, fugit me quidquid dire parabam,
nescio qua mihi nunc grossedine testa gravatur,
quos habeo dentrum plene cognosco travaios,
lingua tamen parlans zoccos streppare videtur.
Dicam domanum passutus quinque manestris,
seu sint panizzae, seu sit muliebre polenta,
namque polentarum sensus mangiamen aguzzat.
Ahn, sed ego tandem recolo, iam tornor acasam.
Oyme quot et quales sub milza porto rasoros!
Non bastat quoniam squarzant sine fine tapinum,
sed quid ab ognuno ceu vulgi fabula soior?
Non tibi sanglottos, tibi non suspiria narro,
quae per iter colli vellent uscire magonem,
sed quia sunt troppi, quia se l'un l'alter adossant,

en per iter culi braghis sorantur ab imis,
efficiuntque meras suspiria multa corezas.
GA. Iam perdono tibi, narrasti cuncta per orden,
nunquam pensassem te tosum prendere gattam,
et disguantatum nasos moccare civettis.
Certe bisognabit tandem cagare stopinos.
Quid me sponsonas? intelligo, labra sugasti.
Ecce barilus adest iterum, bibe rursus et ancum.
TO. Goffa refudaret talem zentaia bevandam.
Clo clo, panza tumet, nolo plus, testa caminat,
fertque caput secum, verum, quid dire volebam?
GA. Dicebas quod panza tumet, rallenta corezam.
TO. Nescio si potero mollare, tof, altera tuf tof.
GA. Non sic aio tibi, voias lentare corezam:
dico centuram fibiis ammolla solutis.
Heu quia nam tantae cinxerunt astra fumanae,
guastatur tempus, ne fors bagnemur eamus.
TO. Tu quoque caldus eris, ni fallor, ab igne botazi.
Ecce stat ad mediam gambam sol altus et inquis:
- Guastatur tempus, cinxerunt astra bocali. -
Sed recitare volo bellam, Garille, fiabbam.
GA. Hor là, commenza, sed oh vadit tot mundus atornum,

quo casamenta volant? quo caprae, quo mea vacca,
quo mea vacca, inquam, volat alta, viamque meatur?
TO. Perdere nolo capras.
GA. Nec volo perdere vaccam.
TO. Curre, Garille, retro, quo curris? volta de quaium.
GA. Tu quoque delaium, quo, quo, Tonnelle, ritorna:
quo sine me? casco, veniat codesella fiaschis,
atque visentinae creppent in frotta barillae,
quae mihi cervellum tot ghebbis imbratarunt.
TO. Es coctus plusquam crudus, compagne, nec ipse
sum liber, coepi gattam, simiamque piavi.
GA. Sta, Tonnelle, susum, quid cascas? surge, gaiarde.
Huic palo te tacca manu, quem strettus abrazza.
Heu quia non unum video sed mille Tonellos.
TO. Sic ego non unum video sed mille Garillos.
Oh quot quot pegorae pascendo per aëra vadunt,
turchinamque gerunt lanam, montonus azurrus
sturlat cum vacca virda, bona sera patrona.
Vos dare bon vinum Grillo, briagare Tonellum.
Trincher tartofen, io io, mi star sine testa.
GA. Ne tibi penserum des, o Tonnelle, panada:
tantum quem stringis manibus ne desere truncum,

donec trapasset vini scalmana paditi.
Hui quantas ego cornutas contemplo civettas.
TO. Non sunt scornutae, non sunt, Glirille, carettae,
sed quem taccatum portas gallone balestrum.
Octo tirasti frizzas, ego quinque verettas.
Stas frescus, nec me zenari mesus aghiazzat.
O quantis tantis impletur testa saiottis!
GA. Ecce lagus Paiae, quid erit? nodabimus ambo,
ambo ne ranocchii nodabimus arte sotacquam?
TO. Despoiare libet, sum nudus, tuque camisam
tira, Garille, foras: en Paiae nodo per undas.
GA. Sic facio, sed cur non bagnat Paia culattas?
TO. Imo cavant ochios buschae, imo pulvis anegat,
imo quidquid ago, video, tangoque botecchia est.
GA. Me miserum, Tonnelle, iuva, me prestus aiutta.
Una caret forzis nervo mihi gamba tirato,
oyme tirat nervus, est granfus, porge botazzum.
TO. Tu ne botazzum iterum? faciamus, prende botazzum.
GA. Da cito, ne tarda, morior, volo vivere, clo clo,
ecce bibo, sursumque bibo, bibe tuque, Tonelle.
Gratia sit semper savio renduta fiasco,

me sua de grandi prigolo reverenda traxit.
Imbriagus eram nuper, sum nettus adessum.
Sic morzare focum focus alter saepe solevit,
sic modo vinorum purgarunt vina fumanas,
pro quibus intrarat nos quinta essentia talis,
qualis non intrat lanzos in tempore brindes.
TO. Ecce serenantur nobis solaria coeli,
quaeque suo primo res est tornata logino.
Sum Tonnellus ego, tuque es, Garrile, Garillus.
GA. Ergo repossemus nos ambo glande sub ipsa,
non sine proposito fuerit dormire quatrhoras.

ECLOGA

BIGOLINUS, TONNELLUS, SALVIGNUS

BI. Tu solus, Tonnelle, iacens stravacatus in umbra.
castrono similis cum nullas mastegat herbas,
quas phantasias per zuccam volvis adessum?
nonne soles fazzam mihi promere semper alegram?
TO. Ecquis es, ut venias amalato rumpere testam?

vade viam, curaque tuas seguitare pedatas.
BI. Dextrius, o Tonelle, pocum, quid faris amico?
siccine me primo vis tractu pellere boschis?
scire tuas opto poenas, dabo forte reparum,
ne dubita, semper qualchus retrovatur aiuttus.
TO. Quem, streppone, dabis, vel quem dare credis aiuttum?
nonne es bastevolus mihi descalzare stivallos,
et, macarone, putas me consolare parolis?
hinc te tolle viam, dico, tu anchora manebis?
BI. Nolo andare, quis es, qui sic bravose comandas?
si non basto tibi frustos sgambare stivallos,
bastabo e panza fortasse cavare budellas.
Quid, Tonelle, bravas? an fors non nosco Tonellum?
scis modo quid cercas? sed praestat mittere garam.
Vult hic contra alios sdegnum smaltire Zaninae.
TO. Si, Bigoline, tuum velles compire caminum,
inter nos similis non orta baruffa fuisset.
BI. Quis dedit impazzum? duo sto lontane cavezzos;
at scio bisognum; o quam bona sonzia boschi
ungeret un trattum tibi brazzos atque schenazzam!
tanta tuo fugeret fors fors de ventre matana,

scordaresque bragas Menghi, scufiamque Zaninae.
To. O Bigoline, nisi guardes quod dicis, amici
non erimus, taceas, faciesque tacendo bel'opram.
Bi. Tu prius in coleram nulla ragione salisti:
sic prius est licitum te stare tacendo quietum.
Guarda istam frascam, quam tanta superbia brancat!
To. Tu mihi non unam sed noias mille dedisti,
quas supportandas non amplius esse putamus.
Bi. Scilicet andamus vignas taiare novellas:
ut de nocte meas taiasti, deque polaro
Zamboni septem robasti, ladre, galinas.
Immo (quid alterius damnum scuitare bisognat?)
nonne meas gallis, gallinis atque polastris
continuo stanzas, cortivum, tectaque vodas?
To. Hui! rex parlat, loquitur reverentia papae,
qui tot habet stanzas, tot habet miracula rerum.
Me porcile tuum (scelus est chiamare fenilum)
vili compactum fango, marcisque canellis
sgallinasse baias? o cancar, guarda quod inquit,
guarda quod hic furfans, furfantum gloria, parlat!
vix pollastruzzum sua coniunx nutrit in anno,
et bravat plenum tot rebus habere casalem.

Scilicet a vestris pendet gula nostra galinis.
Veruni quis nescit te nocte catasse Zanolum,
dum quattus quattus stabas post terga fenili,
ut sibi tunc natum posses robbare caprettum?
ille sed accortus fingens dormire bofabat,
te tamen occhiatum pridem scaltritus habebat.
Interea dum tu levibus calcagnibus ibas
atque caprettinum subito arraffare parabas,
in pede saltatus, preso bastone, Zanolus
- Dayque lupo, day, dayquelupo, - pieno ore cridabat,
teque bonis stringhis caricans tutavia scapantem,
velles non velles, fecit deponere furtum.
BI. O quales retrovat falsas hic boia fusaras!
dicere praesumis me bastonasse Zanolum,
me, qui bastarem Gattam affrontare Melatam
aut Bertolottum marchesca in gente Coionem?
ecquis erit tanti, qui se scire istud avantet?
TO. Hoc scio, sed melius tua schena scit illa provando,
talis et impresae durat signale sinhoram,
namque videtur adhuc gesiae taccata solaro
mazza gropolosi cornalis more trophaei,
cui traxit noster Bigolinus tergore scorzam.

Bi. Doh facies drittum tales non dire cotalas,
ne cum cervello rupto porteris acasam.
Fors ego spoiavi, forcas montando, picatum,
ceu tu spoiasti, cui nec camisola remansit?
To. Ergo age, si piccant ladros, piccaberis ipse,
teque meum iuxta morem spoiabo ladronem,
et promitto tibi nec solam linquere bragam.
Bi. Fac sennum matti, taceas, Tonnelle, nec ultra
quas habeo ad nasum voias incendere vespas.
To. Non vespas, Bigoline, tuas ego stimo coellum,
nec mancum impletur galabronis testa Tonelli.
Bi. Non plus supporto, volo sbizerire matanam,
accipe pugnadam, tua sic, sta saldus, un'altram
en pia non mancum meiorem, tun fugis? ecce
tertia...
To. Quid pensas me spaventare?
Bi. Videbis.
To. Non tibi tres pugnos parco, me cancar amazzet.
Hic etiam tuus est, an sic? sta salde, quid inquis?
non facio stimam de te, poltrone, ceresam.
Bi. Non stimam facis? an talem me ferre bufettum?
certe non patiar; si possum supra ganassam

hanc dare tartuffam, guarda, te verbero, tach tach.

TO. Tu quoque tach tich toch, an plus? spudas ne cruorem?
quid bravaris adhuc?... heu casco...

BI. Res bene vadit.

TO. Horsu, ne facias, oy oyme, parce Tonello.

BI. Tof tof.

TO. Oyme, caput, mea trippa, meaeque ganassae!

BI. An tibi non anchum callant, manigolde, bravarae?
an mihi vis etiam repetare? quid esse putabis?
es nondum satius? volo te tractare per altram
ecce viam.

TO. Bigoline, sinas me stare, quid oyme,
oy quia me striccat, mihi me baricocola streppat!

BI. Te castrare volo, smemorabis forte Zaninam.

TO. Dico tibi, me stare sinas, oy, oyme, diavol!

SA. Sentio rumorem, quid erit? volo cernere factum.

TO. Straccus es anchoram? non, non: volo perdere vitam.

BI. Quomodo se sforzat de sopra venire gaioffus!
non, Tonelle, viam coepisti, appunta gaiarde.
Tu ne putas nostris te te subtrare ginocchis?..
O fortuna, quid hoc superor!

TO. Sta saldus, an istud
esse putas falsum quia tandem supra venivi?
sta, boiazza, super veni, volo rendere tonfas,
rendere panzadas, tot goffos, totque bufettos,
atque sonaiorum striccamina dira meorum.
BI. Te bene guardabis, quid agis? meus oyme galonus...
TO. Expecta, donec pedibus tibi panza foletur,
sic sic in tinis uvas calcare solemus.
BI. Chiap chiap.
TO. Allentas sic sic, asinazze, corezas?
BI. Parco tibi, Tonelle, mihi quoque parce tapino.
Heu mea panza, lof, heu, lof, lof, crepabo daverum.
TO. Ah manigoldorum puzzor, fex, stronzus et oybo:
aium mangiasti, tuus aium venter amorbat.
SA. Quid facitis, cancar? horsu, Tonelle, padimma,
lassa Bigolinum, quo tanta est quaestio? lassa.
BI. O quia sum mortus, mi mi Salvigne, ribaldum
hunc tira dadossum; da, da, compagne, socorsum.
TO. Non, Salvigne, tibi noiam fecisse recordor,
qua propter nostris ne te trammitte baruffis.
Nescis quam peius me tambussabat adessum?
SA. Ah, Tonelle, precor, quo smania tanta, Tonelle;

cui dico?

BI. Salvigne, iuva.

SA. Tonelle galante,
fac mihi gratiolam solam, sta denique susum.

TO. Hic mihi promittat pacem sic stratus arenae,
tuque segurtatem fac illi, quod mihi pacem
tam longo servet quam longo tempore vivat.

SA. Hic bene promittet, sic te, Tonelle, seguro;
quod sic non faciet, tibi carrum spondeo foeni
mazatichi, quo se tua vacca Bonella satollet.
Nonne petis pacem, vel das, Bigoline, Tonello?

BI. Ah Salvigne, mihi nimis haec iniuria pesat.
Sentio sub calzis eius gravibusque zenocchis
mudandam imbratasse meam, dum copia sborrat
multa corezarum, dumque os suspirat abassum,
et dabo, sive petam sic sic menchionice pacem?
Attamen importat multum, quum quaia tenetur
ungue sparaverii, vel quum sorighinus in ore
vivit adhuc iuvenis gatti, qui forte scapabit,
sit pax; ista tuum firmetur propter amorem.

SA. O bene pensatum! virtus sanctissima pax est.
Iret a brodettum sine pace creatio rerum.

Surgite, compagni; nulla est offesa tra vobis,
ponite post schenam cerebrum, scordate parolas
in colera dictas; basa, Bigoline, Tonellum,
tuque simelmenter Bigolinum basa, Tonelle.
Ambo venite simul mecum coenare staseram,
nam simul expectat nos dudum paper arostum.

RECOGNOSCENTIA TONELLI

Magna bachiocheries hominis, ratione dobati,
et cui soletto fazza levata datur,
velle per has tenebras orbum seguitare mulazzum.
Orbus amor drittam non docet ire viam,
velamen quia fert occhis, stoppatque vedutam
quam melius fiat braga tegatque nates.
Nam pars, quae nullum deberet habere copertum,
sconditur, et quae pars est tunicanda patet.
An maius reperire queas signale ribaldi,
qui, ne vergognet, lumina stoppa gerit?
nunc o nunc tandem vistam sbindare comenzo,
nunc o nunc visu mascara tolta meo est.

Menchionazzus ego sequor unam sponte regazzam,
quae mihi perpetuo tempore scornus erit.
Me video solum, poverum, mentisque balordum,
non sine scaldata vado tapinus aqua.
Haec barbera pilos barbae levat absque rasoro,
docta filistocchis attrapolare suis.
Veronesa suam iam vaccam prendat Arena,
quam vix quatrino turba rognosa paghet.
Vos ergo, quoscumque tenet busa gabia mundi,
Pro specchio hanc sortem semper habete meam.
Cernite strazzatum, fuerat qui riccus, amicum,
vodata est soldis borsa, rasone caput.

II

BALDUS

LIBER PRIMUS

Phantasia mihi plus quam phantastica venit
historiam Baldi grassis cantare Camoenis.
Altisonam cuius phamam, nomenque gaiardum
terra tremat, baratrumque metu sibi cagat adossum.
Sed prius altorium vestrum chiamare bisognat,
o macaronaeam Musae quae funditis artem.
An poterit passare maris mea gundola scoios,
quam recomandatam non vester aiuttus habebit?
Non mihi Melpomene, mihi non menchiona Thalia,
non Phoebus grattans chitarrinum carmina dictent;
panzae namque meae quando ventralia penso,
non facit ad nostram Parnassi chiacchiara pivam.
Pancificae tantum Musae, doctaeque sorellae,
Gosa, Comina, Striax, Mafelinaque, Togna, Pedrala,
imboccare suum veniant macarone poëtam,
dentque polentarum vel quinque vel octo cadinos.
Hae sunt divae illae grassae, nymphaeque colantes,
albergum quarum, regio, propriusque terenus

clauditur in quodam mundi cantone remosso,
quem spagnolorum nondum garavella catavit.
Grandis ibi ad scarpas lunae montagna levatur,
quam smisurato si quis paragonat Olympo
collinam potius quam montem dicat Olympum.
Non ibi caucaseae cornae, non schena Marocchi,
non solpharinos spudans mons Aetna brusores,
Bergama non petras cavat hinc montagna rodondas,
quas pirlare vides blavam masinante molino:
at nos de tenero, de duro, deque mezano
formaio factas illinc passavimus Alpes.
Credite, quod giuro, neque solam dire bosiam
possem, per quantos abscondit terra tesoros:
illic ad bassum currunt cava flumina brodae,
quae lagum suppae generant, pelagumque guacetti.
Hic de materia tortarum mille videntur
ire redire rates, barchae, grippique ladini,
in quibus exercent lazzos et retia Musae,
retia salsizzis, vitulique cusita busecchis,
piscantes gnoccos, fritolas, gialdasque tomaclas.
Res tamen obscura est, quando lagus ille travaiat,
turbatisque undis coeli solaria bagnat.

Non tantum menas, lacus o de Garda, bagordum,
quando cridant venti circum casamenta Catulli.
Sunt ibi costerae freschi, tenerique botiri
in quibus ad nubes fumant caldaria centum,
plena casoncellis, macaronibus atque foiadis.
Ipsae habitant Nymphae super alti montis aguzzum,
formaiumque tridant gratarolibus usque foratis.
Sollicitant altrae teneros componere gnoccos,
qui per formaium rigolant infrotta tridatum,
seque revoltantes de zuffo montis abassum
deventant veluti grosso ventramine buttae.
O quantum largas opus est slargare ganassas,
quando velis tanto ventronem pascere gnocco!
Squarzantes aliae pastam, cinquanta lavezzos
pampardis videas, grassisque implere lasagnis.
Atque altrae, nimio dum brontolat igne padella,
stizzones dabanda tirant, sofiantque dedentrum,
namque fogo multo saltat brodus extra pignattam.
Tandem quaeque suam tendunt compire menestram,
unde videre datur fumantes mille caminos,
milleque barbottant caldaria picca cadenis.
Hic macaronescam pescavi primior artem,

hic me pancificum fecit Mafelina poëtam.
Est locus in Franza, iuxta confinia Spagnae,
Montalbanus habet nomen phamamque per orbem.
Non urbs, non villa est, verum fortissima rocca,
quae saxi vivi tribus est cerchiata murais;
tam bombardarum stimat haec batimenta crepantum,
quam stimat aut asinus moscas, aut vacca tavanos,
qui multis giornis, quae multis plena sit annis.
Stat super excelsum montagnae condita dossum,
ad quem barbutae nequeunt ascendere caprae.
Hanc altris tenuit voltis dux ille Rinaldus,
ille paladinus Franzae, domitorque Maganzae,
cuginus Sguerzi, franchissima lanza per orbem,
qui septem centos banditos semper habebat,
atque suis spesiis rocca pascebat in illa.
Ipsius a razza post longos temporis annos
exiit armipotens vir magnae Guido prodezzae:
Guido valorosus, quo non generosior alter,
aut pace aut guerris opus esset fundere robbam.
Rex illum Franzae tenuit super omnia charum,
ficcatumque suo costato semper habebat.
Cuius ob egregiam formam, visumque galantum,

capta fuit lazzo, dardosque recepit Amoris
bastardi Veneris, francorum filia regis,
quam Baldovinam pater ipse et Franza vocabat.
Non erat in cunctis leggiadrior altra paësis,
sola patri, matura viro, gratissima regno,
quam non mortali generatam stirpe putabant
sed magis angelicam iurabant esse figuram.
Altera Pallas erat sensu, Venus altera vultu,
splendida donatrix, accommoda, larga vasallis,
sed tanto brasata sui tamen igne Guidonis,
quod nunquam potuit minimam accattare quietem;
ast erat ignarus tam caldi Guido furoris,
et sine suspetto schenam voltabat amori,
deque suo beffas semper sibi fecerat arcu.
Interea pulchram giostram, similemque bagordo,
rex in campagna fieri commandat aperta.
Bandus it attornum, lontanam phama brigatam
chiamat et hanc frifolo fert omnibus ore novellam.
Smesiat hirlandos, scocesos, atque britannos,
deque Picardia multos, multosque baveros.
Passat in Italiam, ligures avisat, et omnes
insubres, et quos regio lombarda ragunat.

Regniculi veniunt, toscani, gensque Romagnae,
utraque Marca, umbri, romani, Puia, Labruzzum.
Phama tirat cunctos, invitat phama gaiardos,
oreque trombisono per mundum portat avisum:
quod statuebatur bellissima giostra Pariso.
Iste Parisus enim locus est, ubi sedia regis
franzosi drizzata gerit per climata vantum
non urbes habuisse pares ab origine Nini.
Est chiarus libris, at multo chiarior armis.
Gens ubi vel spadam menat, vel disputat utrum.
Pars studiat Baccho, pars Marti, parsque Thomaso.
Ergo quisque suam cupit hic mostrare prodezzam,
gensque super cossas positis iam lancibus ibat.
Ibat ad ingentem diversa ex parte Parisum,
omnibus et bandis squadratim folla cavalcat.
Apparent variae, velut est usanza, livreae,
aut velut insegnat seu passio, sive legrezza.
Mille marangones super amplam ligna piazzam
tampellant, chioccant, fabricantque insemma stecatum.
Trabacolas alzant ubi possit giostra videri.
Iam vexilla super turres hastata volazzant,

banderasque vagas super alta palatia ficcant,
quisque suum drizzat pavionem, quisque trabaccam,
undique sollicitant, contradas undique spazzant,
undique tela parant faciuntque ferare cavallos.
Morbezant, saltant, cifolos ac timpana chioccant,
campanasque sonant in campanilibus altis.
Nocte, die portas tenet ipse Parisus apertas
per quas continuans gensdarmae copia passat.
Tandem conveniunt omnes in tempore poco.
Tota parisinos albergat Franza per agros.
Immo todescorum populi, Spagnaeque brigata
cuncta ruit, nec non italorum schiatta meorum.
Nunquam tanta potest mundo simul esse canaia,
quanta baronorum tenuit gens clara Parisum,
et maraveia fuit tantos guardare cavallos:
pallazzos implent, stallas, sporcasque tavernas,
ad tavolam guazzant, squaquarant, faciuntque pelizzas,
monzoiamque cridant, martellant, arma parecchiant.
Baldovina sui propter Guidonis amorem
giornadam expectat, veluti sinagoga Mesiam.
Cernere namque virum quantum bene conterat hastas
optat, et arzones ut mandet mille vodatos.

Ipsa, puellari circum stipante brigata,
nec non matronis centum centumque duchessis,
altum ad balconem doro vestita brocato
apparet mediis spalleribus atque tapetis.
Omnis in illius vultum se vista piantat,
quem lacti et vino similatum nulla biacca,
nullus adumbrabat falso rossore belettus.
Ut nitidas inter stellas Diana coruscat,
sic inter bellas comparuit illa putinas;
per largum piazzae rutilantes gyrat ocellos,
si charum possit Guidonem cernere casu.
Protinus ante illam volitans fraschetta Cupido
ecce representat quem vult meschina baronem:
ille venit, grossum montatus supra cavallum,
nec mancus paret de forzis patre Rinaldo.
Quattuor ille facit, qua volgit redina, balzos
villanus Spagnae, coelumque imbrattat arenis,
ireque tres chioppas de calzis lassat in altum.
Huic mantellus erat nigrior carbone stuato,
piccola testa breves volteggiat semper orecchias,
frontis et in medio facit illum stella galantum,
dente briam morsumque simul spumante biassat,

atque tenet nares boffando semper apertas.
Pectora mostazzo pulsat, scurtatur in uno
groppetto, spatioque poco se totus adunat,
ac si per gucchiae vellet passare foramen.
Balzanus tribus est pedibus, curtissimus inter
cossas fert caudam trepidans, cui tunda culatta est.
Ad modicum currit, galloppat, statque ritegnum.
Spallezat gradiens, gambasque bravosus inaspat.
Fornimenta illi radiant tota aurea sellae,
aurum sunt staffae, aurum testera, moraiae,
aurum sunt fibiae per avantum, perque dedetrum.
Baldovina stupet, coquitur, velut ignis avampat,
infelix oculos sensusque inficcat in illum.
Laudat amorosam fazzam, andamentaque bella,
moieramque viro se tanto iungere bramat.
Ille propinquabat tandem, centumque staferos
ante habet, e raso covertos eque veluto.
Iamque alzans vistam madamas voce salutat,
et Baldovinam simul improvistus adocchiat,
atque incontratis occhis utrinque fogatis
in trapolam cascat, scoccante Cupidine frizzam:
cui tandem scaccus datus est ex tempore mattus.

Hinc storditus abit, propriique ad tecta palazzi
tornat, et o quantam fert secum pectore doiam!
Smontat equum, cameramque intrat, lectoque butatur,
bisque quaterque manu sibi stesso pectora chioccat,
voceque planina lamentat talia dicens:
- Deh quo, squerze puer, guidas? deh quanta ruinae
damna parecchiantur capiti minitantia nostro?
Infelix Guido, puer en tibi robbat honorem,
quantum per giostras te acquistasse palesum est;
teque bufalazzum per nares ille tirabit.
Scilicet hinc sperem victor modo rumpere lanzas,
atque veramenter tot fortes vincere Martes,
qui poltronitus putto sic vincor ab orbo.
Ah miser, hanc foggiam brusoris amorza priusquam
ardeat, ut fornax omni mancante reparo,
quem non brentarum stuvet milionus aquarum.
Non tua schiatta quidem tanta est, cui filia regis
unica vel picoli migolinam praestet amoris.
Heu quae nam fazza est, heu qua me fronte ferivit!
heu quibus orbavit novus hic basiliscus ochiadis!
non mea, sed tota est ea nimphae culpa galantae:
debebat voltare occhios parte altra ribaldos.

Nonne ribaldelli merito appellantur ocelli,
sassinare hominem qui sic ad strada tapinum
ardiscunt, plenumque retro lassare feritis?
Hactenus indarnum mea contra pectora dardos
ammollavit Amor, cordamque tiravit et arcum.
Sed modo se accorgens, quia nil puntura forabat
pectus azalinum, tam saldum contra puellas,
quam salda est contra colubrinas rocca Milani,
de pharetra mortis ferrum mortale cavavit,
meque saettato portam retrovavit apertam,
et mentis rapta est libertas tota diablo.
Nonne diavol Amor? nonne octo mille diavoi,
qui savios homines per tot facit ire pacias?
Nil fuit ad tantam nostra haec pancera feritam,
saepe licet steterit schioppetti salda balottae;
si pro contrasto montagnas Iuppiter illas,
quas unam posuit super altram zurma gigantum,
plantasset, demens oleum gittasset et opram.
Talia dum pazzo cavalerius ore vanezat,
incipit armorum strepitus, tararanque tubarum,
namque ubi gens d'armae grossos pransere bocones
armatae saltant, quia tandem giostra comenzat.

Trombettae tararan frifolant, animantque gaiardos.
In stroppa nequeunt raspantes stare cavalli,
sbalanzant, nitrunt, sabiamque ad sydera mandant.
Pro tamburorum pom pom farironque tubarum,
vix homines possunt sibi respondere cridando.
Iamque ruunt, positis in resta denique lancis,
et centum sellae primo vodantur asaltu.
Millibus hastarum feriuntur sydera pezzis,
unde cridor sonitans animantum pectora stigat.
Cernere delectat regem spectacula tanta,
giostraque successu procedere coepit alegro.
Ille inter claros stabat guardare bagordum,
cui toga de petris pretiosis texta relucet,
cui petenata doram gestat caviata coronam.
Solus Guido iacet, solus solettus a casam,
buttatus lecto giostrat se contra medemum.
Senserat echisonas pulsata per aëra voces,
unde stat insanus, dubiaque in mente vanezat:
nunc vult ire, vocans se stessum saepe codardum,
nunc non ire gratando caput, capitisque travaios.
Dumque sub et supra cordis pensiria buttat,
en Sinibaldus adest, quo non sibi charior alter,

in lectumque trovat compagnum stare malatum.
- Quid facis? - inquit, - ola, cur fles? o cosa novella!
Guido, quid insolitam prodis mihi fronte gramezzam?
me tibi rex mandat, bramosus noscere causam,
cur sic indusias, cur non giostrare videris;
cuncti te chiamant, te invitant, teque precantur,
ad giostramque vocant, quae nil te absente galanta est,
goffaque per mundum sine te reputabitur olim.
Singultas ne etiam? poterisne tacere casonem
tantarum, quas te video cruciare, doiarum?
scis quid apud regem possim, quam stimer ab illo;
ergo si apud regem credis me posse coellum,
quis tam sufficiens, ut ego, te solvere poenis? -
Guido suspirans occhiadam volgit amico,
atque facit veluti qui spandere stentat orinam,
nam quando aut cruciat vesighae petra budellum,
aut quando nequeunt pissari grana renellae,
confortat se se medico veniente pochettum.
- O me - ait, - o prava super omnes sorte gitatum
huc illuc miserum, nec adhuc fortuna satolla est! -
Sic cridat, et fido Sinibaldo cuncta palesat,
dumque palesat agit centum de fronte colores,

unde trahit rappas Sinibaldi fazza stupentis,
ut maraveia solet, statque horam, nilque favellat.
Vox tamen ut potuit tandem pulmone cavari,
parlavit, tantamque illum streppare studebat
extra bizarriam, rationis multa recordans.
Verba prius formabat, ei monstrantia drittam
atque viam tortam, centumque pericula vitae;
transit ad exemplos dapossa mille notandos,
bastantesque animam crudi tenerire Neronis.
Mortaro sed pistat aquam Sinibaldus in uno,
atque super ghiazzam scribit sub Apolline caldo.
- Deh, fratelle - inquit, - ne te ne temet amazza,
ne scavezza tibi gambas, ne spezza colengum.
Est ubi tanta tui virtus? ubi phama gaiardi?
est ubi grandilitas animi, qua diceris orbe
campio iustitiae, lux guerrae, targa rasonis?
Vis ne uno puncto totantas perdere cosas,
quotantas nunquam acquistavit gloria Carli?
quippe governares totum maturiter orbem,
et pateris quod te femnicula sola governet?
o quam sporca tuo fitur vergogna decoro!
lassa, precor, doiam hanc, proprioque retorna sapero;

dum nova plaga tumet, ferro est taianda rasonis.
Ante oculos habeas miserae brusamina Troiae,
quae gregorum adeo mansit sfondrata batais,
cernere quod mezzum potuisset nemo quadrellum.
An ne cavallazzus fuit huius causa ruinae,
in cuius buso Capeletti ventre latebant?
absit, at unius frons lassivetta putanae,
ad cuius paniam caprarius ille cinoedus,
ille Parisettus, gambas pegolatus et alas,
ut solet osellus pegolarier arte civettae,
tam bellam fecit provam bellamque fusaram
ut derdana sui fuerit tempesta paësi.
Talibus urgebat socium Sinibaldus avisis,
quando sotintravit rutilis ficcatus in armis
alter Guidonis compagnus, nomine Francus,
cui quoque rex iussit, videat quae indusia tanta.
Tunc potuit lecto vergogna levare baronem.
In pede saltatus vocat arma, feruntque famigli,
arma ferunt, inquam, celeres armantque patronum.
Inde sopravestis sbarrato picta leone
ponitur, et longo rutilans celata penazzo.
Stat super elmettum vecchiettus more cimeri,

qui docet hunc mottum digito monstrante notatum:
- Tempore nil currit velocius, annus ab hora
quid differt? Infans cum nascitur ecce senescit. -
Tunc super ingentem corserum balzat in armis,
nervosamque rapit virdo de robore lanzam.
Desdegnatus equi toccat sperone galonos,
seque repraesentans ubi lanzas guerra fracassat,
qua Baldovina est primam lanzavit ochiadam,
unde cupidineos plus ancum ingurgitat ignes,
utque illi placeat forzam quadruplicat illam,
qua massella asini stravit tot millia Sanson.
Stringit equum, raptimque volat, sbarramque trapassat,
stansque pochettinum giostrae mirare travaium
mollat item redenas, firmatque ad pectora lanzam,
polverulentus iter tridis confundit arenis,
atque volans cursu facit omne tremare terenum.
Ad primum fecit plantas ostendere coelo,
post quem buttavit curvo de arzone secundum.
Tertius it zosum, sabiamque culamine stampat.
Quartus se accordans cum altris descendit abassum.
Invidiosus erat quintus, strammazzat et ipse.
Sextus equester erat, quem misit Guido pedestrem.

Septimus in duro posuit sabione culattas.
Repperit octavus se iam smontasse cavallo.
Nonus bardellam gambis vodavit apertis.
Sol risit quando decimo calcanea vidit.
Mox alios buttat numero seguitante per orden,
deque sua memorat giostrando saepe madamma,
quolibet hanc colpo summissa voce domandat.
Rex piat ingentem, viso Guidone, stuporem,
atque ait: - Est Guido, francesae gloria gentis.
Quam bene nostrorum meritos praesentat avorum,
scilicet Orlandi magni, fortisque Rinaldi!
non dubium palmam giostrae portabit acasam. -
Baldovina etiam damisellis volta loquebat:
- Ni fallor, Guido est, ille ingens barro gaiardus,
praecipitat sellis qui tam gaiarditer altros.
O quam ille valens, o quam bene dirrigit hastam!
cernitis ut velox corseri voltet habenas,
quaque legiadria det bottas semper in elmos! -
Talia finierat nec dum bocca illa, biancas
ostendens risu perlas rubeosque coralos,
ecce repentinus trombarum clangor orecchias
percutit, ut fitur cum giostrae terminus instat.

Restitit in medio sol solus Guido stecato,
qui victor guardat circum sembiante superbo.
Non tamen est victor totus, sed victus amore
fert bogas pedibus, collo, manibusque manettas.
Rex it eum contra, omni compagnante senatu,
quem Guido ut vidit corsero sbalzat ab alto,
viseramque alzans, faciem sudore colantem
detegit, et regis basat de more ginocchium.
Rex illum faciens iterum montare cavallum,
ipse met e digito pretiosum cazzat anellum,
cuius in auro ingens rutilat ceu stella rubinus,
Guidonemque illi victorem praemiat ut qui
forsan erit propriam dignus sposare fiolam.
Non tamen id pensat: sunt at praeludia nozzae,
nozzae infelicis quam brutta ruina sequetur.
Guido manum porgens bassata fronte recepit
pulchra quidem, sed digna suis ea dona fadighis;
dumque piat, curvus regis basat illico dextram.
Tunc sublime petunt coetu comitante palazzum,
semper trombettis pifarisque sonantibus ante.
Sol maris interea stancus se tuffat in undas,
lassaratque suo pregnam lusore sorellam.

Ponitur in puncto regalis coena debottum,
quaque coquinales strepitescunt mille facendae,
fumentosa patet muris portazza bisuntis,
limina cui sporco semper brottamine gozzant.
Intus arostiti, lessique tirantur odores
ad nasum, per quos sat aguzzat voia talentum.
Sunt ibi plus centum sguatari sub lege cogorum,
pars legnam portat, pars mozzat, parsque ministrat
sub calidis bronzis, caldaribus atque frisoris.
Qui porcum scannat, qui slongat colla polastris,
qui cavat e panza trippas, dum scortigat alter,
qui mortos dispennat aqua buliente capones,
quique vedellinas testas cum pelle cosinat,
qui porcellettos vix porcae ventre racoltos
unum post alium ficchis culamine nasis
inspedat, nec non cavecchio inlardat aguzzo.
Gambo lecatoriae cocus illic praesidet arti,
dans operam studioque gulae, bibiaeque palati.
Huic uni cura est doctis arguire cadreghis,
et dare praeceptum parasitis omne coquinae,
interdumque super schenas menare canellam
pistonemque iadae sguataris unctisque regazzis.

Est qui copertos redeselli veste figatos
voltat in argutis lardo cridante padellis.
Est qui mordenti zeladiam gingere spargit,
imponitque illi peverum dulcemque canellam.
Unus anedrottos gialdo brottamine guazzat,
moreque spagnolo teneras dat supra foiadas,
unus de speto mira tirat arte fasanos,
quos prius assaggiat digitis an rite coquuntur.
Quinque masinantes petrae, gremiique molarum,
non requiant rapidis gyris andare datornum:
manduleus sapor hic, peverataque salsa colatur.
Pars cavat e furno grassa de carne guacettum,
pistaque de venetis striccat cynamoma sachettis.
Lixatos alius trat de caldare capones,
quos positos magni largo ventrone cadini
spargit aquae roseae guttis et zuccare trido,
hisque super mittit caricum brasamine testum.
Sed quid ego his longis pario fastidia zancis?
coena parecchiatur qua morti surgere possent,
cumque suis cassis ad culum linquere foppas.
Interea crudis mensas coctisque salattis
en centum famuli caricant, centumque pagetti.

Corpora medesimo portant vestita colore,
scilicet angleso panno, velut aër, azurro,
unde bianchezant per azurras lilia vestes.
Ante, retro, et fianchis stringantur more todesco,
ut male comprendas ubi commissura ziponi.
Inchinos faciunt reverentos arte galanta,
volantes praesti gambas huc semper et illuc.
Rex prior accubuit, tavolae loca prima tenendo
inque caput mensae broccato fulsit in auro;
ad dextram regina manum veneranda sedebat,
ad levam Guido sic rege iubente, sed ipsa
Baldovina furens, puero quae ducitur orbo,
orba ruit praeceps, nec macchiam curat honoris,
iniussa et celerans Guidoni sedit apressum,
atque foco iunxit legnam meschina brusanti.
Maxima tum seguitat longo ordine squadra baronum;
quisque famatus erat cupidusque menare ganassas,
fecerat ipse labor giostrae smaltire budellas.
Cuncta super tavolam portant miro ordine paggi,
suscalchi magnos incedunt ante piattos,
apponuntque illos taciti, tacitosque regazzos
ire iubent, veluti bella est usanza fameiae

quae servit regi in coenis magnisque maestris.
Ergo nihil parlant, nisi sit parlare bisognus,
immo aliis rebus nemo strepitescit agendis,
ni dent suscalchi paggis quandoque bufettos,
dentque traversatis canibus gattisque pedadas.
Trenta taiatores non cessant rumpere carnes,
dismembrare ochas, vitulos, gialdosque capones,
furcinulas ficcant in zalcizzonibus, atque
smenuzzant rotulas gladio taliante frequentes.
Saepe bonos tamen hi robbant taliando bocones,
atque caponorum pro se culamina servant.
Persuttos huc terra suos Labruzza recarat,
huc ve supressadas Napoli gentilis et offas
Millanus croceas et quae salcizza bibones
cogit franzosos crebras vacuare botecchias.
Post mangiamentum lexi, succedere mandant
suscalchi rostum, pernas, summata, fasanos,
caprettos, lepores et quidquid cazza rapinat,
quidquid falconus, quidquid sparaverus adungiat,
quidquid sbudellat branchis astorrus aguzzis.
His mandolarum niveos iunxere sapores,
nec dapibus viridi mancavit salsa colore,

nec sugus cedri, nec acerbi musta naranci,
nec quae per nasum mittit mostarda senapram.
Ex amito demum tortae venere novello,
et quas componunt vaccarum lacte soladas,
et quod mangiamen patres dixere biancum.
Mox tortellorum varia de sorte cadini,
candidus occultat quos zuccarus atque canella.
Post epulas grassas, quibus usque ad guttura plenae
stant panzae, et zonas opus est lentare fianchis,
ad suscalcorum minimi signalia motti,
prestiter a famulis de mensa pacchia levatur.
Succedit tazzarum ingens tunc copia longo
ordine, quae argento et gemmis fabricantur et auro.
Haec diversa ferunt confecta, decentia reges,
mensa quibus largo fluxu caricata pigatur.
Morsellata, anices, pignoli, marzaque panis
adsunt, et centum confectio facta batais.
Gratior his cunctis tandem venit ostrica magnis
vasibus effumans, cuncti cui gloria vini
malvasia datur, patrum non absque savero,
qui dixere: - Ignem sic sic morzarier igne. -
Non ibi mancarunt quos striccat Somma racemi,

Somma decus Napolis, sed magnae crapula Romae.
Orphana montagna haec, sic vinum nomine gregum
parturit, ut faciat per tressum andare brigatam.
Mangiaguerra simul, simul et vernaccia Voltae
affuit et qua se bressana celatica vantat.
Hic quoque vigna locum Modenae tribiana secundum
haud tenuit, nec non grassis perosina todeschis
moscatella caput centum implevere chimaeris.
Hic mancum, Cesenna, tuae vindemia vallis
abfuit et dulces quas Corsia pissat orinae.
Tanta haec et plura his avantezata fiaschis
vina redundabant, cunctis meliora bevandis.
Iamque comenzarant, fumo ascendente berettas,
sat male compositis briliam allentare parolis.
Auditur quoscumque loqui, nullosque tacere.
Hic zancae, chiachiarae, baiae, hic mille fusarae,
nullam prorsus habent redinam nullamque cavezzam,
ut solitum fieri post longae pocula coenae.
Hic cuncti genus est, ut diximus ante, paësi,
propterea varias eructant vina parolas,
ut tercentiloquas turris babelica linguas
non magis audierit, cum coelo andare parabat.

Hic itali Gallos similant, Gallique todescos,
tanta est materies devina, et forma botazzi.
Post ea cantores accedunt ante parecchi,
cantores quos terra parit fiamenga valentos:
hi simul erumpunt voces post vina trementes,
quas facilis tridat saldo cum pectore gorga.
Hae subito variis posuere silentia follis,
omnia cheta manent, nec pes, nec scragna, nec altrum
trarumpit tam dulce quidem solamen orecchiae.
Inde sonatores cifolorum quinque periti
iam partes egere suas, tum denique magno
cum strepitu pifari surgunt, et cantibus altis
per totum se se faciunt sentire Parisum,
quos pifarizantes videas gonfiare ganassas,
nec largos unquam stoppando fallere busos:
discorrunt digitis huc illuc pectore saldo,
tamque minutatim frifolatur musica linguis,
quod linguas ut erant octo cinquanta putares.
His Baldovinae pectus fornacibus ardet,
nec minus internis rostitur Guido budellis;
quos vivandarum variarum sumptio, quosve
beccheri et cyathi, Venus unde Cupidoque regnat,

quos, epulas inter, cantus, dulcesque lautti,
arpicorda, lyrae, diversaque musica, lazzis
attrapolant, brusantque intus, spoiantque rasone.
Victor Amor centum pharetras vacuarat in illos,
ut pars nulla suis in carnibus amplius esset,
qua dardos manigoldus Amor slanzare valeret.
Iamque comenzabat modico spuntare lusoro
stella Diana super roseum montata barozzum.
Cantores, pifari, danzae, ballique fugaces
heu fugiunt nunquam retro tornantibus horis.
Itur dormitum: sat plausum, satque cridatum est,
suntque datae vestes buffonibus, aula vodatur,
quisque suam repetit seu stufam, sive tavernam,
in praedamque nigro traduntur corpora somno.
Solus Guido furens, tamquam picigata tavano
vacca, ruit, drittumque nequit retinere caminum.
Heu quia troppus amor savios mattescere cogit!
ecquis erit tanti qui hunc prendere possit osellum?
cui paniae nullae, cui trappola nulla repugnat.
Caesar erat tam bravus homo, qui subdidit orbem,
at mulier scanfarda illum subiecit amori.
Alcides, validis qui spallis more pilastri

cascatura susum tenuit solaria coeli,
foemineam soccam reiecta pelle leonis
induit, et mazzam posuit, fusumque piavit.
Fortem Sansonem, qui ungis spaccare solebat
dentatos porcos, tygres, magnosque leones,
tandem imbriagum vilis putanella tosavit.
En quoque Guido suum regisque refudat honorem:
auscultans tenerae qui blandimenta puellae
hanc rapit, et scampat castelli ponte calato,
fertque gravem somam praeclari schena fachini,
nec voluit duris unquam deponere spallis,
donec franzosos exirunt ambo paësos.
Sed iam nostra sitit, chiamatque Camoena bocalum,
inchiostroque liber primus calamare vodavit.

LIBER SECUNDUS

Phoebus ab oceani stallis grepiisque cavallos

solverat, et menans scoriadam quippe datornum
illos cogebat coeli sgombrare terenum,
urbs levat, hesterno nec adhuc bene libera vino,
sbadacchiant homines, stomacho stat crapula crudo;
quisque suas repetit, velut est bonusanza, facendas,
librorum ad studium chiamat campana scolaros,
cortesanus adit cortem, properante chinaea,
causidicus tornat sassini ad iura palazzi,
percurrens urbem medicus contemplat orinas,
scribere vadit adhuc macaronica verba nodarus,
fornari furnos repetunt, fabrique fosinas,
barberusque suos tornat mollare rasores.
At rex ad gesiam vadit cum corte, suasque,
dum tribus in saltis celebratur missa, pregheras
ad sanctos sanctasque facit pro seque suisque.
Talibus expletis ibat, rursusque palazzum
ire comenzabat, quando data trista novella est,
sproveduta sibi qua nunquam tristior altra,
de portante viam dulcem Guidone fiolam.
Protinus in marmor volta est sua fazza biancum,
ut zoccusque manet, tanta est grandezza stuporis.
Mens tamen ad semet quando smarrita redivit,

quam sit poltronum, quam laidum cogitat actum
unius ingrati nulla cagione vasalli.
Ergo iras colerasque ciet pensatio culpae,
doiaque cordis erat vindictae facta voluntas.
Principio armatas celer expedit octo catervas,
ad passos portusque volent, finesque viarum.
Inde spaventosos bandos, cridasque per urbes,
per castella, pagos, villas, Franzamque per omnem
commandat fieri, quibus omnis territa gens est,
stopinosque cagant multi Guidonis amici.
Omne sed altandem studium, labor omnis, et omnis
cura, fit indarnum; redeunt, ut fertur, habentes
in saccum pivam, quia nusquam Guido catatur.
Dicere non opus est quantum rex ipse cadenam
rodit, et a digitis streppat cum dentibus ungias.
Mandat in Italiam varia sub fraude spiones,
per gelidasque urbes Alemagnae, perque polaccos,
perque Ongariae populos, per denique Spagnam,
anglesasque iubet passim rugare masones;
sed vacui ad regem tornant finaliter omnes,
quo desperatus se se ammazzare volebat,
seu scannare gulam ferro, seu rumpere lazzo.

Ast infelices fortuna guidabat amantes,
subque sua socca dignata est ferre covertos.
Iam superant Alpes, nulla stracchedine victi,
nam labor est nullus qui durum stanchet amorem.
Felicem Italiae veniunt intrare paësum,
sed male vestiti, strazzis apposta piatis,
ne spio meschinos spionaret et ipse virorum
crudus amazzator, positam pro acquirere taiam,
taiam, quae septem scudorum millia constat.
Ibat in auratis modo Baldovina letichis,
inter contessas, marchesas atque duchessas;
nunc vero tapinella pedes per saxa tenellos
schiappat, habens iam iam tenero sub calce vesigas.
In lombardorum tandem venere pianum:
passant Milanum, Parmam, camposque resanos,
et cortesam urbem, quae Mantua dicitur, intrant,
Mantua mantois quondam fabricata diablis,
tunc ea languebat sub iniquo pressa tyranno,
nomine Gaioffo poltrona e gente cagato.
Qua fuit ingressus, porta est quae porta Leonae
dicitur, hancve novam tunc tunc et alhora locabat
Sordellus, princeps Goiti, Voltaeque baronus,

quique Caprianae teritoria magna tenebat.
Ipse duellorum palmas, pretiosque stecati
mille guadagnarat per Gallos, perque todescos,
perque hispanorum terras, perque omnia tandem
regna tyrannorum, de Rheno ad sceptra Sophini.
Sed modo sub grandi multorum fasce dierum
scit dare conseios tantum, spadone relicto.
Vix erat intratus povera cum coniuge Guido,
Sordellum cernit membruto corpore stantem
ante fores proprii surgentis ad astra palazzi,
quo nunc albergat veteris fameia Gregnani.
Protinus agnovit socium, quondamque batais
compagnum contra turcos gentemque mororum;
se nondimenum subito dislongat ab illo,
fronteque chinata, quo sancti porta Georgi
menat, afrettando sgombrat, deque urbe recedit.
Non procul unius spacium fecere miari,
ingentem retrovant villam, fortasse Cataio
grandilitate parem, nummis trafighisque Milano,
quae, quia citra Padum situatur, dicta Cipada est.
Illa suos propter paladinos toccat olympum,
traversatque orbem, callatque ad regna diabli.

Sed tamen, hinc quamvis exissent mille valentes,
sive bisognasset gattam piliare stecati,
sive cavallastros combattere sive pedastros,
villa Cipada fuit semper dotata ribaldis,
et velut urbs omnis certis de rebus abundat,
sic Cipada suos sparpagnat ubique tesoros.
Dat multam lanam pegoris Verona tosatis,
montibus ex altis evangat Brixia ferrum,
bergamasca viros generat montagna gosutos,
de porris saturat verzisque Pavia Milanum,
implet formaio cunctos Piasenza paësos,
Parma facit grossas scocias grossosque melones,
trottant resano cuncti sperone cavalli,
Mantua brettaros fangoso bulbare pascit,
si mangiare cupis fasolos vade Cremonam,
vade Cremam si vis denaros spendere falsos,
ingrassat Bologna boves, Ferraria gambas,
non modenesus erit cui non fantastica testa,
quot moschae in Puia tot habet Vegnesia barcas,
mille stryas brusat regio Piamonta quotannis,
villanos generat tellus padoana diablos,
saltantes generat bellax Vincentia gattos,

congruit ad forcam plus quam chiozottus ad orzam,
antiquas Ravenna casas habet atque muraias,
innumerosque salat per mundum Cervia porcos,
sulphure non pocum facis, o Caesena, guadagnum,
nulla faventinas vincit pictura scudellas,
dat mioramentos vallis Commacchia salatos,
intra ceretanos portat Florentia vantum,
non nisi leccardos vestigat Roma bocones,
quantos per Napolim fallitos cerno barones,
tantos huic famulos dat ladra Calabria ladros,
Gennua dum generat testas commater aguzzat,
semper formosas produxit Senna puellas,
Millanus tich toch resonat cantone sub omni,
dum ferrant stringas, faciuntque foramina gucchis;
qui ponunt scarpis punctos, sparamenta zavattis,
quive casas cuppis coprunt spazzantve caminos,
vel sunt commaschi vel sunt de plebe Novarae.
At nostra haeroico cantanda Cipada stivallo,
semper abundavit ricca de merce giotonum.
Huc igitur fortuna inopes guidavit amantes:
non tamen in similes voluit conducere ladros,
imo quod introitu primo catavere tezottum

stanza fuit Berti, si vera est phama, Panadae.
Hic Bertus villanus erat, natusque cuchino,
sed tam cortesus, tam gaius, tamque tilatus,
ut neque cortesus, neque gaius, nec ve tilatus
alter erat sic sic, quamvis citadinus in urbe.
Non habuit donnam, nec habet, nec habere talentat,
ne pellens capiti moscas in cornibus urtet,
atque bisognet ei sub cauda ferre tavanum,
qui nimium stimulans faciat sibi rumpere collum.
Delitiae, gioiaeque suae, sua gaudia tantum,
hortus erat, pegoraeque novem, septemque caprettae,
unica vacca, asinus, porcellus, gatta, galinae.
Hic sua dependet substantia tota lavoris,
qua se, qua ve bonos compagnos, qua ve brigantes,
atque viandantes vultu carezzat alegro.
Guido videns solem iam strapozzare sotacquam,
ranisonisque suos carros logare canellis,
confortat se met parlans: - Vergogna petendi
albergum gratis guanzas rossedine pingit.
Sed minor almancum doia est, dum scampat Apollo,
dumque hanc vergognam tenebrarum mascara coprit. -
Sic ait et murum textum melegazzibus intrat,

qui corticellam cingit formatque theatrum.
En mastinus abit contra, bau bauque frequentat.
Bertus more suo casulae chiavaverat ussum,
vix audit baiare canem, penetralibus exit,
cucchiarumque tenet dextra, lumenque sinistra,
namque suae coenae schiumabat alhora menestram.
- Numquid - ait - vultis mecum alozare staseram?
huc intrate, precor, mea sunt communia genti. -
Sic parlans intro menat, portamque restangat,
scannellosque duos tripedes acconzat ad ignem,
in quibus assentare facit stracchedine plenos.
Pro tunc pauca loquit, quia pro tunc pauca loquendi
tempus adest, seu quum famet hospes, sive sbadaiat;
imo suos inter mottos ita dire solebat:
- Mangia quando fames, dormi quando ore sbadachias,
post saturam panzam poteris mihi dire parolas,
post saturos oculos lassa me stendere pellem; -
quae praecepta suis asini posuere statutis.
Ergo velut mutus Bertus mangianda procazzat,
ut tribus almancum personis coena paretur.
Pendula sub basso stabat cistella solaro

fixa travicelli chiodo, piat unde biancos
sex ovos, quorum modo tres gallina cacarat.
Tres mandat cineri facto sudore bibendos,
tres parat exiguam propter fabricare fritaiam.
Inde abit et picolae schiavat secreta credenzae,
cui facit aguaitum semper cantone latenti
gatta lecatorio praedam factura cadino.
Inde quoque alcunos seu streggios, sive varones
pisciculos brancat, quos streggios, quosque varones
Mintius intornum mantoanae parturit urbi.
Attamen, ut referunt annalia magna Cipadae,
non Bertus streggios, non Bertus alhora varones,
sed scardovellas numero bis quinque recepit,
cum quibus et meschiat captos boccone ranocchios.
Baldovina videns tantas male posse facendas
insimul expedier Berto, nisi porgat aiutum,
ut semper cortesa fuit se tollit ab igne,
totaque gentilis, non sdegnosetta refugit
prendere pescettos, subadocchians laeta Guidonem,
ac si solo illi parlaret talia nutu:
- En ego, quae regis sum filia, qualia tracto! -
Disguantat niveasque manus, smanicatque biancos

ac teretes brazzos, cortellum prendit, et illos
disquamans pisces purgamina gittat, et illis
trat pellem ranis apparens trare braghessas.
Non potuit Guido non risu prendere festam,
cernens quanto animo mulier clarissima iam iam
vult contra sortem cor semper habere zoiosum.
Ipse levans etiam scanno se mostrat alegrum,
cunctaque rammarichi ponens fastidia magni,
se parat impresis faciendis ordine coenae.
Colligit imprimis alcunos perque dedentrum
festucos terrae diffusos, perque deforam:
tales sub nigro cacabi culamine steccos
rastellat, pinguesque facit saltare panizzas;
ne tamen indarnum tantus simul ignis avampet
admovet ad flammam poca satis arte padellam,
boientumque oleum pro assando pisce parecchiat.
Baldovina virum submisse guardat et omni
libera cordoio prorrumpit in omnia risu
plena cachinnisono, retinens vix pectore milzam,
tantum namque hominem contemplat, quam sit ineptus
ille coquinalem manibus manegiare padellam;
quem, nolendo etiam, fumus, bruttura camini,

ipse focus scottans peccata piangere cogit.
Nunc frontem, nunc crura manu, nunc detinet occhios,
frontem namque sugat troppum quae scolat ob ignem,
gambas namque tegit troppo quae ardore coquuntur,
occhios namque fregat troppus quos fumus anegat,
quin etiam nasum fazzolo saepe colantem
moccat, et urgetur virdam maledicere legnam.
Illa magis ridens multum capit inde solazzum.
Quem risum advertens has dixit Guido parolas:
- Tres cosas prudens Socrates mundo esse provabat,
quae cazzant hominem, faciuntque uscire decasam,
scilicet ignis edax, fumusque, uxorque cativa. -
Baldovina statim respondet: - Non tamen heus tu,
non tamen hanc ipsam curas deponere brigam. -
Talia dum laetis solegismant saepe cachinnis,
dantque levantque simul factos sine dente botones,
Bertus alegratur, parvumque approximat igni
quadrupedem zoccum, quem descum turba domandat.
Sternit eum quadam canevi stuppaeque tovaia,
quam foggiam telae chiamat Cipada trilisum.
Bissolus, unguentum rognae qui acceperat olim,
sistitur in medio tavolae de more salini.

Pro candelerio dat rava busata lusorem,
cui semusta brusat sefo candela colante.
Iamque salatinam variis meschiaverat herbis,
datque salem supra, dat acetum, datque pochinas
de fiasco guttas olei quod aposta reservat,
ut sit honorevolas tantum pro ornare salattas.
Non lontanus abest lectus, cui butta propinqua est,
butta boni vini quae nescit toxica muffae,
hanc spinat et plenum largo ventrone bocalum
imponit mensis, ac ne tovaia ritondas
contrahat a vino macchias rossedinis, oque,
fundellum scatolae scusat fundella caraffae.
Postea cum nucibus panem, tenerumque casettum
apponit, dicens: - In punctum mensa tiratur.
Barca tenet portum, licet hic iam ponere remos,
prendere cucchiaros; - quo dicto saltat et unam
protinus arrecat secchiam, qua quisque lavatur,
assugantque manus retis squarzone vetusti.
Scazzatis tandem curis ad mille diablos,
ternaro in numero discumbitur, omnia risu,
omnia plena ioco. Raptim mangiata salatta est,
mox bibitur vini signenta scudella per unum,

nam quid commodius, quam post elementa salattae
spumantis gotti stellis mostrare culamen?
His desfantatis primo certamine, guastant
cuncta valenthomines per longum perque traversum.
Illico vanescunt tribus in sorbottibus ova,
arripiuntque fugam panizzarum octo scudellae,
mox scardovarum caedes truculenta secuta est,
una nec in vacuo restavit sola piatto,
quae genus almancum renovet, prolisque somenzam.
Dumque ad fritadam passuto ventre reducti,
gallonis lentant stringas, duplicantque parolas,
Bertus amorevola sic tandem voce comenzat:
- Quotquot habet vester Bertus Pannada, recatur
ecce voluntati sociorum nempe bonorum.
«Regibus incago, papis, rubeisque capellis,
dummodo fortificas mangiem cum pace scalognas,
deque meis possim compagnos pascere capris.
Nescio qui sitis, quove itis, qua ve rivatis
istius ad nostrae teritoria magna Cipadae,
nec volo vel minimas aliorum scire facendas.
Nondimenum habitus, facies, parlatio linguae,
scilicet «_oy, tam bien, ma foy_», similesque parolae

esse foresteros signant, straniamque brigatam.
Qua re si vobis nulla est substantia robbae,
non casa, non fundus, non ars, non ulla botega,
sed tantum fortuna dedit vos esse ramingos,
esse viandantes peregrinos atque pecentes,
robbam quam teneo vestra est, hic vivite mecum.
Bos, asinusque tribus nullo discrimine agetur.
Qui mangiare cupit mangiet, qui mungere mungat.
Sunt mihi grassarum terrarum quinque biolchae,
de quibus ognannum varios accoio recoltos,
navones, ravas, verzasque, cucumera, zuccas,
porra, favam frescam, remolazzos, aya, civollas.
Multa super tuttum melonorum copia grandem
dat mihi guadagnum, dat vaccaque, datque somarus.
Haec ad commandum vestri sunt omnia Berti,
imo ad commandum, fallanti parcite linguae,
sunt compagnorum, velut est drittura, bonorum.
Sunt inter gentes mundi sex mille miara
voiarum speties. Alter, cui robba pochina est,
quotquot habet commune facit, medioque reponit;
alter avarazzus, Medici cui rendita Cosmi,
cui ducatorum Augustini copia Ghisi,

non tantum nil dat, nil spendit, cuncta sparagnat,
sed miser et stiticus quae sunt aliena rapinat.
Si rex, si princeps, si dux, si papa fuissem,
quem contentum animi, quam pacem, quemve ripossum,
maiorem quam nunc habeo, fortuna dedisset?
O menchionem hominem, qui turcos, quique sofinos,
atque pretianes, soldanos, barbaquesoros,
qui papas, reges, ducas, similesque gazanos,
in mundo reputat plus alegros, plusque zoiosos
quam me, quamque meos, quam vos vestrosque pitocchos!
Solum mangio quidem maiori pace codaium,
quam papae ac alii magnates mille guacettos,
vosque plus assaium assetata mente cibatis
pane pitocato ventrem, bibitisque mioro
gustu fundaias vinorum mille per ussos,
quam qui cum giazza maiori tempore caldi
optima tracannant sub rosso vina capello.
Sic cagasanguis eos scannet, sic cancar amazzet,
ni cruciet miseros semper cagarella paurae,
atque masinato dubitent diamante moriri,

nec sit eis tempus mulas intrare spacatas.
Credite, contentum mihi si conceditis istum,
ut te per fratrem godam, te perque sorellam,
non est contentus contento dulcior isto.
Obstuperant dudum Guidonis corda tamagnam
cortesiam hominis. Tum credit apena quod audit,
et tenet haud unquam Bertum nascisse vilano.
Sed quid agat pensat, grattat pensiria zucchae,
nam sua si tantas renuit vergogna profertas
quo se posse suum cariazzum ducere credit?
Baldovina quidem cariazzi more tiratur,
non solum quod sit longo straccanda viaggio,
sed pregnans dudum facta est gran soma bagaio.
Si piat invitum, quae poltronigia maior,
quae nigrior macchia est, aut quo sguranda savono,
ut primus Franzae barro, capitanus honorum
gloria tantorum, quo non paladinior alter,
pro stocco zappam, pro mazza prendat aratrum?
Ergo ragionevolo dum crollat cuncta crevello,
et phantasias huc plures voltat et illuc,
quod potius visum est, quod honestius illico brancat,
atque tenet cerebro firmum nec vadere lassat.

Ipse ad circandos solus vult ire paësos,
donec vel guerra patriam vel pace guadagnet,
quam regat et stabili firmet sibi regna governo;
tum Baldovinam, regali sanguine cretam,
seu marchesanam faciat, seu iure duchessam.
Ergo ubi per mezam risposta quieverat horam,
sic Guido principiat: - Confundor, Berte, daverum,
nec scio destrezzam meritis retrovare parolis,
quae tibi demonstrent almancum quanta voluntas
sit mihi pagandi pro tantis debita mertis.
Nos en guarda, precor, quam scalzos, quamque frapatos
quales nunc cernis, tales depinge, nec altrum
terrenum pensare velis nos prorsus habere,
quam quod ataccatum scarpis gestamus eundo.
Tu tamen avanzans quantos natura benignos,
cortesosque facit, portansque a ventre parentis
tam gentilezzam quam povertatis amorem,
nos poveros miserosque simul, nos absque quatrino,
absque bagatino, morituros dente pedocchi,
pane, vino socias, disfammas, omnia donas,
nosque saporito suades sermone voiamus
personae, robbaeque tuae remanere patrones.

Dii tibi, si guardant praestantes ulla pitocchis
commoda, pro nobis poverellis munera donent.
Dum polus intornum coeli menat octo solaros,
dumque suo Titan mundum fulgore lusentat,
impregnans stellas, impregnans luce sorellam,
dum mare sgollaias tantarum sorbet aquarum,
atque undis tangit lunae tallhora carettam,
semper erit Berti chiarissima fama Panadae.
Qua propter nunc iuro tibi, per quanta pitocchi
frusta pitocarunt panis, quibus omnia nostra
regna manent, sic sic nos Bertum posse Panadam
smenticare unquam, veluti sol smenticat ipse
pandere giornificos nobis damatina cavallos. -
Dixerat et surgens teneras cum coniuge plumas
occupat. Ipse autem petit alti strata fenili
Bertus, et in schena bocchis iam ronfat apertis.
Ecce propinquabat giornus, lusorque matinae,
cantaratque cu cu gallus, gallinaque che che,
Guido levat strato, vestitur, moxque tenellis
uxorem abbrazzat lachrimis, Bertoque pregheris
commendat multis, donec Deo dante ritornet.
Vult, ait, ex voto Christi visitare sepulchrum.

Dixit, et assumpta tabula, bordone, capello
se viat et casulae portas uscirat apena,
Baldovina cadit nimio giadiata dolore,
smortaque deveniens animam gittare videtur.
Cui Bertus slazzatque sinum, spruzzatque visaggium
praticus et vivam tornat, sensimque gramezzam
placat amichevolis monitis, nec ad eius orecchias
mille parolinas zucaratas fundere cessat.
Baldovina iacens lecto ringratiat illum,
mox pregat et supplex orat ne deneget unam
solam gratiolam, proprium si curet honorem:
scilicet uxoret se se, nec sdegnet anellum,
nam quae sposanda est, vel sit vilanella Cipadae,
vel brettara Firae, vel borghesana Predellae,
(dummodo sporca suas teneant sibi Smorbia vaccas)
illa erit amborum requies et dulce levamen,
scilicet alterius coniux paritura fiolos,
alterius cugnata, nec id magagnat honorem.
Non splacuere viro damigellae verba pudicae,
annuit et se se faciturum cuncta spopondit.
At mercantiam talem imbarcare volenti
est opus ut giornos almancum pratichet octo,

materies illa est nisi non pesanda bilanzis,
atque repossato senno pedibusque piombi.
Gatta fretosa parit tisichettos saepe gatellos.
Ipsa stet addasium cameris ascosa fratantum,
donec tolta bono conseio sposa menetur,
nam neque de illorum numero vult esse caprorum,
qui cercant magnas patefacto gutture dotes
ingiottire magis, quam sposae nosse maneram,
et nullum faciunt contum, stimantque nientum
aut sibi diavolam nodo agroppare iugali,
quae strepitans mandet totam sotosora fameiam,
aut velut Actaeon cornutum ferre cimerum,
dummodo pregna sibi Bocadori tasca vodetur.
Dixit et a stalla pegoras simul atque caprettas,
porchettumque, asinumque simul, vaccamque Chiarinam
desligat et branco per pascola ducit in uno.
Baldovina casam remanet soletta, nec imbrem
acquetare potest oculorum, abeunte marito.
Pensorosa manu guanzam sustentat et ecce,
ecce repentinae sua brancant viscera doiae,
namque novo partu miseram fiolare bisognat.

Argutos meschina foras mandare cridores
cogitur, ac ne sit compresa in pectore calcat
spicula quae nondum natus tirat undique Baldus.
Tantum invita fremit, nunc ve uno saepe fianco,
nunc altro se se (visu miserabile) voltat.
Non commater adest, solitum quae porgat aiuttum,
ancillas, servasque vocat, quibus ante solebat
commandare, velut commandat filia regis,
at vocat indarnum, quia tantum gatta valebat
respondere gnao sed non donare socorsum.
Non sine iure tamen multo stimulatur afanno,
unica dum nascit de se possanza baronum.
Omne, quod egregium aut lettris aut Marte futurum,
non facili partu matris de ventre cavatur,
fitque faticoso cruciatu praeter usanzam.
Nascitur hic robur finaliter omne prodezzae,
flosque gaiardiae, Baldus, fulmenque bataiae,
ius spadae, targhaeque vigor, per tela, per ipsa
bella fracassator lanzarum, faxque, brusorque,
diraque in adversis veluti bombarda catervis.
Nec montis durezza quidem, nec azale, nec ingens
bastio, nec grossae fortis trinzera muraiae,

stare sui poterunt martello salda valoris.
Nascitur hic Baldus nullo commatris aiutto,
nec, veluti infantes, minimum dedit ore cridorem.
Baldovina licet sit membris tota movestis,
sicut zerla vetus, discinctis undique circhis,
se levat et baculo succurrens passibus aegris
scaldat aquam, puerumque lavat, strazzisque revolvit.
Inde redit lecto, requiat, lactatque fiolum,
saepe basat, matrisque nequit satiare talentum
suggere nunc occhios, nunc frontem, nunc ve bochinam.
Ille nihil plorat, sed vultu grignat alegro,
dumque loqui sforzat, non supplet debilis ancum
lingua voluntati, nec tata et mamma, nec ipsam
barbottat pappam, licet huic cognitio rerum
multa sit, et modico puero nova stella benigna.
Laetus in hoc medio sentitur iungere Bertus,
saepeque cum cifolis cantuque guidare caprettas,
quas simul ad ripas Menzi laghique cimossam
ante beveratas in stallae pergama chiavat.
Mox tezam ingrediens, zoiosa fronte salutat
sic illam: - Quid fit? bonadies, hora bibendi? -
quo dicto crevisse sibi videt ecce fameiam.

- O - ait, - incipiunt bene res succedere nostrae.
Tu tibi commater? tibi tu fantesca fuisti?
est ne puer maschius? tu rides? est ne puella? -
Illa refert oculis bassis rubeoque colore:
- Masculus est mihi natus, quem tu nosce nepotem. -
Bertus ait: - Tibi sum fratellus, barba fiolo,
at tibi pro nunc sim commater, baila putino. -
Dixerat et lotis manibus laetamine sporchis
se viat ad stallam, de qua per cornua capram
retro tirat, gambasque iubens slargare dedretum,
distesas mungit borsas, coppamque novello
complet lacte novam, qua frustum panis afettat,
dumque simul niveo maseratur suppa liquore,
ova coquit, vix nunc de caldis tolta nieris.
Inde paiolatam reficit, venasque reimplet
sanguine vodatas, forzamque per ossa retornat.
Iamque sit assaium peradessum, ponite pivam,
ponite sordinam, Musae, repiate fiascum.
Si caput est siccum, capiti date pocula sicco.

LIBER TERTIUS

Baldus ab intrighis fassarum denique brazzos
traxerat, et bindas circum sgroppaverat omnes,
qui matrem mamma, qui Bertum tata domandat;
iamque fugit, nullaque guisa vult discere normam
andandi aut lapsu carioli aut matris aiuto.
Ipse medesmus abit, perque hinc perque inde caminat,
sed male firmatis dum sforzat currere gambis,
dumque volare viam spennatus bramat osellus,
saepe cadit, bullasque cadens in fronte reportat,
maccatosque oculos opus est smaltare biacca.
Non tamen hunc videas vel parvam mittere goltis
lachrymulam, quamvis pavimentum sanguine bagnet,
quin levat, inque pedes iterum rizzatus arancat.
Invenit ipse sibi nullo insegnante cavallum,
seu sit harundo busa, seu sit bacchetta salicti,
seu, quam turba vocat melegazzum, cannula melghae
cursitat huc illuc diavolettus, sistere nescit.
Non amat in gheda matris, non supra ginocchios

ninari, sed amat sibi tantum cingere steccum
pro stocco, lancaeque instar drizzare canellum.
Iamque, ut cunque sapit, mandrittos, manque roversos,
fendentes, punctas, colposque exercitat omnes.
Persequitur muscas, homines quas fingit et hostes,
persequiturque super muros sub sole lusertas,
sentit ac ingentem contentum cernere mozzas
illarum caudas tam longo tempore vivas
blasphemare patrem matremque, ut fabula vulgi est.
Sex habet ille annos, bis sex tamen inquit habere
quisquis fortezzam, quisquis consyderat ossos
tam bene membrutos, personam tam bene grossam.
Huic spallas giostris, huic gambas saltibus aptas
Mars dedit, huic equitisque omnem, peditisque fatezzam.
Nunc spronans cannam, cannam quoque curvus arestat,
quam spezzat muro, ficcat ve in ventre paiari;
nunc baculum, qui nuper erat corserus, aferrat,
et piccam simulans gattamque canemque travaiat.
Quid narrem vel quae, vel quanta sit aspera pellis
corporis? aut cortex adversus temporis iras?
Non illum pioggiae, tempesta, borascaque venti,

non illum freddaeque nives, solesque brusantes,
tam straccare queunt, ut possit stare mezhoram.
Dormit ut imbattit se se, dormitque pochinum
vel sub porticulo tezae, vel nocte sub ipso
tegmine stellarum, et raro cum matre riposat.
Hanc soians quandoque stigat, robbat ve conocchiam
datque focum stuppae, proprium nec ad utile pensat,
nam filat nato mater poverella camisas.
Non huic pluma magis gradat, quam terra iacenti;
obdurat saxis costas, polpasque tenellas
cambiat in duros substrato marmore nervos.
Bertus desperat, quae desperatio risu
mixta godit, quod non calzarum trenta boteghae,
milleque scarparum valeant supplere putino.
Autumnus, primavera, aestas, invernus ab ipso
non plus guardatur, quam si sit petra vel arbor.
Quum famet ingoiat quidquid sors mandat inanzum,
seu coctum seu non, seu carnem sive cipollam,
giandas, fragra, nuces, castagnas, nespola, moras,
poma, peterlengas, spinbozzos, grataque culos
devorat, ut struzzi stomaco padiret azalum.
Quod bibit, aut bugni liquor est, aqua mortaque fossi,

aut, velut incappat, vinum vel dulce vel asprum.
Duxerat uxorem Bertus de nomine Dinam,
quae Zambellum habuit subito impregnata fiolum.
Post tamen hunc partum, nondum finiverat annum,
quod Baldovinae veluti cugnata dolorem
attulit ingentem, quoniam infirmata morivit.
Sic Bertus mansit senza, quem Baldus habebat
pro patre, proque suo Zambellum fratre tenebat.
Huic quandoque iubet post vaccam, postque caprettas
ire simul Bertus, villae simul intimat usum;
at similes non vult Baldi genitura facendas,
non it post capras, non villae agradat usanzam,
imo bianoream damatina caminat ad urbem,
quae sibi tam placet, ut semper versetur in illa.
Saepe domum solus facto iam vespere tornat,
sed ruptum caput et schincas quandoque reportat.
Ipse cativellus, velut est puerilis usanza,
nunc ve bataiolas saxorum, nunc ve baruffas
pugnorum faciens, primo aspirabat honori,
ambibatque oculis primum se ostendere cunctis.
Nec pensare velis quod pugnans ultimus esset,
sed bravus ante alios puerili voce cridabat,

et centum petras volta reparabat in una,
et centum testas densos spezzabat in hostes.
Baldovina tamen cartam comprarat et illam
letrarum tolam supra quam disceret «a, b».
Unde scholam Baldus nisi non spontaneus ibat,
nam quis erat tanti, seu mater, sive pedantus,
qui tam terribilem posset sforzare putinum?
Ipse tribus sic sic profectum fecerat annis,
ut quoscumque libros legeret, nostrique Maronis
terribiles guerras fertur recitasse magistro.
At mox Orlandi nasare volumina coepit,
non deponentum vacat ultra ediscere normas,
non speties, numeros, non casus atque figuras,
non Doctrinalis versamina tradere menti,
non hinc, non illinc, non hoc, non illoc et altras
mille pedantorum baias, totidemque fusaras.
Fecit de cuius Donati, deque Perotto
scartozzos ac sub prunis salcizza cosivit.
Orlandi tantum gradant, et gesta Rinaldi,
namque animum guerris faciebat talibus altum.
Legerat Ancroiam, Tribisondam, facta Danesi,
Antonnaeque Bovum, Antiforra, Realia Franzae,

innamoramentum Carlonis, et Asperamontem,
Spagnam, Altobellum, Morgantis bella gigantis,
Meschinique provas, et qui Cavalerius Orsae
dicitur, et nulla cecinit qui laude Leandram.
Vidit ut Angelicam sapiens Orlandus amavit,
utque caminavit nudo cum corpore mattus,
utque retro mortam tirabat ubique cavallam,
utque asinum legnis caricatum calce ferivit,
illeque per coelum veluti cornacchia volavit.
Baldus in his factis nimium stigatur ad arma,
sed tantum quod sit picolettus corpore tristat.
Attamen armiculam portat gallone tacatam,
qua facit ad signum molesinos stare bravazzos.
Terribilis nunquam quid sit scoriada provabat,
spezzabatque libris tavolas, testasque pedantis.
Est quasi communis totas usanza per urbes
ut contrari agitent saxorum bella citelli,
unde simultates maiorum saepe comenzant.
Non unquam vidi tantas ex arbore giandas
sbattere villanum seu virga, sive tracagno,
dum velit ingordum porcorum pascere brancum,
quantas sub coelo video stridescere petras

cum pueri certant densi, giornique lusorem
obscurant, non tam lapidum quam turbine vocum,
et magis atque magis Stephanus tempestat ab alto.
Hic se se, ut dixi, retrovat spessissime Baldus,
anteque compagnos se semper cazzat avantum,
et facit e fromba tundos resonare giarones.
Ipse quidem causa est alzato pulvere solus
coelum obscurandi, dumque hostes, dumque nemigos
fulmine sgomentat, rumpit, day dayque frequentat,
imbolditque suos et corda in pectora tornat.
Sed velut accascat capitano saepe valento,
rumpitur in testa, sed se minus ille retirat,
imo piat visto maiores sanguine forzas;
quove magis teritur piper hoc, magis halat odorem:
quove magis premitur palma haec, magis alta levatur.
Vult potius denso petrarum monte copriri,
quam turpi dare terga fugae, dicique codardus.
Ergo casam quandoque pluens de sanguine tornat,
atque caristiam gallinis ponit ob ova,
quorum pars medicat testam, pars altera ventrem,
haec saldat plagas, panzae domat illa talentum.
At matris turbatur amor, desperat et inquit:

- Mi fili, mi nate, rogo, quid rumpere tantum
te facis? ah per amore dei, sta, desine petras,
lassa bataiolas, quoniam tua fazza diabli est. -
- Vultis - Baldus ait - quod ego mihi dicere lassem
bastardum, mulum, sguatarumque, fiumque putanae?
siccine communem tolerabo perdere famam?
est ne hoc oltraggio peius? vos, mater, adunque,
tam curate pocum nostrae decus omne casadae?
Me vantare volo, non tam simul esse gaiardum,
quam quod basto simul totam magnare coradam
his, qui bastardum me chiamant, vosque putanam.
An beccus pater est Bertus, pro cuius honore
decrevi centum penitus dimittere vitas?
Cedite, mamma, precor, quid giovat plangere tantum?
cedite, me lapidum crebram instigare bataiam,
ut maiora feram posthac animositer arma.
Quotquot ego azzaffo pueros, tot butto roversos,
nulla quibus nec forza valet, nec regula scrimae.
Tum me quisque vocat paladinum, meque gigantem,
namque guereggiandi me nullus in arte pareggiat.
Primior ante alios saxorum millia scanso.
Attamen en, mater, sum sanus, sumque gaiardus,

non mancant homines qui me, dum praeparor, ipsis
rebus amaëstrant guerrae, seu quando parandi,
seu quando locus est pugnos sine fine menandi,
unde hanc venturam laetemur habere miorem,
quam quod ego capras, quam quod vos pascitis ocas. -
Tam bene parlabat matri Baldinus, ut ipsa
tunc pariter lachrimat, pariter dulcedine ridet.
Lux venit interea, qua Mantua tota bagordat;
prima dies maii nitido sub Apolline ridet.
Gentilhomo suum quisquam iubet ante palazzum
plantari arboreis antennam frontibus altam,
quam populus chiamat de mensis nomine maium.
Turba triumphales seguitat plebaea carettas,
quas huc quas illuc seu bos seu vacca per urbem
grassa tirat, variisque rosis ornata caminat.
Stat super alta strues foliis tessuta naranci,
et myrthi, et lauri, mazuranae, rosque marini.
Omne piopparum genus hic, omnisque virentum
ulmorum speties, querzarum, hederaeque sequaces
sparpagnant capitum crines, decorantque quadrigas.
De pasta nevolas, de orbello mille papyros
fila tenent, quos aura movens strepitescere cogit.

Istius in cima momariae astare Cupido
cernitur alatus, puer orbus, et absque mudanda,
diversosque strales duri scocat ille balestri.
Turba puellarum trezzas redimita corollis,
ova gerit calathis, totam cantata per urbem.
Baldus in his etiam meschiatus cantat et ipse,
talis et acquistae vult partem usque fenocchium.
Imo guadagnorum quum fit divisio, praestus
clamat. - Namque mihi primos debetis honores,
primae partis ero; - post primam vultque secundam.
Sed casu arrivans ubi Sancti chiesa Lonardi est,
lusibus en variis puerorum squadra tumultat.
Pars ibi cum cugolis ficco ferramine giocant,
pars ibi scannellis mittunt ad sydera ballas,
pars ibi forcino pirlos facit ire datornum,
pars quoque calzoppans posito signale trisaltat.
Baldus coltellum subitus de corpore tollit,
inque camisola velox saltare comenzat.
Principio simulat non posse adiungere metas
saltantis turbae, nec sustinet in pede saltum.
Mox aliquantillum stringhis gallone molatis,
de pedibus scarpae, de testa bretta cavatur,

bindula cui tenuis ligat uno in fasce capillos.
Ipse galantinus tardos movet ante galoppos,
tam levis ut nullam stampet sabione pedattam,
inde pedem firmans dextrum curvansque sinistrum,
tollitur agnello similis, similisve capretto,
qui stalla egressus currit, balzatque per herbas.
Sex primo in saltu brazzos capit ille tereni,
fortior at brevior balzus fit iure secundus,
tertius adiunctis pedibus pariterque dunatis
se levat, et longe signacula quaeque trapassat.
Hinc nemo ulterius vult secum prendere gattam,
praesentesque viri forzam stupuere citelli,
et quod destrezzam paladini puttus haberet.
Praeterea si vult ad grossam ludere ballam,
ballam quae vento crysteri turgida saltat,
disfidant alii, maiuscula turba, regazzi.
Accipit invitum Baldus, datur illico scannus;
scannum dextra rapit, digitisque accommodat illum.
Se parat ut ludat, fit pars, fit pactio, fitque
ghirlanda intornum populi contrasta videntis.
Ingannare tamen stat coniuratio Baldum:
coniurant omnes excepto nemine contra

bontatem Baldi, qui animo, qui mente reala
semper it, et quemquam nunquam tradivit ab ovo.
Quippe lonardistae pueri male ferre potebant
quod citadinellos urbis, primosque casarum,
ut Passarinos, Arlottos, Bonaque corsos
hic furfantellus villae, stronzusque Cipadae
vinceret et secum ludorum ferret honores.
Tunc aliis quidam giottonior inquit ad illum:
- Si facio invitum, non possis, Balde, revitum
addere, ni primum deponas pignore nummos. -
Baldus erat poverus, tinxit rossedine vultum,
nec sua trentinam marzam scarsella tenebat.
Iudaeo statuit quam primum vendere quidquid
tunc habet indossum; guardat per mille beretas
rossas et nigras populi si gialda videtur.
Non fuit una quidem, sed tres, sed quinque, sed octo,
sed videt innumeras tinctas gialdedine brettas,
namque patarinos baganaios Mantua nutrit.
His dare vult quod habet, saium, cappamque, camisam.
At segurtatem facit ingens turba per illum.
Ergo prior Baldus de signo battere coepit,
distendit laeva digitum, dextraque scanellum

stringit et alquantum se gobbans: - Gioca - cridabat.
Postea subcurrens, socio mandante, piabat
in frontem scanni ballam, pariterque premebat.
Illa magisterio chioccata per aëra pirlat,
bassa tenet medium, nec surgens aethera toccat,
nec campanili (velut aiunt) more levatur.
Si contrastantes illam quandoque ribattunt,
illico Baldus eam redeuntem firmus adocchiat,
misuratque animo qua se se commodet illi.
Hanc ergo ut votum fuerat mira arte ritornat,
et cazzam superat primam, superatque secundam.
Plus invidabat victor, revidabat, et altrum
atque altrum faciens, postas sine fine tirabat;
anteque quam Phoebus giornum portaret in aequor,
Baldus acquistavit carlinos octo reami.
Mox sibi mantellum brettamque reponit, abitque,
ut factum dicat Berto, matrique guadagnum,
sed puer impatiens quidam non sanguine basso,
seu ponte Arlotti cretus seu ponte Macerae,
cui pars soldorum maior perduta dolebat,
surgit et accipiens compagnos quinque vel octo
post Baldum afrettat, cui giurat tollere borsam,

tollere si borsam nequeat vult tollere cappam,
at si nec cappam sagramentat velle bravettus
rumpere cervellum, saxisque tridare misellum.
Baldus arivarat iam iam, hospedale relicto,
ad Vescovati portazzam semper apertam,
san Petrique super campagnam venerat amplam,
ut longo tandem petat ipsam ponte Cipadam.
Hic puer Arlottus Baldum improvisus achiappat,
perque gulam prendens leva, dextraque daghettam:
- Redde mihi - chiamat - carlinos fraude tiratos. -
Sic dicens, punctam pugnali approximat occhis.
At Baldus se se pariter disbrigat ab illo,
et pariter brazzum cortelli tostus aferrat,
deque manu scarpat ferrum, schiaffumque sonantem
dat talem, quod dextra genae stampata remansit.
Protinus hic pueri stolo clauduntur in uno,
saxa piant, tundosque cavant sub veste giarones.
Baldus mantelli voltat reparamina brazzo,
deque sua cappa targhae sibi praeparat usum.
Iamque petrae, iam saxa volant, iam cazzaque frusti
stridentes mandant velut archibusa matones.
Baldus at in Sanctae se Agnesae forte rezolam

pugnans retro tirat, ne in schena sentiat hostes.
Mox cantone pedes animumque piantat in uno,
quem centum picchae discantonare nequirent.
Illi saxorum tempesta ruinat adossum,
sed volucer nunc huc, nunc illuc saltat in altum,
et lapides agili sfronzantes corpore schivat.
Praticus ut pelagi nochierus, saepe viaggium
dum facit, undarum montagnas ecce levatas
in se prospectans non deserit ille timonem,
non animum perdit, sennum vexatus aguzzat,
scit montare undas, scit rumpere, scitque cavere.
Baldus idem faciens, oculata mente molares
quum videt in se se bassos altosque volare,
nunc caput inchinat, nunc dexter, nunc ve sinister,
sive aperit gambas, seu tollit, sive traversat,
et lapides atimo tercentum scansat in uno.
Plus tribus ille horis tanto certamine durat,
sic ut guardanti populo stupor ultimus esset.
At puer, illorum capitanus, currit avantum,
vultque corozzatus Baldum sepelire quadrellis.
- Sta retro - Baldus ait, - sta retro, si tibi frontem
rupero, quid fiet? fuerit, te avviso, todannum. -

Ille nec ascoltat, nec brigam frasca refudat.
Tum demum impatiens Baldus non ultra monivit,
nec saium aspexit rasi brettamque veluti,
sed piat e terra, bassato corpore, marmor.
Vibrat et in stomachum sfronzanti murmure chiappat.
Ille tramortitus cascat, cito creditur esse
mortuus, unde alii pueri calcanea monstrant.
Nec stat et ipse etiam Baldus, carneria portat,
mille per intricos, per busos mille ficatur,
donec campagnae factus capitanus apertae
it gravis, ut tandem ponat sua castra Cipadae.
Senserat hoc murmur stropiati forte citelli
quidam vassallus, spaventans cuncta parolis.
Hunc Lanzalottum sbricchi dixere bretari,
sed Slanzagnoccum gens rerum pratica dixit.
Huic talis persona fuit, corpusque disutil,
qualis erat quondam Mambrini Alfana gigantis.
Testa super gobbas stabat picolissima spallas,
non sua sed potius ad nolum tolta parebat;
iste bravosazzus, cagnazzus, et omnia taians,
omnia per tressum capiens, guardansque traversum,
vult gattam, ponitque manum, sfodratque dagazzam,

peiorem sed semper habet, relevatque coellum.
Hic ergo Baldum seguitat, seguitansque rechiamat:
- Prendite ladrettum, ne scampet, prendite forcam,
a quo spezzata est contis modo testa Zanorsi. -
His tam fulmineis gens incontrata brauris
spaventabantur, cercantque piare citellum.
Prenditur ille cito, citius sed muzzat, et instar
sdruzzolat anguillae, quae nescit stretta teneri.
Lanzalottus eum seguitat tutavia volantem;
mastinum videas leporem incalzare legerum,
imo asinum potius cupidum abboccare caprettum,
sive bovem zoppum sperantem prendere cervum.
Baldus at, egrediens iam portas urbis, ad unum
tractum ballestrae, stochettum prestus arancat,
contraque sganzerlam voltans animositer ibat.
Ille codegonus puero borrivit adossum,
ut mastinazzus solet assaltare cagnolum.
Baldus ad historiam Orlandini mente recurrit,
implicat in cappa laevam, dextraque sguainat
verdugum et cazzans trivilatam concite puntam
per medium bigoli ferro ventralia passat.
Vidi ego bistortam, longamque talhora pioppam,

quae dudum tristi segetem morbaverat umbra,
a pede taiari, magnamque menare ruinam,
et facere intornum cascando sonare paësum.
Tale ruinavit vasto cum pondere corpus
illud, nassutum mundo consumere panem.
At vix spadiculam Baldus de ventre cavarat,
ecce sibi a longe sbirraiam currere mirat,
expedit ad cursum gambas, iterumque netatur,
ad matrisque suae tandem casamenta ritornat.
Baldovina videns natum quam sudet, ut illa
quae semper vivit leporatti more tremantis
scribitur in facie nigro pallore, cridatque:
- Quo fugis? unde venis? quis te facit ire galoppum?
Dic, balzane tribus pedibus; dic, matte poledre,
cur me quottidie, cur me, cavester, amazzas? -
Baldus respondet: - Vultis ne, quod ipse giotonum
mille feram tortos, mille ontas, mille travaios?
Sum ne asinus forsan, quod sic bastone gratandam
exponam schenam poltronibus atque gaioffis?
De vanis non multa mihi fit stima parolis:
parlent qui parlant, nunquam tolerabo nec unam
percossam picolam nec summo tangier ungue,

de dicto ad factum distantia multa catatur.
Sbaiaffent homines, chiachiarent, nil estimo zanzas,
nilque canes timeo bau bau de longe cridantes,
sed griffas teneant ad se, tantumque menazzent,
namque bravariis pellis neguna foratur. -
Cui mater: - Fili, nescis proverbia? nescis
quod maior piscis solet inghiottire minorem?
Ne vadas urbem, ne charam desere mammam,
nam tibi promitto, ni praelia, costionesque,
garbuiosque sinas, vives mihi tempore poco. -
- Stat sua - Baldus ait - moriendi volta, nec ulla est
foggia resistendi fatis, nullusque reparus;
quid giovat hic nobis testam spezzare medemis,
cum ciascadunis hominum semel hora fichetur?
Sed precor, in pacem cor vestrum ponite, mater;
non est tam sozzus, velut est pictura, diavol.
Haec ea dum parlat, sibi guardat saepe dedretum,
suspectumque facit matri, miseramque travaiat.
Ecce inter zaffos tandem barisellus arivat
cortivumque intrat Berti, mandatque piari
Baldinum subito, quem vult stafilare cavestrum,
anteque rectores urbis conducere, tanquam

miraclum magnum, factumque stupore pienum,
quod puer exiguus potuit mazzare gigantem.
Bertus erat multis abscentus allhora diebus.
Baldus at ensiculo passaverat inguina zaffi,
mozzaratque altro brazzum fendente sinistrum.
Dumque alius propter detrum graffare sotintrat,
donat ei subitum Baldi praestezza roversum,
ingentique taio nasum guanzamque traversat.
O puta, quando suis oculis timidissima mater
inter tot sbirros, interque tot arma fiolum
esse videt, mortumque putat, pezzisque taiatum,
tanto corripitur giazzati cordis afanno,
ut misera, infelix, longosque experta dolores,
heu, quater exclamat, quater alta voce Guidonem
Baldovina vocat, tragico ploranda cothurno,
quae veniens regum summo de culmine praeceps
nunc ruit et tenues animam sbuccavit in auras.
Hunc ve habuit finem stirps regia propter amorem.
Interea Baldum zafforum frotta piarat,
tercentumque soghis strictum fert unus adossum.
Illeque dum fertur, se scossat, seque dimenat,
si funes spezzare queat, sed vana fadigat,

nam, quae grossa torum retinere ligamina possent,
haec eadem retinent septennis membra putini.
Attamen, ut stizza est mamoletto innata superbo,
portanti sese collumque addentat et aures.
Ecce autem casu godius Sordellus arivat,
qui de Mottellae campis veniebat in urbem.
Ipse cavalcabat, celerantibus ante staferis,
iam vecchius, vecchiezza tamen non debilis ancum:
non sofiat cornu, non dentem perderat unum,
maccagnos non ante spudat, non retro corezas.
Conspicit hic mamolum, manicis pedicisque ligatum,
ante magistratum tanto rumore tirari,
quanto menchiones troiani tempore vecchio
ad Priamum regem strassinavere Sinonem.
Constitit hic, retinetque briam, firmatque chinaeam,
stare iubet sbirros, quorum tres esse feritos
miratur, causamque petit novitatis, ut infans
vix parlare sciens, vix andans, vixque biassans,
sic tanquam latro, sic tanquam homicida ligetur.
Cui maravianti capitanius omnia narrat,
sed puer arditumque animum, vocemque speditam
semper habens magis, ad Sordellum protinus inquit:

- Gentilhomo, precor, vestrae dignentur orecchiae
causam orphanelli pochis audire parolis.
Non possunt nostrae meliori iudice lites
audiri, nota est Sordelli fama per orbem,
qui pro iustitiae zelo dat terga thesoris.
Dicite vos, barone, prius: si contra doverum
vel vobis borsam, vel quis vult tollere cappam,
borsam ne aut cappam poteritis perdere sic sic
per dominum nostrum? Sed dicam fortius. Est qui
vos salit ad stradam, ferroque menazzat, et ipsam
vult animam dulcem proprio sgroppare ligazzo:
vos ne illud factum tolerare? manusque tenere
in cortesiam giuntas, velut ipse citellus
utor ego quando soleo benedicere tolam?
Vos ne pati, ut vobis sic foeni barba fiatur?
En quidam sbriccus, cui nullam, credite, noiam,
noiam quippe dedi nullam nisi prima dedisset,
non vergognavit tres me seguitare miaros,
ut mihi de spallis stricto caput ense levaret.
Cur homini natura pedes dat, corque, manusque?
En ego scampabam pedibus, nam pes datur ista
pro causa; sed, ubi me nil giovasse videbam,

cor saldum feci, saldo quia corde periclum
omne superchiamus. Cordis manus inde ministra
quid faciat pro tunc? an tanto urgente bisogno
perdiderit tempus, seu griffis scalpere rognam,
seu sub sole grisos investigare pedocchios?
Vos date iudicium, velut usus vester, honestum,
qui non scordatis tavolae statuta rotundae.
Si tortus meus est, torti mihi debita poena est,
si drittus, dritti causam paladinus aiuttet.
Obstupuit teneri barronus dicta putini,
atque valenthomum subimaginat esse futurum.
Protinus ad sbirros inquit: - Gens nulla catatur
sub coeli cappa, quae vos dapocagine vincat.
Quae vergogna ista est? tostum, cui dico? levate
hos nodos puero, nec vobis dicere cosam
bis facite, ut quae sit Sordelli barba sciatis. -
Cui barisellus: - Opus nostrum est ubedire senato,
nec plus nec mancum facitur quam iussa comandant. -
Talia dum magno strepitu responsa dabantur,
currit multa hominum diversis copia bandis.
Hic Sordellus habens proprii moderamen honoris,
ne cum sbirraia rixet praesente brigata,

vertitur ad quosdam citadinos forte trigatos,
istaque sdegnoso memorabat dicta soghigno:
- Magni poltrones sbirri, gens plena pedocchis,
gensque morire prius digna est quam nascat, ut ipsum
non voret indarnum panem, vinumque tracannet.
Zafforum mos est non azzaffare verunum,
ni videant illum sibi nullam cingere spadam;
nam si quis testam faciat, sfodrare paratus,
continuo turba haec se se furfanta retirat,
ut viles faciunt visto falcone poianae.
At si pauper homo vadit de nocte per urbem,
atque ferat modicum, velut usant ferre, lusorem,
quid faciunt isti ladri merdaeque botazzi?
Mandant sbirazzum, qui vadat spegnere lumen,
deque manu poveri tollat cum fraude laternam:
quo facto zentaia ruit, spadasque piombi,
atque carolentas faciunt strepitescere targas.
Circundant, nudum spoiant, stringuntque manettis.
Verum si donet, si dico tapinus ad illos
quotquot habet pocos voiat sborsare quatrinos,
lassant ire viam miserum, plenumque gramezza,
qui quot aquistarat noctuque diuque sisinos,

seu battens virgis, seu tirans pectine lanam,
ut se se valeat poveramque cibare fameiam,
ecce barisello sforzatur tradere boiae,
perdere mantellum, calzas, ipsamque camisam.
Sola Potestatum culpa haec, omnisque palazzi,
officium quibus est ladros adscribere forchis,
dismorbare vias sassinis, perdere giottos,
atque stradarolos cunctis squartare videndos;
quos gula iustitiae moveat, non ventris et auri.
Heu tantum poveros, inopes, soldisque carentes,
cernimus ad forcam canevi portare colanam!
Non tamen hi nostri patres, iurisque ministri
attendunt quoniam, dum cercant suggere borsas,
dum tascas mungunt alienas, dumque secundant
prava ministrorum deportamenta suorum,
iustitiam privant spada, rumpuntque bilanzas,
incagant iuri, monstrantque culamina legi.
Quam forchae melius poenam gens illa subiret,
quae forchae ad poenam menans sbirraia vocatur.
Quin datur his canibus portare licentia spadas.
Omnibus est vetitum taccare galonibus arma,
arma barisellus, zaffus fert arma solettus,

atque hominum stronzus, cui curae tollere pegnos,
unde valenthomines, atque alto sanguine nati
ferre pudent cinctas hodierno tempore spadas,
ne quoque per gentem sbirri dicantur et ipsi.
Si malfattorem vadunt comprendere quemquam,
prendere non bastat, sed eum spoiare comenzant.
Hic sibi mantellum, brettam levat ille, sed iste
saionem, veluti sibi solis furta licerent.
Impietas nulla est mundo crudelior ista.
Instituuntur enim pro castigare giotones,
hi tamen ingordi sub manto iuris abarrant,
sassinantque homines, robbam cum sanguine tollunt.
At per contrarium facit haec destructio panis,
quando nocturnis animosa iuventus in horis
itque huc, itque illuc, aliquas vel quaerere brigas,
vel matinadas dilectis fare morosis:
cum procul ascoltant cordas toccare lautti,
et frictum frictum sotanellis iungere cantum,
cumque vident modica sub luce micare politos
seu corsalettos, seu roncas, sive celatas,
scantonant subito, scapolant, scansantque diablos,
parlantes taciti: non est hic robba guadagni.

Dixerat haec magnus Sordellus verba rasonis,
atque illis iterum commandat solvere Baldum.
Tostus ei paret cavalerus, vincula solvit,
nec facit ut terzam dicatur cosa fiatam.
Inde abit et patribus conscriptis dicere factum
non habet arditum, ne grostas inde reportet.
Sed Baldus natu gentilis, corde benignus,
ingenio praestans, animo sodus, ore disertus,
tam bella egregium ringratiat arte baronem,
ut quot verba movet tot monstret fundere zoias,
ipseque Sordellus tanto capiatur afetto,
ut secum portare bramans, voltansque mulettam,
mandat eum famulis in groppam mittere post se.
At Baldus, factum reputans hoc esse codardum,
quod montet sic sic alieno fultus aiuto,
continuo tundum spiccans de littore saltum,
in groppam leviter gambis se plantat apertis.
Quo saltu barro magis ardet amore putini,
robbat eum, portatque casam, vestitque galantum,
paggettumque facit, quo non velocior alter,
seu scopet vestas damatina bonhora patronis,
seu porgat potum, seu trinzet, sive per urbem

cursitet huc illuc ad agendum mille facendas.
Sed iam celesti moriens sol cascat ab arce,
noxque suas tenebras totum sparpagnat in orbem.
Gosa soporatur, quae buccis ronfat apertis.

LIBER QUARTUS

Iamque comenzarat Baldi statura levari
altius, et coelo magnis consurgere membris,
iamque misuratur per longum brachia quinque,
largus in amplificis relevato pectore spallis,
sed brevis angustos cingit cinctura fiancos.
Nervosus gambis, pede parvus, schinchibus acer,
drittus in andatu, levibus qui passibus ipso
vix sabione suas potis est signare pedattas.
Vivaces habet ille oculos, semperque rotatos
nunc huc nunc illuc, radio velocius illo,
qui facitur quando sol specchio guardat in uno.

Non huic barba nimis plena est, durataque setis,
at spuntant mento lanosi trenta peluzzi,
cui superum labrum paulo supereminet altro
extrius, et savium sic indicat esse futurum.
At quia non habet hac in molli aetate magistrum,
iam compagnones, rofianos, atque sbisaos,
bravazzosque gradat, sbriccos, certosque cagnettos,
qui taiacantones dicuntur, mangiaque ferri.
Talibus ingrassat se tantum Baldus ut aetas
virda iuvenazzum transportat more poledri,
non unamque facit stallae spezzare cavezzam;
nempe polastrones isti, dum sanguine caldo,
dumque vigent stomacho, semper mangiare parato,
non oleum ponunt nec sal in rebus agendis,
nec mirant cosam naso lontanius ullam.
Solo de Baldo tota parlatur in urbe,
qui smisuratis sgomentat forcibus omnes,
nilque deos curat, nil sanctos, nilque diablos.
Non illum spadae, non illum mille zanettae,
non sbirri et zaffi terrere, nec ipse Gaioffus
praetor in urbe potest animum domitare superbum.
Ipsius ad grandem famam, nomenque cagandum,

non est tam validus brazzus, tam dura gigantis
schena, vel Orlandi sguardus, vel mille Rinaldi,
qui non sconcaghent nimia formidine bragas.
Spadazzam lateri cunctis metuendus ataccat,
quae fuit obscuris Vulcani facta boteghis,
hanc ve fabri rapido temprarunt fulminis igne
Broth zoppus, sguerzusque Sterops, gobbusque Pyrazzus.
Leggiadria suos brillabat tanta per artus,
ut quaecumque potest fieri saltatio, sive
gatta piet soricum, seu praesta leona caprettum,
per Baldum fieret, nulla straccante fadiga.
Ergo Cipadicolae primates gensque bravorum,
quique sacramentant semper simul esse fradellos,
compellunt Baldum vinclo iuraminis: ut rex
sit compagnorum voiatque tenere governum,
per quem quisque tamen vitam non stimet un aium,
namque ubi rex mancat vadunt sotosora facendae.
Praecipuos sed tres delectos Baldus habebat,
quorum legnaggium non sit scoltare noiosum.
Primus erat magnus Fracassus, razza gigantum,
cuius longa fuit (certe non dico bosiam)

per bellum punctum brazzos persona quaranta.
Grossilitate staro maior sibi testa dabatur.
Intrasset boccam totus castronus apertam,
auriculisque suis fecisset octo stivallos,
atque super frontem potuisses ludere dadis.
Spallazzas habuit vastas, largamque schenazzam,
gambones grossos, brazzosque, amplumque culamen.
Non erat in mundo qui hunc posset ferre cavallus,
omnes montando schizzabat more fritadae.
Ingentem brancans manibus per cornua taurum,
voltabat circum facili giramine testam,
ut facit ad lodrium chiamans strozzerus osellum.
Ventrosam, duramque tulit sua testa celatam,
quae tantum vini, quantum fert zerla, tenebat.
Larga merendando mangiabat bocca vedellum,
nec bene replebant panes ottanta budellos.
Sint quales voiant, trinzeras atque muraias
crollabat manibus, totasque ruebat abassum.
Streppabat digitis ita querzas, tempore vecchias,
ut sterpare solent aios et porra vilani.
Tanto ibat strepitu spatians, tantaque gravezza,
tota sub ipsius plantis quod terra tremabat.

Targa illi fuerat plus fundo magna tinazzi,
bastonusque ingens non parvior arbore navis.
Huius progenies Morgante calavit ab illo
qui bacchioconem campanae ferre solebat.
Alter erat Baldi compagnus nomine Cingar,
Cingar scampasoga, cimarostus, salsa diabli,
accortusque, ladro, semper truffare paratus,
in facie scarnus, reliquo sed corpore nervax,
praestus in andatu, parlatu, praestus in actu,
semper habens testam nudam, penitusque tosatam.
Praticus ad beffas, truffas, zardasque, soiasque,
deque suo vultu faciens plus mille visazzos,
et simulans varias sguerzo cum lumine morfas,
pochis vera loquens voltis, mala guida viarum,
namque domandantes quae sit via dritta camini,
insegnans tortam, comitum drizzabat in ongias.
Portabat semper scarsellam nescio qualem,
de sgaraboldellis plenam, surdisque tenais,
cum quibus oscura riccas de nocte botegas
intrabat, caricans pretiosa merce sodales.
Altaros spoiat gesiae, tacitusque subintrat
in sagrastiarum magazenos, salvaque robbas.

Sgardinat o quoties cassettam destriter illam,
qua tirat offertam pretus pro alzare capellam,
vel pro massarae potius comprare camoram.
Tres voltas forcam praesus montaverat altam,
dumque super scalam, manigoldo stante parato,
cascaturus erat, calzosque daturus ad orzam,
semper ab armato Baldo, comitante caterva,
scossus erat, mediisque armis per forza cavatus.
Qui mox ad primam tornabat protinus artem,
unde piabatur barisello rursus, et urbem
ingrediens strictus cordis, trans mille vilanos
armatos nigris spontonibus, atque zanettis,
protinus a cuncto populo, cunctaque palesus
gente botegarum conclamabatur ad auras:
- Ecce diavol adest, non lassat vivere quemquam,
spoiavit Sancti Franceschi altaria ladrus,
milleque censuras portat manigoldus adossum,
Sancti Christofori robbavit fratribus ambos
mezenos, plenumque occhis missaltibus urzum.
Non pomos brolis, non verzas lassat in hortis,
non in pollaris gallinas atque capones.
Rupit presbitero chiericam, zagumque reliquit

pistatum pugnis, quibus abstulit inde cavallam. -
Talibus insultat populazzus, at ille nientum
attendit vulgi vitriata fronte cridores,
dumque in praesonem trahitur, dum forca paratur,
dum latro altuttum debet damatina picari,
nocte cadenazzos rumpit, scarpatque quadrellos,
presonem sbusat, tornatque robbare botegas.
Baldus eum socios super omnes semper amavit,
namque suam duxit Margutti a semine razzam.
De te quid tandem dicam, Falchette gemelle,
qui quoque pro Baldo iuraras ponere vitam
dicam, sed multis parebo forte bosardus,
dum dicam quod ego propriis occhialibus hausi.
Vidi ego Falchettum duplicato corpore natum,
quippe viri buccas usque ad culamen habebat
ex inde ad caudam veltri sibi forma dabatur.
Nescio si brancas, lector placidissime, cosam:
clarius hoc dicam, mangiabat dente virorum,
smaltitosque cibos mastini ventre cagabat,
quapropter coredorus erat tam praestus, ut ipsos
zaffaret capros, lepores, dainosque fugaces,
et quia mezus erat noster, mezusque molossus,

hunc multi reges, papae, grandesque maëstri
chortibus in propriis de primis fare volebant,
sed magis incagans papis, regumque favori
cum Baldo tantum dormit, mangiatque, bibitque.
Interea Baldus vilanellae nomine Bertae
captus amore, illam patri per forza robavit.
Illa citadinas omnes quantunque legiadras
vincebat, nedum visi beltate galanti,
sed gestu, andatu, risu, garboque loquelae.
Hac ideo causa, magni quoque ductus aviso
Sordelli, cui semper erant Baldi omnia curae,
legitimo, ut fas est, illam sposavit anello,
quae fuit assaltu primo schionfata, duosque
laeta mamolinos portatu fecit in uno,
quos Grillum fecit nec non chiamare Fanettum,
tam bellos vultu, tam gaios, tamque politos,
ut dicas non esse illos nisi pignora Baldi.
Creverat interea plenos Zambellus in annos,
Zambellus Berto natus et matre Tonella,
qui reputabatur Baldi genus atque fradellus.
Is quoque sposarat moieram, nomine Laenam,
barbaque Tognazzus fuit huius causa facendae.

Hic Zambellus erat borella tundior omni,
nec non aguzzus tanquam pistonus aiadae,
quidquid aquistabat seu zappa sive gumero
Baldus spendebat betolis, scottoque tavernae.
Splendidus in tavola, vult Baldus habere caprettos,
deque sparavero quaias, de astorre fasanos:
at Zambellus aium, fortasque appena cipollas
mangiat, et interdum gaudet leccare scudellas.
Hunc dormire nihil Baldus de nocte volebat,
quem toto stentare die cogebat in agris.
Ille fadigando vix quod mangiaret habebat,
ipse reposando borsam nummosque tenebat.
Pauper homo cuiquam tot vellet dicere tortos,
sed timet a solito spallis bastone tocari,
quem rediens de sera casam sua schena provabat.
Ergo die quodam solus solettus in arvo
valde lavorabat, stentans zappare fasolos.
Iamque visentinis spuntabat Phoebus ab Alpis,
Zambellum iam iam mangiandi voia grezabat,
qui per ventronem vacuas rosegare budellas,
ireque per cistam grances et gambara sentit.
Sed quia nessunus pendet carnerus in ulmo,

quo saltem tozzi sint muffi, aut crusta casetti,
sed quia vinessae nullus barilottus aquatae,
qua queat almancum boccam bagnare sugatam,
trat zappam longe ceu desperatus et alto
pectore suspirum sborrat per utrumque canalem.
Inde caput grattans dextra, culumque sinistra,
non satiare potens ventrem, vult pascere griffas.
Brontolat in dentes, calcataque verba susurrat,
atque strepit veluti buliens pignata ravarum.
Blasphemat, maledicit, ait convitia Baldo,
namque umberlicus schenae taccatur arentum.
Impatiens tandem magna sic voce gridavit:
- O cordis lancum, o vermocagnus, et oyde,
oyde meus venter, mea panza, meusque budellus!
sic taceam semper? marza sic famme crepabo?
strangossabo miser? nec quemquam cerco socorsum?
quae cascare potest mihi nunc desgratia maior,
si codesella meas vado parlare cotalas?
Esto, fracassabit schenam mihi boia ribaldus.
Non ne fracassabit, nec non tutavia fracassat,
dummodo vel solam praesumo dire parolam?
inveniam tandem, qui me distoiat afattum

de tot fastidiis, cagasanguibus atque malannis.
Quem tandem invenies? nemo, mihi crede, trovatur,
carpere qui gattam praesumat contra tyrannos.
Invenies forcam, quae sit conclusio doiae.
Heu me quisque procul cazzat, me quisque refudat,
namque repezzatum porto frustumque gabanum,
nullaque tegnosam mihi coprit schufia testam,
nullaque braga tegit nudas diretro facendas,
et nullum tandem calzat mea gamba schifonem,
sed ruptis scarpis digiti reperere fenestras,
nec solum marzum servat mihi borsa quatrinum,
quo possim comprare mufum de pane tochettum,
quo mihi barberus voiat tosare pedocchios,
qui me nocte die privum savone travaiant.
Nausea sum factus populo, derisio genti,
mattis garratola et nostrae zavatta Cipadae.
Non mancant homines, qui dant conseia, saputi,
sed mancant qui me picolo dignantur aiuto.
Omnes sunt medici, sua sed medicina negatur,
omnes compagni, sed non compagna scudella.
Sum riccus, quisquis pro me vult ponere vitam,
sum pauper, nemo pro me vult spendere bezzum.

Talia parlabat, quando procul ire Tognazzum
vidit oportunum, sua cui pensiria dicat.
Hic est ille senex, patriae pater, ille Tognazzus,
ille cipadenses natus punire giotones.
Saepe fuit consul, dictator saepe Cipadae,
praticonus enim manezabat iura senati.
Quisquis conseium cercabat habere Catonis,
protinus andabat savio parlare Tognazzo.
Portabat brettam, quae dicta est bretta taeri,
de cuius piga scriptarum copia pendet.
Consulis est proprium tales portare bolettas,
unde datur sciri doctae prudentia testae.
Hanc foggiam brettae vidisse talhora recordor
in carnevali festis, et tempore matto,
cum mascarantur buffones barbaque chieppi.
Extra hunc brettonem profert Tognazzus orecchias,
quas male sufficeret plenas nettare badilus.
Semper habet longo nasum morcone colantem,
de quo spirat odor, tanquam cagatoria morbans.
Cascat de spallis frusti zorneia veluti,
quem garbum populi portabant tempore vecchio.
Haec appena coprit circum culamina bragas.

Usat, ut usatur, calzas calzare brasolas,
hasque satis bastat stringhis stringare duabus,
interdumque scoprit vento boffante culattas.
Pendet gallono mediis squarcina guainis,
quae cavat anguillis tunicam, ranisque braghessas.
Incedit, quamvis gobbo sit tergore, drittus,
incedensque manus haeret gallonibus ambas,
et pignata paret manighis manigata duobus,
seque pavonizans menat velut ocha quadernum.
Saepe tamen manibus faciunt bragalia guantos,
namque illic digiti scaldantur tempore freddo.
Hunc igitur cernens vultu Zambellus alegro,
se viat in frettam, currit, cridat: - Ola, Tognazze,
ola, Tognazze, unam volo vobis dire parolam. -
Ille catoniaca se se gravitudine voltat:
- Quis chiamat? - dicit. - O te, Zambelle, volebam,
te nunc apunctum gestabam pectore ficcum.
Quid facitur? video sic magrum, sic macilentum.
Nec dum mangiasti? nec dum, Zambelle, bibisti?
Hora est ut solvas, ubi stat carnerus? arecca. -
- Ay - Zambellus ait suspirans, - et ayme tapinum!
non habeo panem, sacchellam cerne vodatam,

non habeo vinum, vacuum quoque cerne barillum.
Oyde utinam, sic sic ut ego, disinasset et ipse
Baldus, et ipsa mei mangiatrix Berta poderi.
Deh giandussa, quibus me tortis ille travaiat!
Est mihi messeris parlandi grande talentum,
fors bene sassino plus non stentabor ab illo.
Da mihi conseium: parlabo? res tibi quadrat? -
Tognazzus coleram spudans, nasique senapram,
respondet: - Quadrat? parlabis? meque domandas
conseium quod et ipsa etiam tua zappa dedisset?
O macaron, macaron, quae te mattezza piavit,
quid tantum expectas, merlotte? quid? anne becatam,
anne boconatam speras aliunde, maruffe?
non tamen usanza est hominum nunc temporis, ullum
velle dare altorium poveris, nisi praemia dentur.
Verum dic tandem: quid nam facit ille ribaldus?
qui centum sogas meritat centumque tenaias.
Dic Zambelle meus, dic horsu, plangere noli,
semper maturis tua dic pensiria vecchis,
qui scozzonato praestant conseia vedero.
Nosti quam nostri pariter groppantur amores,
nosti quam semper te fixum porto corada. -

Cui Zambellus: - Habes multam, Tognazze, rasonem.
Sed precor, avantum nos hac sedeamus in umbra,
ne per disgratiam videat nos ille loquentes,
deque suis penset cosis maledicere pravis,
teque tracagnadis refrigeret absque riguardo.
De me non dico, quia sum vezzatus ad illas
tartufalas, fecique sodas in tergore costas. -
Tognazzus ringens stizzosa foramina nasi:
- Quid zanzaris? - ait; - videor sic esse dapocus,
poltronusque tibi? mihi tota potentia Baldi
haud posset minimum barbae torzere peluzzum.
Se sibi provideat, nec ubi me sentiat esse
praesumat drizzare pedes, aut ponere vistam.
Qui licet in vulgo multos chiachiaronus amazzet,
dico quod in vulgo taiet licet omnia frappis,
hunc tamen ac similes bravos non estimo fungum.
Si factis mancant homines, incaga parolis,
baiantesque canes lunae dic esse codardos.
Hi bravi portant spadas gallone cadentes,
at quum tempus adest quo sit sfodrare bisognus,
obstant calcagnis, schenam pro pectore voltant.
Hi frappant brettas longo tremante penazzo,

quae coprunt occhium seu dextrum sive sinistrum,
dant centum taios calzis cossalia circum,
casaccasque breves portant, curtosque capinos,
ut populus videat gambas ornare velutum,
bressanamque doro vinctam cordone daghettam.
Nil tamen est panis, quod manducetur a casam.
Intrant infrottam betolas quandoque bravazzi,
terribilique graves assaltant caede bocalos,
expugnantque gregum zaynis, corsumque caraffis.
Hinc, mox, hinc nascunt illa illa sonantia late
verba bravariae, velut est: «sagrada, putana,
potta, renego deos», et multa et plura bravorum,
quae possunt etiam spaventum mittere coelo.
Nunc ea dabandam peradessum mitto, sed illos
tot sine borsettis faciam smaltire budellas.
Non tibi dico favam, nosco quid pectore gesto. -
Zambellus grattans rognam, qua plenus abundat,
incipit: - Oyme Deus, quantum sum mortuus, oyde
non habeo tempus tantas contare facendas.
Hoc solamenter ego volo te certare, quod ille
me facit, et fomnam poverosque famere putellos.
Semper ego stento zappans, mea fomnaque filans,

putti pascentes porcam; sed zappa, conochia,
porcaque nil giovant nobis, vorat omnia Baldus,
omnia Berta tirat pro seque suisque fiolis.
Quando casam redeo brazzis stracchedine pistis,
vergottam coenae pensans acatare paratum,
groppifero bastone prius bonasera salutor.
Nil nisi panzatas mangio pugnosque cotoros,
cucchiarumque mihi stranium patientia praestat,
namque ribaldazzus me chioccat, meque richioccat,
et cum stanghetto dat aiutum Berta marito.
- Cur - ait - ad stanzam sic sic abonhora ritornas? -
Mox iterum pistant, strazzant, hinc inde marazzant:
ista vivanda mea est, talis mihi coena paratur,
nec novi carnes aliter guarrire crevatas.
Laena videns fieri tot tortos, grafiat ongis
mostazzum trezzasque sibi, panzamque flagellat.
Ipse super paiam, sicut mastinus, alozo,
ille meum supra lectum cum coniuge possat.
Fer, precor, altorium, schiavus tibi semper habebor,
et formaiettum lactis, ballamque botyri
hoc pro servitio tibi pro donare robabo. -
Cui Tognazzus: - Habes totam, Zambelle, rasonem,

multaque me de te povero compassio brancat.
Hunc istum impazzum mihi nunc tantummodo lassa,
efficiam ne ultra ladro stenteris ab illo.
Talia parlatus se raptim drizzat in urbem,
Zambellusque sui tornat zapponis ad usum.
Qualis cum bocca porcus singiarus aperta,
quem cazzator habet speto pungente feritum,
it per boscaias, broncos sterposque fracassat,
sanguineamque bavam torto sub dente biassat,
talis Tognazzus currit furibundus ad urbem.
Ante potestatem super alta palatia vadit,
hic argumentis validis, punctoque rasonis,
testibus ac multis, Baldum provat esse per unum,
qui possit caldus frescus de iure picari.
Inde facit toccare manu, chiarumque videre,
furcifugam Baldum Berti non esse fiolum;
sed memorat, memorantque alii pro tempore vecchi,
strazzatum quondam poverum capitasse Cipadam,
qui, vaccam pleno ducens ventrone bigambem,
hanc liquit spallis Berti furtimque fugivit.
Haec peperit Baldum, peperit magis imo diablum,
qui crescens Bertum vero pro patre tenebat,

Zambellumque sibi tenet hactenus esse fradellum.
Sed postquam creppans mater gabiazza morivit,
ipseque sborravit Bertus cum coniuge flatum,
iste gavinellus, praedo, fugiforca, cavester,
se totae robbae fecit per forza patronum,
quae de iure cadit Zambello, ut cosa palesa est.
Seu fas sive nefas, vult Baldus habere governum,
cunctaque post betolas diffalcat, postque putanas,
Zambellus vangam sine vino et pane maneggiat,
datque nihil mangians se se mangiare pedocchis.
Tunc homines savios praetor Gaioffus adunat,
imo tirannazzus populi, qui saepe iacendo
viderat in somnis venientem a Marte baronem
mozzantemque sibi testam, se seque vocantem
francatorem altrum patriae, populique Camillum.
Hinc vilazzus homo, hinc crudeltatis amator
magnanimum Baldum, Baldique pavebat amicos.
Imperii zelosus erat, noctesque diesque
mente masinabat, fabricabat in aëre multos
castellos miser, ut poltronis usanza tyranni,
suspectumque super Baldum plantaverat omnem.
At quia grandilitas animi generosaque virtus

tum gratum patribus, tum plebi fecerat illum,
stat metuens regno, sed vulpis more pelatae
mille giotonias fingit, groppatque cagiones,
summittitque homines falsos, nugasque silenter
spantegat in populum; Baldi bona fama, gradatim
malmenata, cadens, iam facta infamia puzzat,
bacchaturque omnes turpissima tromba per urbes,
deque viro tanto cunctis straparlat in oris.
Hinc nactus causam patres Gaioffus adunat,
conseiumque vocat, pensans occidere Baldum.
Maxima patritiae razzae convenerat illuc
squadra, repossato disponens cuncta vedero.
Est locus in quadro, salam dixere moderni,
bancarum, populique capax, omnisque senati:
ad cuius frontem stat eburnea scragna Gaioffi,
undique spadiferis semper circundata bravis.
Hic sedet ille minax vultu, sitiensque cruoris.
Non delatores mancant, turpesque cinedi,
non sicofantes, gnatones, atque bufoni,
inter quos garrit centum discordia linguis,
millibus et zanzis Gaioffi complet orecchias.
Ergo ubi nobilium cumulata caterva resedit,

clauduntur portae, plebisque canaia recedit.
Imperat annutu prius ille silentia dextrae,
talia dehinc solio parlans commenzat ab alto:
- Vos, domini, patriaeque patres, circumque sedentes
consiliatores, qui nostrae ad iussa bachettae
presentati estis, causamque, modumque petentes,
quare ad campanae bottos huc traximus omnes,
quippe diu nostis, vestra non absque saputa
omnia semper ago, dispono, tracto, ministro,
non quia me pactus, vel lex magis obliget ulla,
verum solus amor vestrique stimatio regis
id quod amicitiae, tanquam sit iuris, adoprat.
Hactenus adsimulans tacui, grossumque magonem
pectore nutrivi, saepe ut prudentia regis
expetit, at vobis (velut experientia monstrat)
tegnosum fecit mater pietosa fiolum.
Nostis enim pridem quae, quantaque, qualia Baldi
sint mala, nec modus est in furtis, inque rapinis.
Incoepit postquam aetatem intrare virilem,
incoepit bravos mariolos ducere secum,
quos mangiaferros vocitant et taiapilastros,
imo taiaborsas melius nos dicimus illos.

His se constituit caporalem denique Baldus,
qui cunctos omni sceleragine vincit, et illum
rex ego sustineam? patiar? fruitur ne ribaldus
sic bontate mea? quid non pro pace meorum
cittadinorum tolero, postquam improbus iste
urbis in excidium novus ut Catilina pependit?
Nostra illum, o patres, patientia longa ribaldum
fecit, ut in ladris non sit ladronior alter.
Quid me vosque simul bertezat, soiat, agabbat?
Ad quam deveniet sua tandem audacia finem?
non illum facies vestrae gravitudinis ulla,
maiestasque mei removent, non guardia noctis,
non sbirri, zaffique fori, non mille diavoi
spaventant, tanta est hominis petulantia ladri.
An sentit coelo, terrae, baratroque patere
iam caedes gladiosque suos? sic contrahit omnem,
quae sassinorum semper fuit arca, Cipadam,
ut cives plebemque meam gens illa trucidet?
illa, inquam, gens nata urbem destrugere nostram?
quis, rogo, frustatur nostrae sub iure cadreghae?
quis ve tenaiatur, mediaque in fronte brusatur,
berlinaeque ovos sentit, forchaeve cavestrum?

nonne comes Baldi, nonne impia razza Cipadae?
Doctoratur ibi robbandi vulgus in arte,
estque scholarorum Baldo data cura magistro.
Hinc docti iuvenes sub praeceptore perito
blasphemare Deum primis didicere parolis;
mox sibi per boscos ladri domicilia cercant,
expediuntque manus furtis, stradasque traversant,
assaltantque homines, amazzant, inque paludes
spoiatos buttant mortos, pascuntque ranocchios.
Dum simul hi properant, squadraque serantur in una,
mille vides roncas malaguzzas, mille zanettas,
spuntones, piccas, alebardas et giavarinas.
Dantque focum schioppis tuf taf sborrante balotta,
semper habent multo barbazzas pulvere bruttas,
semper habent oculos scura sub fronte fogatos,
non guardant unquam dritto cum lumine quemquam,
sed guardant in qua dinaros parte gubernes,
sive feras tascha saionis, sive braghettae.
Protinus ad cifolum cognoscunt esse propinquum
mercadantem aliquem, cui robbas tollere debent,
spoiatumque braga linquant, ipsaque camisa.
Praesidet his noster Baldus, rex Baldus, ab ipso

tot mala dependent; Baldo cessante, quid ultra
mercator timeat? quid gens peregrina? quid urbs haec?
ad caput, o patres, est ad caput omnis habenda
sollicitudo quidem, quod mozzet spada rasonis.
Membra nihil possunt, cum spallis testa levatur;
frange caput serpae, non amplius illa menazzat.
Dixit et ingentem premit alto in pectore sdegnum.
Confremuere omnes, aut quae contraria Baldo
pars erat, aut vafri quos longa oratio regis
spinserat in coleram, tollentesque ora manusque
iustitiam clamant: - Quid adhuc mala bestia vivit?
quid nisi iacturas, homicidia, furta, rapinas,
o rex, a ladro poterit sperarier unquam?
picchentur fures, brusetur terra Cipadae,
ipseque squartatus reliquis exempla ribaldis
praestet, amorbator coeli, terraeque, marisque.
Tum vero ingemuit strictis pars altera buccis,
compescens digito, Gaioffo adstante, labellum.
Hic Sordellus adest, quo non audentior alter
iustitiae in partes et linguae et robore spadae.
Omnium ut aspexit vultus firmarier in se,
stat morulam, dehinc quantus erat de sede levatus

apparet, solvitque ingentem ad dicere linguam:
- Inclyte rex, regisque viri, vosque urbis honorem
guardantes proceres, quamvis locus iste soluta
labra petat, laxasque velit sine vindice linguas,
attamen, aut iure hoc, aut quadam lege rasonis,
quam natura docet, ne me angat culpa tacendi,
incipiam. Baldi animum, Baldique valorem,
Baldi consilium novi a puerilibus annis.
Ingenium est homini, quum prima aetate tenellus
morbezat, se se vitiorum inferre camino,
si sine cozzono fuerit nullaque cavezza
huc illuc ruerit, fert ut sfrenata voluptas.
At puer ingenuus, quamvis retinacula brenae
nesciat, illecebras seguitans, si forte virum quem
maturum semel audierit, leviterque monentem
principio, ne virga nimis tenerina, potenti
contrectata manu, media spezzetur in opra,
deposita sensim patitur feritate doceri,
seque hominem monstrat, quem humana modestia tantum
retrahit a vitio, iurisque in glutine firmat.
Cernimus indomitos plaustro succumbere tauros,

quorum duriciem removet destrezza biolchi,
semper idem furiaret equus domitore carente,
nec venit ad pugnum sparaverius absque polastro.
Sic Baldus iuvenis claro de scemate natus.
At plures video de vobis torzere testam,
nasutosque mihi oranti deducere nasos.
Sat bene nunc vestri pensiria nosco magonis,
quare nolo meas ventis gittare parolas.
Quam doleo quod longa bovi palearia vecchio
iam mihi nunc pendent, quam quod mihi bolsa cavalla est.
Non animus, fateor, mancant, sed forza volavit. -
Sic ait, et surgens rediit furibundus acasam,
inque tribus giornis nimio langore morivit.
Aut (veluti exorta est suspicio) fraude Gaioffi
exitiale bibit, medico porgente, venenum.
Iamque reposemus pocum, mea Gosa, priusquam
briga sequens faciat nobis sudare camisam.

LIBER QUINTUS

Iamque iterum savios homines rex ipse dunarat,
conseium facitur tacito cantone palazzi,
et parlamentum stricto iuramine factum est:
prendere si possunt vel vi vel fraude guererum.
Non vilem curant sbirrorum mittere zurmam,
namque sciunt, certumque tenent, ac saepe provarant
quod tribus in colpis illos taiabat apezzi.
Quid statuunt igitur? mestralum praetor acattat
ex illis unum, qui pro mercede quatrini
cum schena obstaret bastonibus et stafilatis.
Hic eat et Baldum retrovet, letramque senati
porrigat, ut vista cito maiestate sigilli,
quo tam iustitiae quam libertatis imago est,
credat et in ragnam tandem moschetta trabucchet.
Mestralus, cui nomen erat Spingarda, dobarat
se totum veluti staffetta dobarier usat:
testa capelletto tegitur, scoriada paratur,
feltriculusque brevis recamatur aposta lavacchio.
Cornettus lateri dextro, tascazza sinistro

pendet, et in magra chiucchia celer ille galoppat.
Saepe tamen pensans quo se menchionus arisgat,
filat subtilis, tremolantes fabricat et iam
pentitus vellet tantam refudasse paciam,
cum bene cognorit, bene cum provaverit olim
quam saccenta manus Baldi scusire zupones.
En procul hunc videt interea, qui allhora tenebat
forte canem lasso, nasantibus undique bracchis,
cumque suis sociis, Falchetto, Cingare et altris
nunc leporem smacchiat, nunc vulpem stanat, et ancum
dentiferos speto cingiales saepe sbudellat.
Iamque timens Spingarda bragas compleverat omnes,
se tamen innanimat, toccans sperone iumentam.
Baldus eum videt et cupidus novitatis atrigat.
Seque parat Cingar propter robbare cavallum.
Ille arrivatus balzat de arzone redosso,
datque manum taschae, lettram de millibus altris
excavat, et basans cerae de more sigillum
dat Baldo, fingitque sequi mox velle caminum.
Baldus ait: - Quae te tam grandis fretta balestrat?
imo bibe un trattum, nec non refresca cavallum. -
Respondet: - Iubeor tribus horis esse Milano.

Signoria tamen legat omnem vestra tenorem;
expectabo pocum, si vultis forte coellum. -
- Fac ita - Baldus ait, comites facit inde dabandam,
scritta quibus legitur tali infucata colore:
«Salve nostrae urbis spes tota et sola, barone.
Nuper avisamur (post «nuper», «nunc et adessum»)
patribus a venetis, saviaque a gente Samarchi,
qualiter in puncto disdocto mille todescos
Can Mastinus habet, furibundus malque tirannus,
aut mazzare homines et asaccum mittere terras,
aut guastare casas et in agris urere spigas.
Et quia soccorsum nostra de gente Samarco
multoties dedimus, donec Verona piata est,
in qua Mastinus de Schalis sceptra tenebat,
in nos ille omnem coleram sfogare parecchiat.
Banderas ottanta menat (Deus omnia voltet),
forsitan ad saccum nos ibimus ante trigiornos.
Conseium factum est, gentes armare bisognat,
teque capitanium legimus, Sordellus ad ipsam
te provat impresam, vel sit fornire bisognus
moenia bombardis, grossis bastionibus atque
tollere trinceras, vel protinus ire Bolognam,

deque bolognesis, deque omni gente Romagnae
ducere soldatos, quorum tibi nota prodezza est.
Hoc tamen esse placet secretum, namque spiones
arte spionandi mancant si arcana facenda est.
Ad nos ergo statim, vista praesente, venito,
sed solus, factumque tace, nullique palesa».
Corripit in facie prima maravilia Baldum,
stansque nihil parlat, testam gratat, omnia versat.
Cingar, scaltrito vulpone cativior omni,
protinus ingannum dubitat, pensatque magagnam.
Spingardae aspectum ficcato lumine guardat.
Mox ait: - Hem dic tu, quid nunc tractatur in urbe?
quid facitur? - Spingarda, tegens ficto ore pauram,
talia respondet: - Noster movet arma Pregaius,
ad furiamque datur multis paga fantibus una,
castellum Goyti iam sbombardare frequentant,
ut fors audistis magnos stamatina ribombos.
De ripa Trenti gens haec ubriaga calavit,
celsaque passarunt montis fastigia Baldi,
nodavere lagum, tandem venere Saloium,
pars ibi smontavit naves, pars mansit in undis.
Terra coverta armis, lacus, urbes, monsque, palusque.

Hinc pedites sex mille brusant quaecumque trovantur.
Inde lagum Gardae nullo prohibente traversant,
implerunt barcas, implerunt sandala, burchios,
contrastumque illis non fecit rocca Malherbae,
quae sbombardando sibi circum circa tavanos
discazzare potest, at nunc poltrona badavit,
atque aliam trepidans se fingit habere facendam;
cumque todescorum potuisset frangere classem,
in saccum tenuit testam panzamque gratavit.
Sirmio se bassum quacchiavit, more quaiotti,
quando sparaverii sentit strepitare sonaios;
et quamvis habeat grossos haec insula scoios,
hanc tamen effecit vilis cagarella gaioffam.
Nilque Desenzanus, nil Revoltella tiravit,
nil mantovani mater Pescheria Menzi.
Artelaria stetit rocchae ruginenta Monighae,
nec cum bellaci bravavit gente Padenghi,
moeniaque antiqui fundo tremuere Lonati;
at Solpharinus super altum briccola montem
contrastare volens audax fraschetta todeschis,
pentivit, meritasque dedit temeraria poenas.
Saxa comenzavit villanica turba deorsum

mittere, ne sursum gens lanzchinecca saliret.
Per filum spadae tandem andavere tapini,
et veluti sulphur flammas rocca illa piavit,
quam Solpharinum merito chiamabimus ancum,
nam solpharini de more incensa brusavit,
et fuit ad magnam campagnam grande faloium.
Inclyta non minimam fecit Capriana movestam,
Volta bonae sumpsit vernazzae trenta barillas,
quas imbriagandos mandavit contra todescos,
hac ve bonazzavit furiam maris arte todeschi.
Urbs tamen ipsa Godi, Sordello adstante gaiardo,
non vult omnino squadris concedere passum,
sed fornita bonis de fantis, deque vivandis,
nocte dieque focum spudat, mollatque corezas.
Dixerat, huic Cingar soghigno parlat amaro:
- Ah quam falsorum male scit menzogna copriri! -
Mox inquit Baldo: - Ne vadas, crede, gabaris,
tendunt, ne dubita, tendunt hi retia moschis. -
Fracassus, taians sermonem Cingaris, alzat
testonem, coleramque foras ita pectore buttat:
- O Cingar, Cingar, moschones retia passant.
Quae mora? nunc omnes, nunc nunc andemus in urbem,

si sua multipedes texunt laqueamina ragni,
more tavanorum per forza forabimus illa. -
Hic Baldus, quem nulla unquam formido retentat,
non tenet in tempus stafettam. - Vade Milanum,
vade - inquit, - Sforzamque mea de parte saluta. -
Mox parlat sociis: - Rogo vos, remanete, nec unus
audeat e vobis (si Baldi optatis honorem)
hanc intrare urbem, vel nunc vel usque domanum.
Solus eo, ut solus peream, si trador ab ipsis. -
Ast illi obsistunt monitis, precibusque repugnant.
- Ite - ait, - ite viam, de me nec habete pauram. -
His dictis remanent omnes, it Baldus ad urbem.
Sbirrorum interea squadronem barba Tognazzus
ante parecchiarat, certo cantone seratum,
qui stat cum ronchis, spontonibus atque balestris,
bastantes animo cuncti, stantesque parati
more valenthominum Baldum azzaffare dedretum.
Horum Tognazzus capitanius extat, et omnes
bravus amaëstrat quali se se ordine conzent;
saepeque dicebat: - Nihil, horsu, timete, gaiardi.
Hic tu stabis, et hic tu, sed tu sta illic et illoc,
dummodo me voscum sentitis, este valenti.

Ille ero qui faciet cum Baldo primus asaltum. -
Sic ait, et totum pensat sibi subdere mundum.
Iamque propinquabat praesentia magna baronis,
contremuere omnes procul adventante guerero.
Solus it, exiguo tantum seguitante pagetto.
Iamque salit magni scalinos mille palazzi,
ingrediturque salam multa de gente capacem.
Rumor ibi strepitusque sonans assordat orecchias,
namque facendarum tota illuc massa dunatur.
Turba nodarorum tercentos plurima bancos
occupat, inchiostro spegazzans rismata cartae,
accusas illudque suum crudele «citetur»
exercent, borsasque vodant menchionibus illis,
qui costionantes iam sperant vincere litem,
nec tamen illa febris speranzae terminat unquam.
Hic per diversas tractantur multa brigatas;
ostos, iudaeos, tractos per forza vilanos,
sbirros, sensaros, daciaros, nobiliumque
sollicitatores, rofianos atque bagassas.
Iudicis attornum calcatur sedia turbis.
Causidici summum schiappant cridore solarum,
nil nisi Iasones, Imolas, et Bartola, Porcos,

in colera memorant, verbisque forantur aguzzis,
mille vilanias sibi dicunt absque riguardo,
sed non sunt dardi, non archibusa parolae,
nam plus quam maium post verba fiuntur amici,
inque vicem lautae donant convivia coenae.
Mestrales currunt villanis tollere pegnos,
et bastonatas pro pignore saepe riportant.
Villani positis zappis damatina videntur
cum scartabellis totam cercare piazzam.
Is dedit accusam, citat ille, prehenditur iste.
Sforzantur pochis bursas vodare baiocchis:
sin autem sborsant subita praesone ficantur.
Hic nihil attendunt bursalem praeter ad escam.
Omnes urget enim sfrenata libido guadagni.
Baldus adest, animosa cui persona Rinaldi
splenduit et totum fecit crollare palazzum.
Viderat armatis plenam soldatibus urbem,
vel se deceptum propter trapolare paratam,
vel per se factum capitanum forte regendam.
Interius dubitat, sibi saepeque guardat atornum.
Heu quia sunt guerrae tradimenta nociva maëstro
qui sternit squadras uno certamine fusas,

illum fraude tamen solus traditorus achiappat.
Sic leo, qui porcos, ursosve superbus adentat,
interdum parvo donolinae dente necatur.
Stabat homo latitans post grossi terga pilastri,
Baldumque observans calcabat pectore fiatum,
nam prius orditam sic tramam praetor habebat,
atque beverazzum sat grande spoponderat illi.
Vix ergo Baldus portam transiverat omnem,
ecce in didellis post tergum traditor ibat,
ut fur nocte solet feltrinis ire solettis;
dico pedum summis digitis andabat in uno
groppetto, et cauta dum Baldi mente sinistrum
gallonem passat, manicum videt ensis apertum,
productumque foras griffis satis esse paratum.
Trat citus ergo manum, nihil advertente barono;
et quali soricum prestezza gattus adungiat,
tali corripuit spadam de cortice fodri.
At ventura brevis semper traditoris habetur,
non abit in longos falsorum gratia giornos.
Ipse viam fugiens, oneratus munere tanto,
dum pensat nullum spallis instare travaium,
ecce rapit cursum Baldus, iungitque ribaldum,

cui tanta furia tirat in culamine calcem
ut miser ille, volans per apertam forte fenestram,
non minus ad centum passus tommavit ab alto,
atque super smaltum se fecit more fritadae.
Sed tamen haec Baldo fuit utilis onta pochinum,
qui pariter sbirrum, pariter quoque perdidit ensem.
Tum quidam sbricchettus adest, nudansque fachinum,
assaltare audet tantum fraschetta valorem.
Baldus at indretum saltans, celer inde sotintrans,
huic tali pugno dextram colpivit orecchiam,
quod dentes ab utraque omnes cecidere ganassa,
illeque stramazzans rupit sibi marmore testam.
Tunc et alhora susum bravosa canaia levatur,
scopertae insidiae apparent, stratagema palesum est,
sbraiatur: - Day day, pia, paraque, guarda, retira,
ad vischium cornacchia vetus iam denique presa est,
incidit in trapolam toppus, sta salde, cavester,
sta quia te volumus ceu ladrum stringere ferro. -
Sic smergolantes Baldo calcantur adossum
cum stanghis, trusis, bastonibus atque tracagnis.
Infelix Baldus nullum sibi cernit aiuttum,
nec tenet almancum solettam forte bachettam,

et bastonatas multas relevabat ab illis.
Verum, ut cumque potest, saltans hinc inde repugnat,
terribilesque menat, dum balzat in aëra, goffos,
sanguineamque bavam rabiato spargit ab ore.
Iamque nodarorum bancos subverterat omnes,
spezzaratque caput multis, calamaria trando.
Tognazzus, qui iam strepito drizzarat uditam,
ecce salae portam sbirris seguitantibus intrat.
Protinus hic spadae sfodrantur mille guainis,
quae intornum Baldo subiant, faciuntque seraium.
Ille sed extrorsum balzo se liberat uno.
Squarcinam Tognazzus habet, qui primus arivat,
primus et assaltat Baldum sic ore cridando:
- Sta saldus, es nunc ubi tu non esse putabas,
sis mihi praesonus, latro, sta, dico, ribalde.
Rende mihi te te, quid adhuc mala bestia bravas?
rende mihi te te; si non, tibi tiro stocadam. -
Baldus, id ascoltans, nigrum spuit ore venenum,
atque indignato rosegat sub pectore stizzam.
Se cuidam interea canevaro tirat apressum,
quem sbalorditum stravaccat pondere pugni,
deque eius manibus mazzam de robore scarpat,

qua se cognoscens tutum satis, illico saltat,
cumque manu laeva calcans in fronte celatam,
secretamque illam, quam finam bretta tegebat,
trambaiumque alia stringens, spumamque biassans,
illis moscones coepit scazzare datornum:
paulatim forti se se in cantone segurat.
Ut facit a multis si quando grangifer orsus
cerchiatur canibus corsis, hominumque zanettis,
protinus angulei portum cantonis adocchiat,
quem per forza tenens ungias ibi drittus aguzzas
vibrat, et hac foggia non scantonabitur unquam;
sic facit armorum pratighissimus ille guererus,
quem tamen ut carichis schioppettis atque balestris
mirantes longe potuissent sternere mortum,
sed vivum in manibus vult illum omnino Potestas,
mortibus ut centum cruciet sub turre Predellae.
Tognazzus cridat: - Quid adhuc, manigolde, superbis?
en habet hormaium te forchae lazzus acoltum.
Non te Fracassi forzae, non Cingaris artes
altoriant, non cuncta tuae possanza geniae. -
Sic ait, atque menat toto conamine dagam,
ut non scarpasset pulicis de corpore vitam.

Hanc bastone tamen Baldus reparando ributtat.
Replicat ille furens mandrittos manque roversos,
sed Baldus, scrimam qui doctor in arte docebat,
dum Tognazzus eum sic sic agitare frequentat,
lassavit magnum solido bastone roversum,
centumque in pezzos squarcinula rotta volavit,
qua propter voltat scapolas Tognazzus, at ille
spolverizat ei gobbam pistante tracagno.
Smergolat ille cridans: - Heu, me succurrite prestum,
oy mea testa, meae spallae, mea schena gratatur. -
At magis in colera Baldus sine lege marazzat,
attenditque nihil praeter chioccare Tognazzum,
qui fugit et longam dum vult descendere scalam
illico dat Baldus gobbuto in tergore calzum,
quo ruit ad primum scalae miser ille scalinum,
ac usque in fundum rigolavit more borellae,
quo saltu rupit maiorem pectore costam.
Sed ne scamparet Baldus, gens tota sequebat,
cui se convertens iam iam bussare duabus
affrettat manibus; ceu quando tempore caldi
ad boccam tollens villanus saepe botazzum
nervosos menat brazzos, factusque gaiardus

de paleis saltare facit frumenta tridatis.
Spezzat ibi spallas, cervellos, brachia, gambas,
hastarumque facit truncos volitare per altas
pallazzi tavolas tich tach resonante tracagno.
In mezum turbae saltat, ferit, urtat, aterrat,
volgitur intornum sicut rota tunda molini.
Grandior at solito populi squadronus arivat,
dardorumque iacit sylvam, neque cessat in ipsum
tela disarmatum multo vibrare tumultu.
Heu quae esse potest virtus in corpore stracco?
scampandi iam poca illi speranza dabatur,
mens invicta tamen nullo quantumque tremendo
mortis spaventu cascat, modo vita gitetur
propter honorevolas aeterna laude facendas.
Est proprium ladri merito dare colla soghetto,
est barcaroli affogari et pascere tencas,
est mercadanti post borsam tradere vitam,
est praelatorum trito diamante necari,
est furfantorum fieri pastura pedocchis,
sic quoque soldati decus est, generosaque phama,
non ludo aut vino aut bruttis marcire putanis,
sed per mille picas, seu guerris, sive baruffis,

centum, si tot habet, vitas dare propter honorem.
En quoque Baldus habet lancis, spadisque foratum
corpus, et ad guisam fontanae vulnera flumen
spizzant sanguineum, quo sparso lena fiaccos
destituit nervos, atque ut candela brusando
paulatim ad virdum tandem arrivata stuatur.
Pur quoties menat stangam, disquistilat unum,
interdumque duos homines, non dico bocalos,
atque super mortos moribundos mille roversat.
Sex horas et plus guerra durarat in illa,
quem magis atque magis virtus animositer urget.
Diffugiunt omnes bastoni denique sorbas,
atque canes multos post terga videntur habere.
Mirum quod brazzi tam duri forza pur ancum
servarit solidum, quo fit contesa, travellum;
sed veluti troppo spezzatur corda tiratu,
sic nimiae tandem succumbit stanga fadighae.
Dum fortis barro super altae culmina testae
percutit ingentem magno conamine bravum,
illum smaccavit tenerellae more cagiadae,
verum truncones in centum mazza volavit.
Quo facto gens tota ruit, se calcat, et illum

iamque disarmatum, iamque omni parte feritum,
azzaffare volunt, trant sogas, trantque cadenas,
multiplicesque illi summittunt fraude viluppos.
Rex urget, multique patres de gente senati
dant animum zaffis, conclamant: - Prendite vivum
vivus servetur, fichetur carcere vivus,
vivus squartetur, brusetur denique vivus. -
Ille sed in vultu pro stizza caldus avampat,
nilque aliud tendit, nec ad altrum sensus adocchiat,
quam nunc dente sogas, nunc ongis rumpere lazzos,
quos infinitos sibi circum tendere cernit.
Denique per gambam chiappatur; quaque manera
merscalchi studiant multo sudore cavallum
terribilem morsu, calzisque, butare roversum,
atque inter se se manibus dant vincula gentes,
illeque stravoltus cadit, undique firme ligatus,
nec valet ulterius calzos agitare superbus,
sic Baldus capitur; primum cum fraude per unam
de retro plantam, perque altram praestius, inde
dantur centum humeris, brazzis, pedibusque cadenae,
cum quibus a collo calcagnos usque ligatur.
Heu Balde infelix, heu lux invicta baronum,

te ne illum tanti caricatum pondere ferri?
stas ve instar pegorae, quando sibi lana tosatur?
Et tu, quae primum sborrasti ventre poëtam,
Mantua, sic demens, sic grossolana fuisti,
donaque nec nosti tibi quae gyramina coeli
dant crebro, ut valeas urbs altera Roma vocari?
Te stessam fallis, te stessam, Mantua damnas,
tuque tibi stessae grandis menchiona fuisti.
Te ne decus guerrae, stendardum nobile Martis,
Baldum ferre tua sic sic a gente ligari?
sic ve cathenari et nulla pietate feriri?
At veniet tempus, veniet cito, crede Cocaio,
quum generosa domus, totum cantata per orbem,
sanguine caesarico veniens Gonzaga, domabit
gentem Gaioffam, natam consumere panem,
ac de te Arlottam poterit scazzare canaiam,
altras constituet leges, altrosque statutos,
inque tuo gremio renovabitur altera proles,
proles gentilis, cortesa, unita sub uno
principe Francesco, qui lanza gaiarda vocetur,
qui faciat sensu, forzaque tremare terenum,
millibus et guerris centos acquistet honores.

Hic doctus solidam super omnia rumpere lanzam,
doctus et ad stochum, mazzamque, et fulmina spadae,
doctus equos manegiare leves, Spagnaeque vilanos,
doctus ad impresam rapidarum bombardarum.
Razza cavallorum quantum sit brava suorum
Roma scit, atque simul Florentia, Parma, Bologna,
innumeraeque urbes, palii quae praemia donant.
Mantua praeclaros pariet tunc nostra guereros,
altros Orlandos armis, sensuque Catones.
Inde Cocaiorum surgat casa bassa meorum,
bassa quidem cuppis, sed rebus maxima gestis.
Apparent nostrae signalia vecchia fameiae
scilicet in chartis, in muris, inque sepulchris:
targa Folengazzi centum sbusata feritis
pendet adhuc muro, nec non de banca balester,
quem Nicolaus ei Picininus munere misit,
cum Curtatonis sub moenibus ipse gaiardus
solus aterravit Gattam per forza Melatam,
qui ante pivam sacchi padovani sceptra tenebat.
Sed quid avantandum? toto Pizzanfara mundo
menchionatus habet guerris quod habere bisognat.
Me quoque, nec dubito, portabit phama per orbem,

proque suo crescet plus magna Cipada Cocaio.
Sed de proposito paulatim Gosa trabuccat,
dumque facit panem, retrovat fecisse fugazzam.
Gosa, redi, quo nam sine me imbriaga tiraris?
Urbs sotosora diu fuerat voltata per illum
rumorem, populusque ruit, plebisque canaia,
nescit enim causam trepidansque caminat in armis.
At zaffi interea Baldum superasse bravezant,
anteque signores illum duxere ligatum.
Tunc Gaioffus ait: - Male sis, giotone, rivatus.
Quantis cum cordis navis zenovesa tiratur,
bastarunt appena tuum domitare furorem.
En iam tempus adest, quo scottum solvere debes,
teque super forcam fas est distendere collum. -
Non dare dignatur Baldus responsa tyranno,
nec vir magnanimus vult respondere vilano,
rodit at internam sdegnato in corde cadenam.
Continuo largum buttant sua vulnera guazzum,
et nemo poltronus ibi pietate movetur,
qui liget almancum vacuas iam sanguine venas,
chiamet et alcunum doctum medicare ciroitum.
Interea magno redit huc sbraiore Tognazzus,

nudus erat testam, sudans, male conzus, et ipsam
saepe manu gobbam fregat bastone gratatam.
Smergolat et magno rumpit clamore solarum,
supplicat ut nunc nunc dentur castiga ribaldo,
sic ve bel et caldus summo balcone pichetur,
ut sit norma aliis ladrissimus optima ladris.
Hinc omnes risu nimio schioppare videntur,
mirantes gobbumque senem, vecchiumque crevatum
apparere velut si, quando comoedia fitur,
se se intermediis quidquam risibile mostrat.
Ille sibi vultum sugat pendente camisa,
seque tirans muro schenam fregat instar aselli.
Non curat Baldo nimium tamen ire propinquus,
quippe timet ne sic vinctus sibi currat adossum.
At iubet interea praetor fundamine grossi
torrazzi Baldum manicis pedicisque ligari.
Sic igitur bassis oculis miser inde menatur,
quem circum armorum calcatim sylva coronat
nam male segurum est illis quod presa tamagni,
cotantique hominis moveat sotosora Cipadam,
Burbassique omnes populos, gentemque Garoldae.
At magis importat, quod maxima possa Fracassi

suspecta est, cui tota subest campagna Poletti.
Baldus at in centro terrae, culoque diabli,
clauditur, et dragmam seu giorni, sive lucernae
non habet, ac tanta est angustia carceris, ut non
carceris, at putridi videatur forma sepulchri.
Vermis ibi, rospusque, sorex, et scorpio se se
compagnos illi faciunt, unaque morantur,
ragionant una, comedunt et somnia tractant.
Iamque gosuta tuam revoca, Valtropia, Musam.
Sat fladonorum mihi praestitit illa suorum,
satque menestrarum smaltivit panza suarum.
Venimus ad finem mangiaminis, omnia pleno
ventre governantur, vos ergo lecate scudellas.

LIBER SEXTUS

Surgit ad impresam nunc gaia Comina stupendam:
Merlinoque suo venit ecce datura socorsum.

Gosa, milanesas peritissima condere trippas,
sat Baldi schiattam, sat nascimenta, sat annos
et putti et iuvenis primo cantavit ab ovo.
Huc, heus, ola, veni mater Bertuzza Gonellae,
quae scaltro faceres salsam cativella diablo.
Materies tibi Cingar erit satis ampla giotonus:
furta, barerias, zardas, genus omne trufarum
Cingaris incipias, cunctisque reconta brigatis.
Te rogo per testam coctam cum pelle vedelli,
quam Folletto olim sub lecto fraude robasti,
dummodo cum fata Morgana solus acenam
ire parecchiabat et arosto alzare fiancos:
si nostrae quandoque gradat tibi sella mulettae,
quum zobiae giornos sub nubibus uncta galoppas,
iam cane, dumque canis scaltritas Cingaris artes,
ipse ego sordinam sofians titalora sonabo.
Sparpagnatus erat iam toto rumor in orbe,
qualiter ad pezzos urbs se mantoana taiabat,
ipseque torrazzi fundo cazzatus in imo
Baldus erat, nec iam vitae speranza dabatur.
Hinc nihil indusiat Fracassus, trottat in urbem,
quippe cavare foras vel Baldum carcere sperat,

vel spetrare urbem valido per forza tracagno.
Providus at Cingar, quo non stipulatior alter,
currere post illum satagit, revocatque gigantem.
- Ne, rogo, ne vadas - inquit, - sed pensa futurum.
Pensa quid in nostram posset travenire malhoram.
Iuro tibi, si quam facias sotosora movestam,
taiabunt capitis Baldo in praesone borellam,
et nostrae imprudens eris unica spinta ruinae.
Nam dic, quae speties damni, quae perdita rerum
esse queat maior, quam mundi perdere solem?
Fac magis, ut ratio conseiat, pone furorem,
sume reposamen cordis, tunc omnia vinces,
omnia spezzabis valido bastone rasonis.
Ne, Fracasse, nega te te summittere nostro
parero, nisi non salda ratione trovato.
Prende duos tecum socios de gente Cipadae,
quos tu saepe trovas inimicos esse paurae,
sumite corazzas, longumque piate viaggium,
deque zenoveso portu passate marinam,
donec arivetis soldani ad regna Gurassi,
gens ubi guerrigeras iactat mamalucca fadigas,
tenta, fac ve provam per drittum, perque roversum

si talem fortasse queas convertere sectam,
ad Christi non dico fidem sanctaeque Mariae,
sed mage convertas veniant hunc struggere mundum,
ut neque tantini restet signale quadrelli.
At si forte velint et vos renegare batesmum,
cur non? dum nostri fiat vendetta patroni,
nos macometani cito deventabimus omnes.
Talibus in bandis gestorum phama tuorum
cridat adhuc, quam nulla unquam vecchiezza nigrabit,
tunc cum parthorum magno sub rege Sophino
banderalus eras, turcorum contra canaiam.
Ast ego fratantum, vel vi vel fraude, cavabo,
ne dubita, Baldum; Baldum, sis certus, habebo.
I, precor, ac voias Falchettum ducere tecum,
Moschinumque simul, quia praticus ille paronus
est maris. I, dico, ne dormi, vade, camina. -
- Ayme - Fracassus ait, - tolerabo linquere Baldum? -
Dixit, et impresam tam grandem fortis abrazzat,
nec dubitat se se soldanum posse Gurassum
ducere cum toto mamalucchi robore campi.
Venerat interea, iussus praetore, Tognazzus
Cipadae ad villam, sicut vulpazza pelata,

quae, postquam miseris dederat malapasca galinis,
quantum trista potest vadit nascosa per umbras,
quacchiaque per terram fregat cum corpore panzam.
Zambellum tollit, quem secum ducit in urbem,
confortans ut iam stet alegrus contra coluium,
quem vult omnino squartet, comedatque figatum.
Mox docet andando, pedagogi more galanti,
quales inchinos moveat, dicat ve parolas,
quando favellabit messeros ante saputos:
moccatum teneat tunc nasum, perque nientum
ardimentum habeat capitis grattare pedocchios.
Zambellus nunquam strepitosas viderat urbes,
quamvis non multum discostet Manto Cipadam.
Qua propter totum paret sibi cernere mundum,
quum videt a longe tot mucchios esse casarum.
Ad portam Sancti veniunt insemma Georgi,
quinque levatores opus est transcendere pontes.
Zambellus passat multam non senza fadigam,
namque procul cernens tantos fumare caminos,
ascoltansque simul de campanilibus altis
campanas resonare omnes, dum nubila tronant
(tronabant etenim, coelum imbrattante sirocco),

se tirat in dretum, dubius si mundus abassum
tunc veniat, tanto circum strepitante tonatu.
At strassinat eum Tognazzus more vedelli,
quando becariam non ille intrare talentat.
Iam venit in piazzam, lignoque capuzzat in uno,
datque stramazzonem, chioccatque culamine terram.
Hunc mirare velut mattum populazzus atrigat.
- Cur - Tognazzus ait, - cur tardas ire davantum?
Ut video, ad Modenam ursum menare bisognat. -
Nil parlat Zambellus, habens pensiria zucchae
non gathiata minus, quam rigas carta vogandi.
Surgens ille tamen, sguerzis cum passibus ibat,
atque caminabat veluti res matta per urbem.
Sed stupet esse casas tantas insemma dunatas,
tot quoque contradas, tot portas, totque fenestras,
totque canes, homines, tot mulos, totque cavallos;
dumque susum guardat, nunc urtat, nunc ve trabuccat,
urtat in inscontros hominum, per saxa trabuccat,
saepeque currentem trigat mirare cavallum,
currentesque canes post illum rodere caudam.
Parlat Tognazzus: - Quid sic, Zambelle, stupescis?
Vidistin similes usquam, tantasque cotalas? -

Ille, velut media campagna staret ad ipsum
officium zappae, respondet voce gaiarda:
- Potta meae matris, quam granda est ista facenda!
Doh, Tognazze, precor, me lassa videre pochettum.
Tam bellas tezas, tam bellos ipse casottos
non vidi, postquam me matris panza cagavit.
O quantum foenum, stopiamque fenilibus istis
gens logare potest pro grassas pascere vaccas!
Quare plus tostum non me, Tognazze, menasti? -
Talia dum sbraiat, matronas ecce politas,
non proprio bellas splendore sed arte beletti,
suspicit in summis stantes guardare fenestris.
Hae cito, sentita Zambelli voce cridantis,
se se scoprierant, velut est usanza donarum,
more galanarum testas buttare deforam,
et quoquo strepitu se se affazzare fenestris.
Has mirare trigat Zambellus, postea ditum
porrigit in susum, pariter quoque smergolat: - Oh oh,
angonaia, vides illas, Tognazze, fomennas? -
Cui tacite Tognazzus: - Habes num cancar adossum?
quid, maruffe, cridas? - Sic dicens prestiter illi
donat punzonem costis, subterque fiancum.

Urlat at ille magis, ditum magis alzat et i, oh
repplicat, - Has bellas cernis, Tognazze, reinas?
cur tam sberlucent? stellis incago daverum.
Si nostras guardo fomnas, tot guardo padellas. -
Tunc cito desperans hinc vecchius desviat illum
in contradam aliam, sic bassa voce loquendo:
- Claude hanc boccazzam, nisi vis bastone tocari.
Nunquid, matte, putas mediis in boschibus esse? -
Dixerat atque illum super alta palatia menat.
Ante Potestatem tandem Zambellus arivat,
quo visto a longe coepit ridere brigata,
nam straviatus erat, nam tota mente balordus,
coctus sole, niger, squarzatus veste, bisunctus,
mostrabatque super foenum dormisse milannos,
cui veluti spergol rizzis caviata capillis,
festuchisque riget strami, buschisque paiari.
Pectinus hanc nunquam raspat, sed striggia bovorum:
semper habens tegnam, longasque in crinibus ungias,
namque molestatur schiavonibus ille pedocchis.
Portat zacchettum grossi, frustique bisetti,
quem dubitas utrum sit drittus, utrumve roversus,
fertque canevazzi curtam, strettamque camisam,

quam sine savono bis tantum smoiat in anno.
Huc igitur veniens coram praetore, tamagnam
smaravigliabat circum guardare brigatam.
- O codesella - inquit, - quo me, mi barba, tirasti?
Non isto plus stare volo, Tognazze, fenilo.
Hinc me torna casam, quia me scagaita molestat. -
- Quid sbraias? - Tognazzus ait; - quin cernis adesse
messerum? vadas, horsu, marzocche, plusoltra.
Vallá, quid indusias? cui dico? vallá, diavol.
Tocca manum domino, fac chinum, piga ginocchium,
dic ve: Bonasera vobis, messere Potestas. -
Vult ita Zambellus, verum mal praticus aulae
cortesanus erat, cum porcis semper usatus.
Accidit ut staret suprema in fronte palazzi
scragna Potestatis, veteres dixere cadregam,
in qua non sedeas, nisi montes octo scalinos.
Huc it Zambellus, guardat, guardansque, ficatas
dum tenet in faciem praetoris semper ochiadas,
non alzare pedes memorat, sed fortiter urtat
inque gradu primo scapuzzat et ecce roversus
cascat, et in schena talem piat ille cadutam,
ut pede dischiodet tavolam, culoque fracasset.

O puta, si centum schiopparunt pectora risu,
si populus strepitans incoepit battere palmas.
Se levat in coleram, truncum ve Tognazzus aferrat,
quo cum Zambelli spallas spianare volebat,
atque super dorsos Galenum ponere boschi.
Tunc ait: - An sic sic docui te, siccine formam,
materiamque dedi parlandi, brutte cavester?
tam cito scordasti quidquid stamatina docebam?
nonne maëstravi te grossum, quomodo bellos
inchinos facias domino, teneasque netatum
hunc nasum, dicasque illi: Bona vita patrone? -
Sic ait, atque volens iterum maëstrare gazanum,
scilicet inchinum curvo formare ginocchio,
en ventosa sibi scoccat deretro coreza.
Zambellus voluit tanto discedere bombo,
namque colubrinam pensaverat esse crocatam.
At quia post crepitum veri nasantur odores:
qui nec aquam vitam, qui nec salnitria, qui nec
materias alias pro sbombardare trovatas
ederat; ast aium, scalognas, porra, cipollas;
omnibus extemplo patuit magagna Tognazzi.
Tuque medesme puta, si tunc risarola comenzat,

si centum nasos tenuit brigata stopatos.
Ille facit scusam stringam rupisse galono,
omnibus at culpam facies grizzata palesat.
Zambellum tamen ille tirat, chiamatque dapocum,
chiamat osellazzum, sponsonat, stigat, agrezat,
ut coprire suum queat hoc sub cortice scornum.
At male Zambellus simili vezzatus in arte,
dum praeceptoris seguitat documenta Tognazzi,
inchinum fecit tam bellum, tamque legerum,
quod cum zenocchio fregit calcante quadrellum.
Inde manum porgit, quam brancans ipse Potestas
dixit: - Benveniat, magnae laus prima Cipadae. -
Mox dextra sentare manu sibi fecit arentum.
Ergo suos contare illic se accingit afannos
hic novus orator, quo non Ciceronior alter,
cui tanta in studiis concessa est copia linguae,
quanta patet cum bos sibimet culamina leccat.
Patres conscriptos Zambelli oratio movit,
imbroccare sciens quidquid suadela rechiedit.
At sibi praecipue virtus datur una: quod orans
de scala, ut fertur, cadit in cantiria doctor.
Dum lamenta facit multo de crimine Baldi,

saepe suam dicit vaccam fecisse vedellum,
et vult mascherpam signoro mittere caldam.
Attamen oscuras dicat licet ille parolas,
cuncta bene intendit discretio multa Gaioffi,
unde datur contra Baldum sententia tandem,
qui stet in aeterno moriturus carceris antro,
totam Zambellus robbam de iure governet.
Gobbus at indusians Tognazzus alhora negottam,
corripit armatum zafforum protinus agmen,
itque Potestatis iussu, patrumque statuto,
illas ad saccum Cipadae tradere stanzas,
quas sibi devotas Baldus capelazzus habebat.
Ipse Gaioffus erat studio cazzatus in uno:
scilicet ut postquam Baldum presone cadenat,
postquam Fracassum certatur abisse gigantem,
de fundamento streppet casamenta Cipadae,
quae gratat hinc Bressam, quae pectinat inde Cremonam,
saepeque Ferraram vodis facit ire besazzis,
saepeque Veronam plenis facit ire braghessis.
Nec solum terret sua maxima phama Milanum,
nec solum Romam, Zenovam, gentemque Samarchi,

sed late imperium, populos ac regna Bacani.
Cingar id audierat, totum se in tergore stringit,
omnia pro Baldo vult mente patire gaiarda;
dumque sachezatur, vaditque Cipada botino,
huic casa plus mansit barberi netta bacino.
Non latet at coram sbirris, coramque Tognazzo
comparet, zuratque illis, sagramentat et inquit:
non unquam tenuisse ladri consortia Baldi;
quamque potest, se se Tognazzo fingit amicum.
Denique finito iam sacco, tornat in urbem
chors armata, ferens varias in tergore strazzas,
diversumque parans sibi bestiamen avantum.
Uxor at interea Baldi, quae Berta vocatur,
nuda viro, infelix, vix uno tecta sochino,
de Berti poverina casis per forza levata est,
nam, velut a patribus sententia fixa dabatur,
possessum Zambellus habens possessor habetur.
At sfortunatam Cingar non deserit illam,
quae male stentaret, vel forte pericolus esset,
ne supra scragnam, velut usat robba guadagni,
ipsa sedens teneat bottegam semper apertam,
ni Cingar monitis et re sibi praestet aiuttum.

Illa fiolinos lactat vidoëlla gemellos,
inque domo patris filat, spesamque guadagnat.
Quae tamen in colera nimio saltata dolore
buttat humi fusum, vellitque galone conocchiam,
stangonemque piat, Zambelli ad tecta galoppat,
quem bastonatis tam spessis battere giurat,
quam spessis usant villani tundere paiam.
Guai, Zambelle, tibi, si te retrovabit acasam!
Veh spallis, schenisque tuis: tempesta diablae
ecce tibi magnam portat furibunda ruinam.
O ventura ingens, quod eras lontanus alhora,
sed tua Laena tamen, tua coniunx dico galanta,
quae te matturlum gaudebat habere maritum,
ut videt in se se bestialem currere Bertam,
atque vilanias sibi sic tutavia cridantem,
quae vult, quae chiodum ficcat iam battere sellam,
postquam nulla datur sors bastonare cavallum,
ipsa quoque a fianco destaccat provida roccam.
Dico, Laena videns in se properare colaltram,
detrahit a laevo costato praesta conocchiam,
quam nunc nunc magno stopparum fasce gravarat,
dumque illam pensat subito deponere zosum

atque foiadarum simul azzaffare canellam,
Berta sopraveniens stangam drovare comenzat.
Laena carens aliis armis, cito currit ad ignem,
cui linum et roccam porgit, focus illico seccam
materiam brancans ita flammam tostus avampat,
ut cito bombardans murum colubrina fogatur.
Berta videns in se magnum crevisse faloium,
terga dat, itque viam, scapolat, volat instar oselli,
namque fogum contra combattere magna patia est.
Altera, quae antiquas offesas mille ricordat,
non minus incalzat, tanquam sparaveria quaiam,
quam fugit illa, velut smerlum lodoletta sequentem.
Laena studet lanam trezzis atacare fogatam,
Berta cridat: - Mea chara soror, cugnataque dulcis,
parce mihi, me me miseram, perdona sorellae. -
Laena cridare sinit, quae nullis victa pregheris
mercadantescas plus monstrat semper orecchias.
Dextra sfavillantem brasato stamine cannam
alta tenet, sed laeva studet, dum curritur, illam
prendere seu chiomis, scufia cascante, solutis,
seu per guarnellum, vento boffante, levatum.
Berta magis rancat, nonnullas iamque favillas

schioppezare super coppam sibi sentit apertam,
unde caput voltans sofiat pro estinguere pensum,
sed nasi cimiola sui scottata bofavit.
Hinc duplicat cursum per drittum, perque traversum,
non aliter currens quam gatta domestica pocum
ad cuius caudam porci vesica tacatur,
in qua sunt favae seu tres seu quinque granelli.
Illa fugit, sentitque fabas post terga sonantes,
quoque magis properat semper seguitatur ab illa
vesica, pensatque hominem sibi currere dretum.
Tandem perveniens ad quandam Berta masonem,
altorium vocitat, vultque altam scandere sepem,
contextam stroppis salicum, plenamque rovidis.
Utque salita fuit, propter saltare delaium,
se se cum socca spinis gathiavit in illis,
stantibus in susum pedibus vilupata remansit,
fecit scoperto solem tenebrare quaderno,
contraque naturam superavit luna maritum.
Non stetit indarnum, sed caldam Laena conocchiam
mersit in ecclypsim, qui iam scuraverat orbem.
Quando focum sensit coxas bona donna brovantem,
victa dolore simul, fumantem supra menestram

sopiat, atque altro mollat simul ore corezam,
quae potuit vento roccam smorzare gaiardo.
Quo facto, intrighis tandem se sbrigat ab illis,
inque pedem saltans, animosior igne stuato,
inchinat se se, medium rapit illa quadrellum,
contraque cugnatam magno conamine lanzat.
Laena tamen saxum leggiadro corpore schivat,
medesimumque pians dardeggiat ad unde venivit.
Inter eas igitur spinorum macchia manebat,
ultra quam se se pedezonto Berta gitavit,
hic se brancantes per trezzas unguibus ambae
tambussant, mordent, squarzant, sine forbice tosant.
Vidi gallinas quandoque, vel ova covantes,
vel pullinorum squadras per ubique guidantes,
appizzare brigam becchis, graffisque cruentam.
Qualiter apparent spennatis undique bustis,
dum se beccantes raspis grassantur aguzzis,
taliter in finem se Laena et Berta travaiant.
Audito tanto strepitu visinanza corivit,
et quasi iam mortas ambas catavere iacentes,
quas vecchius Zambo cagnesca pace ligavit.

Sic quoque Tognazzus venit huc, venit huc quoque Cingar,
atque ribaldellus, simulans deffendere Laenam,
dat tortum Bertae, fictoque furore menazzat,
imo levans dextram monstrat dare velle bufettum.
Sed Tognazzus eum repiat, repiansque favellat:
- Quid facis? o Cingar; quem nam aquistamus honorem
nos homines maschii femnas bussare matazzas?
Non ne ricordaris quod Doctrinale comandat:
«Foeminea in poena est nullum memorabile nomen,
poltronam sed habet talis victoria laudem»?
Eligo plus tostum combattere contra diablum,
quam contra femnas, peiores trenta diablis.
Quo magis illius schenas, humerosque tracagnas,
illa vilanias in te magis aspra sagittat.
Non est ira quidem super huius daemonis iram.
Quam si etiam nolens, etiam sine mente nocendi,
tantillum laedis, quantillum littera fert «i»,
littera pro bretta, quantillum sive pedocchius,
sive tuam cagat pulichettus supra camisam,
oyme, cave sennumque tene scaltriltus acoltum,
namque Sinona bifrons, namque illa gnatona trilinguis,

vel panem tavola cum tecum mangiet in una,
vel somnum lecto cum tecum prendat in uno,
vel stet, vel sedeat, vel eat, vel tornet acasam,
vel patres nostros ad missam curva biasset,
cervello semper masinat, sensuque lavorat,
lambicat ingenio, distillat corde, misurat
quae sunt mente quidem, quae sunt facienda tumultu,
quove modo de te miserello, quave manera
suscipiat frendens vendettam denique largam.
O sfortunati, miseri, pazzique mariti,
tradite vulparum gallinas ante governo,
ante lupis pegoras, sparaveribus ante quaiottos,
quam migolam fidei vestris praestare moieris.
Foemina sola potest omnem destrugere terram,
tam bene scit frodas animo componere torto.
Bronzinum gerit illa caput, quod, quanta Milani
artelaria tenet castellum, quanta Ferarae
duca parecchiavit per supra perque datornum,
non nasi (mihi crede) pilum spetraret ab illo.
Cervicosa suum, vel versum vel ve roversum,
sicut aristotilans, autenticat illa parerum.
Vult sit evangelium quod pensat, quodve favellat.

Tota ostinato, mattoque paranda cavallo,
qui se fraschuzzam plantat restitus ad omnem.
Sed quid ego ad solem candelae trado lusorem?
sed quid ego ad savium studeo donare saperum?
Tu, Cingar, melius nosti, tu saepe provasti
quando supervivens, nec adhuc portata diablo,
prima tua uxor te quondam Gnesina domabat.
Dic rogo, dic nobis: qua stringas morte tiravit?
quandoquidem phama est quod eam de pane cavasti.
Sed quo seu ferro, sed quo seu flumine, sed quo
seu lazzo moruit, prorsus nescitur, adunca
non tibi noiosum sit, Cingar, dicere tuttum,
dum prohibet nostros festa haec hodierna lavores.
Incipe; Zambo, sede, vosque omnes, quaeso, sedete.
At scozzonatus Cingar, cui tempore lungo
ad mentem tota est, et a sennum pleniter omnis
ars tacagnariae, sanctae quoque regula Cittae,
se se in cervellum retinet, stratagemaque pensat,
quo sit ab infido trapolatus forte Tognazzo,
ut solet a visco trapolarier oca marina,
namque procul dubio vivam soteraverat illam,
quam reperit torno fusos componere tortos.

Ergo putans factum non ancum esse palesum,
hic stetit in puncto iuris, nullaque manera
vestit zorneiam zanzarum more legeri,
sed magis officio se se gnatonis adaptat.
- O - ait, - o dignas semper, Tognazze, parolas
consiliatrices, plenas Solomone, tilatas,
sentimus de te, de te neque fallimur unquam.
Non nisi laudandum est praticonis credere vecchis. -
Dixerat, et versum Bertam cito lassat ochiadam,
cegnandoque facit scusam, de more cativi,
si dixit dignum parlamentum esse Tognazzi,
quod sempiternis taietur marmore seclis,
dignum quod lettris doris ut messa notetur,
namque senem pazzum cupit his caparare losenghis.
Berta, cativerias quae Cingaris adnotat omnes,
quae quoque non minus est quam Cingar plena magagnis,
vertitur ad vecchium, sic dulciter ore locuta:
- Barba Tognazze, volat clarissima phama Cipadae
de Castelluzzi regnis ad sceptra Moraighae,
non virtute mei (volo confessare) mariti,
non quod in hoc nostro stet gens paladina tereno,

at vestrae largo saviezzae plena tesoro.
Sic alias Cipada suo cibat ubere terras,
porchettos ut scrova suos, ut cagna catellos.
In pede conseio si stat Cipada Tognazzi,
conseio pariter rueret Cipada Tognazzi.
Attamen hoc uno Reverentia Vestra capuzzat,
foemineam quae sic razzam generaliter urtat.
Fallitur ah quandoque viri doctrina saputi!
Vos consul magnus, vos rex, vos papa Cipadae,
cui datur in manibus tam magni brena cavalli
et mala sic vestram sotomittit opinio testam?
Ah mi barba, nimis qui mangiat denique crepat.
Sconsolata quidem domus est, et plena gramezzae,
in qua nulla tenet dacattum foemina robbam.
Foemina si maschio nunquam concederet illam
quam debet portam, mundus sine gente quid esset?
nonne sine asinis et porcis stalla pareret?
Non maschius tolerat pariendo mortis arisgum,
it sine pensero natorum, et coniugis, imo
absque sui stessi cura propriaeque fameiae,
itque solazzando ad spassum poltronus, et uxor
foemina si fallat quandoque, caditque supina

quae maraveia? Nequit calcagno sistere tondo:
qua nil mobilius, qua nil tenerinius, et qua
nil cascabilius terris natura tapavit.
Ast homo, qui reputat se se genus esse provatum,
maturumque, gravemque virum, plenumque rasonis,
de cuius larghis egressa est foemina costis,
proh Deus! impresas quas non facit ille gaioffas?
Non bos, non asinus, non quaevis bestia matta,
fare quod ipse facit vellet per mille prevendas.
Dicite: per vostramque fidem, mihi dicite verum,
de quantis toto ladris piccantur in orbe,
de quantis linguis, aut occhis, de quot orecchis
beccariae hominum faciuntur iure malorum,
nunquid in ipsorum numero muliercula sola est?
Aut si sunt aliquae, naso numerare potestis.
Foemina non, coelum renegans, chiamansque diablum,
noctibus integris stat ludens perdere scudos,
perdere mantellum, camisam, perdere bragam,
sive sbaraino, seu cricca, sive tarocco.
Foemina non habitat boscos, non spoiat, amazzat
ladra viandantes, non praticat illa palazzum
peiorem boschis, ut robbet, strazzet, abarret,

scortighet orphanulos nudos, viduasque tapinas.
Foemina non cibat osellazzos carne rapaces,
non suppis braccos, non blanco pane levreros;
non quando sentit portam chioccare famatum,
strazzosumque inopem, panisque rogare tochellum:
- Vade - ait, - in pacem, nec voias frangere portam. -
Foemina non stuprat pueros, sforzatque puellas,
non dat ad usuram, non scalat nocte fenestras,
non facit alchimiam falsam, tosatque monetam,
non seguitans campum quae sunt aliena rapinat.
Hae sunt impresae dignae, sanctaeque facendae,
sunt bene gesta viri, cui summa potentia soli
cor sublime dedit, dedit esse, deditque vedutam
ingenii, sennumque gravem, saldamque rasonem.
O sine vergogna sfazzati, o lorda somenza:
ite lupi, porcique, canes, asinique, cavalli,
namque lupos, porcosque, canes, asinosque, cavallos,
non homines vos dire licet, formasque rasonis.
At si voltamus chartam, bona foemina sola est,
quae stentare domi solet, ac ter mille facendas
misterum facit hic ut in una commodet hora.
Dum sternit lectum, saltat brodus extra lavezum,

sgnavolat in cuna mamolettus, lacve domandat,
rodere vult toccum panis maiusculus alter,
porcellus grugnit, gallus, gallina chechellant,
clozzaque pulcinos studiat diffendere milvo,
ad quem scazzandum non est qui smergolet ay ay.
Ac ita mille operas opus est insemma redrizzem:
qua pignata bulit, stizzos tiro praesto dabandam,
tunc quoque cum semolis meschio brotalia porco,
mittigo puttellum dans lac, pezzasve cacatas
smerdolo, fanciullum maiorem pane tasento,
atque tut an trattum clamans pronuntio pit pit,
currunt galinae solitum beccare granazzum.
En quot ad effectum mandat bona foemina cosas.
Quis vestri capitis cerchet, Tognazze, pedocchios,
quis massaricias bruttas lavet atque mudandas,
quis tandem spulicare queat damatina camisam?
Si vobis nulla est mulier, vel baila, vel uxor,
quis gerat officium pelizzae, scaldaque letti?
Ne biasmate igitur nostram, Tognazze, geniam,
nam Bertolinam postquam sepelivimus illam,
illam, quae lungo fuit uxor tempore vobis,
non est quae teneat vos bellum, vosque tilatum.

Tunc de calcagnis suspirum grande cavavit
Tognazzus, dicens: - Cordoium, Berta, dedisti,
cum Bertolinae memorasti nomen amatae.
Cunctas plus tostum voluissem perdere vaccas,
quam Bertolinam, quae vaccas praestitit omnes.
Sunt modo quinque anni, passarunt forsitan et sex,
quod Bertolinam sposavi mense novembro.
Ayme, quis illius costumos dicere posset,
stare pares dignos regis, papaeque moeris?
Mille quidem pegoras media beverasset in hora,
docta fuit grassos manibus componere gnoccos,
tortas, tortellos, maccum, muliebre polenta.
Non ego scordabo donec mihi vita manebit
splendentem manuum pellem, digitosque galantos.
At si narretur tuttum, nimis esset afannus,
quando recordor eam totus disnembolor intus,
tot bon costumos habuit quot testa capillos.
Cingar vix retinet schioppanti in pectore milzam:
- In verum - dixit, - femnam moruisse cotalam
est grandis codesella tuis, Tognazze, facendis.
Nam tua robba, domus vadunt sotosora, quod illa
instrumentorum fuit unica mastra tuorum.

Sed moruit; quid te plus oltra gramire bisognat?
Prende aliam, quae te scaldet, bon home, putinam,
ne dubita, quoniam contado stamus in uno,
quo genus ad plenum bestiaminis huius habetur.
O utinam semper sit tanta caristia panis,
quanta est donnarum per totum copia mundum! -
Sic ait, et Bertae cignavit, ut inde recedat,
vult quia cum solo solus remanere Tognazzo.
Berta cativa sciens quidquid trammatur ab illo
accipit inchino reverenti a barba Tognazzo
combiatum, occhiadamque illi slanzavit amaram.
Tuque, Comina, satis cantasti; Gosa merendam
ecce parecchiavit pro te, pro meque modernam.
Iam dudum pleno fumat bona suppa cadino.

LIBER SEPTIMUS

Maxima nostrorum sedeat praesentia patrum,

qui sese reputant solos mangiasse Minervam,
et sunt plus matti quam centum mille cavalli.
Ne, rogo, sdegnentur nostram ascoltare Cominam,
quae vecchium quendam zurans habuisse maritum,
inque capronazzum penitus vertisse zelosum,
sic maricondarum scudellis plena comenzat.
Cingar, amicitiam Baldi super omnia guardans,
totas ingenii sothiezzas ponit acampum,
vel sit opus robbam, vel opus sit perdere testam,
an queat hunc ipsum duris sferrare cadenis.
Fingit amicari volpina fraude Tognazzo,
cum quo raggionans longis diversa parolis
venerat ad causam Baldi finaliter ipsam,
de quo mille malos simulando dire comenzat:
qui sit fur, latro, stradarolus, forca, ribaldus,
qui sit amazzator gentis, qui mille diablos,
mille satanassos portet maledettus adossum,
qui centum meritet mortes, vel mille, vel octo
millia, vel centum centena miara soghettos.
Inde cavestrellus, voltans parlamen in altrum,
introit ad factum Bertae, quae priva marito,
carceribus chiuso aeternis, cum rebus habendo

iam desperatis, iam mortuis, iamque sepultis,
vult sibi compagnum lecti accattare novellum.
Quo dicto alquantum tacitus manet, inde comenzat:
- Sunt arcana mihi, tibi quae, mi barba Tognazze,
dire habeo, modo sis mutus, nullique paleses.
Est importanzae non pochae impresa cotalis,
nec nisi sub groppo confessionis habenda.
Zura mihi, quod te possit portare diavol,
si minimum cennum praesumas fare de hac re. -
- Dic - Tognazzus ait, - promitto, zuro, piabo
mille sacramentos, non talia dire neguno. -
Cingar suspirat tacitus, mox parlat: - Amicus
non est daverum, qui quidquam coelat amico.
Semper usanza fuit mecum servire libenter:
attamen unde mei siat interessus honoris,
omnibus incago respectibus atque guadagnis.
Quorsum haec? forte inquis; nam forsitan esse putabor
rebus in his, quae sum dicturus barba Tognazzo,
sive tabachinus seu qui trucimaniter intrat
furtim cantones omnes et acordat amantes.
Attamen haec quoniam fieri dritissima possunt;
quando quidem sacra matrimonia rite sequantur,

nullus ab officio me sancto absterreat isto.
Berta, uxor Baldi quondam, nunc solta marito,
abrasata tuum cruciatur propter amorem,
penseros mihi saepe suos e pectore sgolat.
Non tantos crevellus habet fundamine busos,
nec quae formaium grattat grattucchia matellum,
quantos illa suo fert pro te in ventre forato.
Semper te chiamat, semper te smaniat unum,
semper suspirat, lagnat, sibi pectora chioccat,
atque suum dubitat ne cor, ingrate, refudes.
- O mi belle - cridat, - cur non, mi belle Tognazze,
scis quod amo et brusor de te, mi belle Tognazze?
Mi Narcise, veni, mi mi Ganimelle, camina.
Ne me despresies, ne bocca melada refudes. -
Sic meschina cridat, nimio tal volta brusoro
trasportata ultra proprii confinia senni.
Nocte, die pensat de teque, tuoque bochino,
quem dolzore quidem pensat superare povinas.
Cuius multiplicat sic nervos doia per omnes,
ut dicas: Oyme, sborrat tapinella fiatum.
Cerco ego de tantis illam distollere brighis,
sed sempermaium retrovo fecisse nientum,

qua propter de parte sua tibi porto novellam:
si dignare velis secum dormire maritus,
dummodo secreto fiant sub foedere nozzae. -
Cingar aquam pedibus talem dat barba Tognazzi,
ut vecchius pazzus magis altus crescat aquatus;
nec penses quod tunc in beccum rideat illi,
sed tales Cingar despicat ab ore parolas,
ut simul in centum Credos credisset alhora.
Quali praestezza tordus se in rete viluppat,
sive ad porrectum trat rana golosa boconem,
moscaque multipedis gathiatur compede ragni,
tali veschiatur Bertae Tognazzus amore.
Qui prius alquantum schenam longare comenzat,
atque bavas digitis labro forbire colantes.
Mox abbrazzato ter Cingare, terque basato,
sic ait: - Esse potest? an me mea Berta maritum
appetit? o nihil hac impresa charius esse
quippe mihi posset, contentor, cedo, fiatur.
Illa parangonem de me si fecerit ullum,
poltronem dicat Baldum, dicat ve dapocum,
desideretque illum, similesque perire maritos.
Non pensare susum voiat mea Bertola, Cingar,

quod mihi sit modicum gobbae, quod testa capillos
profluat alquantos, velut est usanza, canutos;
non hos, crede mihi, non hos vecchiezza biancat,
non mihi pro senio mancat dens iste davantum,
at sunt affanni, mihi quos respublica donat;
nam possum giurare tibi, me cancar amazzet,
non habeo nisi non annos quaranta duobus.
Si tamen illa velit penitus pensare Tognazzum
esse ribambitum vecchium, similemque vetusto
Mathusalem, quae sit memoret sentenza Gonellae:
«Forza datur iuveni, vecchio destrezza galanto».
Sum bellus, riccus, sum prudens, sumque gaiardus,
est quoque grassa mihi possessio, grassaque vallis,
vallis non per quam ranarum turba coaxat,
non qua zenzalae nascuntur in aëre guasto,
auribus et nostris cantant, dicuntque cosinum,
ast ibi vina satis, multumque potenta recoio,
dulcia, garba, rubras facientia denique galtas;
vaccas tres habeo, Cervam, Moramque, Bonelam,
quae mihi mascherpas faciunt in tempore quoquo,
et sua quatrinos cumulat mihi soccida multos.
Non mihi de paia casamentum, deque canellis

quos picolus boffare queat per nubila ventus,
imo de coctis domus est fabricata quadrellis,
cuius colmegna est cuppis coverta novellis,
qui sunt ex numero viginti quinque desinae.
Tum quidquid zappae, tum quidquid in arte cosinae
esse potest, habeo: vangas, rastillia, rascos,
marrazzos, rasegas, ficcos in aratra gumeros,
hinc ve segursellos, manarinos, inde badilos,
cum quibus et soleo zoccos spaccare segures,
chiodos, martellos, trivilinos, atque trivellas,
ferraque segandi, gramolam, misamque farinae,
burrattos, descos, sedacia, mille facendas,
quas narrare quidem facerem fastidia mondo:
haec ad commandum charae sunt omnia Bertae.
Doctor aratoria sum menzonatus in arte,
doctor et a stalla grassum portare ledamum,
omnibus in seris plenas scio mungere vaccas,
inque rotam tondam teneros calcare casettos.
Non plasentinis malghesibus atque vacaris
invideo lactis frescum menare botirum.
Herbida prata scio cum falce taiare seganti,
scavedagnare agros, fossatis cingere campos,

subque iugo drizzare boves usareque manzos.
Sunt mihi porcilli tres, virdo vimine facti,
inque meo solum cortivo deputo fornum,
tota suum solet hic panem infornare Cipada.
Sum Tognazzus ego, sum qui conservo Cipadam,
sumque Sinagogae princeps, archique vilanus,
nil nisi Tognazzus per villas dicitur omnes,
nil nisi Tognazzus cunctis de rebus abundat,
sum prudens, saviumque caput, sum, dico, Tognazzus.
Quae sine conseio magni sunt facta Tognazzi,
crede mihi, tandem tandem menchiona troantur;
sed quae conseio sunt masticata Tognazzi,
crede mihi, bona sunt, nec possunt fallere iotam.
Parlat evangelium, cum parlat bocca Tognazzi,
sed quid butto viam tempus, dum tanta recordo?
Tu, Cingar, nosti, tu scis, tu cuncta provasti.
Vade viam, Bertamque trova, cui talia dicas:
- Tognazzus mandat tibi tantas, Berta, salutes,
quantos in coelo video de sera lusores,
quantos cuncta foram buttant boscamina foias,
quantas Millanus bene grassas vendit ofellas,
quantos per Venetum spendunt cannalia bezzos,

quot sanctitates peregrinis Roma palesat,
quot vermocanos mandat Valtropia Bressae,
quantas tota stryas Piamonti patria brusat,
quantas consumant fratrum refetoria tortas,
quantos in Napoli gens buttat ubique naranzos,
quantos Cipadae piccat provincia ladros,
quotve solent guastas spetiari vendere cosas,
quot ve ladri zaffi, navaroli, stirpsque gabellae,
quotve molinari robbant, ostique rapinant. -
Sic totam milzam, sic totam dono coradam,
tradoque me stessum Bertae vaccamque Bonelam.
Dixerat, et, rursum abbrazzato Cingare, magnum
suspiramentum pulmone cavavit ab imo.
Cingar promittit toto fare omnia sforzo,
ut matrimonium tantum procedat avantum,
inde abit impressam, Bertamque trovare caminat.
Tognazzus manet hic, in stroppa sistere nescit,
spudat supra manus, sursumque tirare brasolas
incoepit calzas, stringa mollante, rapatas.
Mox digitis cercat buscas subtiliter omnes,
tratque foras albam circum collare camisam,
saepe manu tastat grisos in vertice tosos,

quos flavos amor esse facit parere capillos,
foppas crispatae studiat distendere frontis,
atque savone facit vultum tirare rapatum,
sbercifluos oculos tum Bertae purgat amore,
quos per passatos non sledammaverat annos;
nasum barbozzo taccatum smerdolat ungis,
qui colat et cornu sofiat, porrisque gravatur.
Bucca tumet, longaeque cadunt in pectora bavae,
quas quandoque boves videas effundere vecchios.
Non habet hic alium specchium quo semet adocchiet,
quo semet faciat bellum, sed ad albia currit,
in quibus est solitus vaccas beverare pienas:
hic se specchiat aquis, Narcisi more galanti,
hic nasum mento se cernit habere tacatum,
atque povinatos oculos similesque brasillo,
hic desdentatas se mirat habere ganassas,
quae tamen ob nimium formosa videntur amorem.
Aptatur capiti mufolenta beretta mazucco,
in cuius marzo rosa candida ponitur orlo.
Panescum lateri cortellum piccat, habentem
de bufali cornu manicum, dotone doratum,
cuius stringa ligat pendentem rossa guainam.

Praeterea triplici borsam volitante fiocco
fertque, bagatinis plenam, levibusque quatrinis.
Interea Cingar Bertam simulare comandat,
quae bombasinam vestit se protinus albam,
seque galantinam faciens, fregat ora biacchis,
pectinat et triplici dispostas ordine trezzas,
cincinnosque facit ferro crispante fogato.
Scufia cui chiomas tremolantis plena covertat,
lenzaque per mediam frontem sat commoda quadrat,
post haec velamen gialdi subtile coloris
imponens humeris super ubera lactea tirat,
pectoreque in medio tenet illud gucchia piroli.
Iamque aderat festum, quo turba vilana sub ulmo
ballat, et ad pivae numerosa sonamina balzat.
Venerat huc Cingar, quem Berta apposta sequivit,
ballantesque simul stabant mirare vilanos,
sed tanto strepitu quod tellus tota tremabat.
Hic drittum saltum charam facit ante morosam,
ille capriolam netto pirlamine format,
ast alius balzo se buttat in aëra tondo,
atque alius circum se terque quaterque revoltat.
Est qui saepe rotat propter stancare puellam,

est qui saepe cridat sbraians: - Sona piva pavanam,
fac spingardoium, fac strazzam, fac matarellum,
seu mazzacroccam, seu spagnam, sive gaiardam. -
Multi, pro nimio stracchi sudore, frequentant
vicinas betolas, zainos sine fine tracannant.
Multiplicant flatum pifari virtute bocali,
quos retridare audis lingua frifolante sonamen.
Interea, ut fitur, ballus cessaverat unus,
expectant pivae quis danzam chiamet un'altram.
Ipsa retornarat muliebris turma sedendum,
sugabantque viri fazzas sudore colantes.
Cingar habet roncam et largum pugnale dedretum,
cagnazzumque facit longo volitante penazzo,
et sguardaduras plenas terrore traversat.
Protinus in terra calcem ficcaverat hastae,
dadossumque simul zaccum de maia cavarat,
borsam denariis plenam tirat extra braghettam,
ac pifaris soldos dat falsos nescio quantos,
nunquam quippe bonam tenuit sua tasca monetam.
Inde cavans reverendo bretam, curvansque ginocchium,
quae mage galanta est vilanellam primus ataccat,
caetera tunc alias brancat zentaia puellas,

sed quia corrazzam Cingar spoiarat onustam,
inque giuparello levis est, saltatque lezerus,
ballarinus habet ballorum praemia semper.
Piffaricas danzas non iotam praeterit unam,
ireque post ballum bravanti voce comandat.
Qualis caprettus, quum sol damatina levatur,
primus de stalla borit, matremque relinquens
huc illuc guizzat, morbezzat, saltat in altum,
talis Cingar erat, qui spoians corpore zaccum
tres se se brazzos saltu slanzabat in uno,
nunc drittus pirlans, nunc bassus, nuncve levatus;
mirabantque alii stupidi, gattumque putabant.
Iamque Tognazzus adest, palmas qui appoggiat utrasque
gallonis iunctas, gobbam nec habere videtur,
distesas portat gambas, supraque tiratum
dum vadit, signat vix in sabione pedattas.
Mox contra Bertam gambis se plantat apertis,
mazzucusque senex mirat, doniatque puellam.
Protinus id factum Cingar truffator adocchiat,
unde serans oculum guardat saepissime Bertam,
atque facit cennum, velut est usanza giotonis.

Pratica Berta, prius quae norat Cingaris artes,
stat veluti polcella, novo sposanda marito.
Attamen ah ladros quandoque levabat ocellos,
oreque rididulo sguardos lanzabat aguzzos.
Oh pensare potes, quales in corde fasellas,
vel sbolzonadas, sentibat alhora Tognazzus!
Suspirat vecchius, suspiransque, oybo, macagnos
spudat maiores mocenighis atque medais.
Stat modo supra pedem drittum, modo supra sinistrum,
saepe caput grattat, nec statu saldus in uno
restat, quin moveat se se ter mille fiatas.
- O pissasanguis - secum parlabat, - et oyde
siccine, Berta, meum scoraias porca magonem? -
Cingar avisarat giottones ante parecchios,
qui voiant sguaitare senis movimenta briconi,
quisque videbatur risi mangiasse menestras,
sic adeo intantum schioppantur pectora risu,
sed non pensat eos pro se grignare Tognazzus,
imo plus cignat Bertae, cui Berta recignat:
Bertaque dat bertam, bertezans atque bretonans.
Dum Cingar ballat, Tognazzo passat avantum,
et compagnonem faciens ita parlat orecchiae:

- Quid tardas? tecum vult illa ballare tre horas. -
Sic ait, et passat monstrans parlasse nientum.
Tunc vecchius non bis fecit sibi dicere cosam,
ad Bertam properat, si vult danzare domandat.
Illa bochinellum stringens, parvumque musinum,
acchinansque caput, porgit fretolosa sinistram.
Strictis inde simul palmis ballare comenzant.
Tunc magnam subito commovit turba risaiam,
claudere sed risum Cingar studet hic, studet illic,
nam sic ridendo potuissent rumpere zardam.
Cingaris hic adsunt compagni quinque bretari:
Brunellus, Gambo, Sguerzus, Schiavina, Lafrancus,
qui semper verbis homines soiare parantur,
soiabant igitur bassa cum voce Tognazzum,
sed non tam bassa quin sentiat omnia vecchius.
Sguerzus ait: - O quam destrezzam corpore mostrat! -
Cui Schiavina: - Vides, quam se de schena balanzat! -
Respondet Gambo: - Levis est, multumque speditus,
iuro Deum quod non saltando rumperet ovum. -
Parlat Brunellus: - Mirum, quam saltet in altum,
altius ire tamen poterit giupone cavato. -
Ad quod respondet Lafrancus: - Rite ricordas,

nam sic personam Bertae mostrabit amighae. -
Audit Tognazzus quidquid parlatur ab illis,
unde magis balzat, magis unde gaiarditer altos
fert garlatones, coelumque tocare videtur.
Credit evangelium quidquid dixere giotones.
Zorneiam subito spoiat, stringasque ralentat,
et porgens brazzum Bertae tirare comandat,
sicut ab alterius tirare solemus aiuto.
Illa gavardinae manicam, manicamque camisae
sponte pians, pariterque trahens, simul omnia ducit,
omnia convolvit, non advertente Tognazzo.
Sed tamen infinem sentit seguitare camisam,
et casum reparare volens meschinus homazzus
millibus in strazzis testam vilupatus habebat.
Sed magis illa tirat, seguitat magis iste tirantem,
valdeque sbraiabat: - Lassa, codesella, camisam,
sit sat per manegam dadossum trare gabanum. -
Dumque trahebatur nec se nec conspicit altrum,
nam tota in toto gathiatur testa viluppo;
semispoiatus erat, quasi nuda culamina monstrat.
Cingar, id advertens, properat, stringamque mudandae
slazzat, et in tuttum nudus tandem ille remansit,

atque ad garlettos cascarunt denique strazzae.
Tanta repentinam coepit risarola brigatam,
ut centos illic Marguttos esse putasses.
Ille viam scampare volens sic absque mudandis,
vergognaeque suae qualcum cercare covertum,
ecce pians cursum stramazzum tale piavit,
ut tamburrinum cascans sua panza sonaret,
namque ad calcagnos bragas vilupatus habebat,
sicut stuppa solet polzini nectere gambas.
Concurrunt nudum vecchium guardare vilani.
- Day day - cridabant, - hay hay que cosa da rider. -
Foemineae fazzae partem voltantur in altram,
quae tantum buttant vergognam tempore scuro.
Ille senatorum primus, consulque Cipadae,
ante manus supra borsam nummosque tenebat,
retro sculazzatis tavolazzum monstrat apertum.
Qua propter vergogna focum smorzavit amoris,
omnia vincit amor, sed scornus vincit amorem.
In pede iam toltus velociter inde scapinat,
non minus in dretum lassans tegumenta bragarum,
quam cazzatori linquit baricocola castor.
Non unquam vidi tam praestam currere gattam,

culmine tectorum quae summo caschet abassum.
Tandem perveniens ubi se coprire dabatur,
tanto pro scorno testam grizzatus abassat,
tollere non audet frontem, sed talia mutus
pensat et alloquitur se stessum sicut un altrum:
- O Tognazze senex, quae te desgratia colsit?
nonne tuum cernis, pauper meschinule, scornum?
Nuper zanzabam, quod foemina quaeque ribalda est,
quod deberemus Macometto credere ladro
plus quam falsiloquis femnarum credere linguis,
et video Bertam me nunc trapolasse putanam.
Heu quia pensabam super omnes esse beatus,
at sventuratum me tandem turba caleffat.
Consiliare alios scio, conseiare meipsum
nescio, culpa mihi sola est reputanda bachiocco.
Consilium nihil est: hoc si quis negligit uti.
Consilium male dat, qui non bene suscipit illud.
Me stessum ingannasse pudet, nec amore superchio
errorem novi, donec vergogna capellum
sustulit, eque meo cascavit maschera vultu.
Post damnum pentire valet, mihi crede, negottam.
Dum sic vilificat se se, Zambellus arivat,

cui proprios reddit pannos, simul inde recedunt.
Tres stetit ille dies omnino ascosus ab omni
compagnia hominum, tamen alto corde cadenam
rodit, dispositus se vendicare; nec illa
Cingaris et Bertae sdegnosa iniuria cascat.
Ergo hinc cessarat reverentia barba Tognazzi,
qui fuerat villa primus reputatus in illa,
Cingaris ut melius posset masinare molinus.
Haec ego pro specchio vecchiorum scribo Comina,
non tamen ad savios dico temeraria canos,
a quibus imparat drittum giovenezza caminum,
sed vobis parlo rancis vecchisque galosis,
quos pueros centum annorum scriptura domandat.
Vecchie, quid insanis? quo te tua bestia menat?
nonne geris cassam mortorum tergore semper?
an quia bertinam fers in cervice peluccam,
teque rapraesentas rappata fronte saputum,
ac si stet rappis saviezza grisisque cavellis,
tempore dadessum iuvenes non rodere cessas,
ut rosegare solet mollem tignola velutum?
Et quid sbaiaffas? ecquid, podagrose, cigalas?
Stare magistratum manibus puerilibus, inquis,

quod per inexpertos tractantur seria puttos,
quod sibi sbarbati faciunt succrescere barbam,
gregnapolaeque fregant molesinas sanguine goltas,
ut iam multidies caecis videantur in occhis,
ut iam stimentur digni (taiante rasoro)
per quos magnifici tandem manegentur honores,
supraque primaias stetur dare iura cadregas.
Hoc tamen invidiae nascit de stercore murmur,
namque senes isti, se specchio quando vaghezant,
(pro vergogna) pudent carolentam cernere fazzam.
Personam beltas non amplius ulla galantat,
aurea de argenti facta est caviata colore,
bocca pluit bavas, ferro sdentata tenaiae.
Semper ab ambabus sordina sonatur orecchis,
gutta cadit naso, spudat vecchiaia macagnos,
atque carettonis sbolsat de more cavalli.
Deque povinatis oculis ad pectora colat
sbercia, sed labrum recipit cagatoria nasi.
Haec ea specchiantes miseri tristantur, et aspris
morsibus invidiae dentrum lacerantur et extra;
antiquas memorant festas teneramque iuventam,
quando stringati drittis cum passibus ibant,

quando fracassabant giostranti pectore lanzas,
quando stringebant tundos sperone zanettos,
quando saltisono ducebant ordine ballos,
quando vaghezabant oculo cignante morosas.
Haec eadem vecchius memorans, cruciamina sentit
qualia Prometheus baratro cazzatus in imo
sentit, osellazzo semper rosegante figatum.
O nimis improprium senibus, vecchisque bavatis,
pectus amoroso plenum gestare brusoro!
Cingar at interea, smacato barba Tognazzo,
en quoque amicitiam Zambelli curat habendam,
ut quoque Zambellus collum sibi rumpere possit.
Hic postquam robbae se viderat esse patronem,
in stroppa male stat, nimia sburlante legrezza.
Ponere cervellum rebus disponit agendis,
parecchiatque casam multis implere richezzis.
Uxorem chiamat Laenam, sibi tirat apressum,
atque basarottum dans illi parlat: - Habemus,
ad corpus lanchi, tot quot squaquarare valemus.
Non ultra faciet nos Baldus vivere stento.
Vis mercantiam pariter faciamus? ad urbem
quottidie vadam, multas trafegare facendas.

Tu quoque fra tantum roccam, fusumque drovabis.
Spero quod in curto veniemus tempore ricchi,
nec multam facio stimam si cornua porto,
omnia sunt operanda quidem casone guadagni. -
Ad quem Laena inquit: - Faciam cuncta ista libenter.
An scis quod grosso voluit me battere legno
Berta, nec offesam possum smemorare cotalam?
Chare marite, meum voias satiare talentum.
Fac ut in hanc vaccam penitus vendetta fiatur.
Nonne cavallus eris, nostrum si linquis honorem? -
Respondet Zambellus: - Habes, mea Laena, rasonem;
Berta fuit semper nostris contraria spallis,
incaghemus ei re vera et ventre pieno. -
His dictis magnam tractant insemma facendam,
qua fiat Bertae dictu mirabile scornum.
Circa quinque horas de lecto nocte levabant,
ante ussum Bertae pleno ambo ventre cagabant.
Parce mihi, lector, si nunc tibi Musa puzabit.
Berta levans strato damatina bonhora catabat
lombardas semper sua supra limina quaias.
Cingar, habens caudam vulpazzae more pelatam,
Zambelli talem cito iudicat esse prodezzam.

Quid facit astutus? stomacum sibi fortiter armat,
quottidieque illas fezzas in vase repostas
servabat, donec fuit urzus stercore plenus.
Berta stupescebat, causamque petebat ab illo,
at Cingar noscens quod foemina vas sine fundo est
semper dicebat: - Cognosces denique causam. -
Mox illam tollens completam fecibus urnam,
desuper effudit dulci de melle bocalum,
ut quod stercus erat mel esse appareat extra.
Hanc levat in spalla, tacitusque caminat ad urbem,
sed stravestitus, quia toti est cognitus orbi.
Dumque ibat, vidit Zambellum; protinus illum
advocat, et dicto manifestat nomine se se.
- O Zambelle - inquit, - o mi Zambelle galante,
expectes, quaeso, non me cognoscere pares.
Sum bonus ille tibi compagnus, nomine Cingar,
qui tibi portavit, portat, portabit amorem.
Quomodo stas vel tu, vel quomodo stat tua Laena?
Tocca manum, certe mihi pares esse gaiardus,
atque bonam chieram nobis tua fazza palesat. -
- Sum - Zambellus ait, - sat sanus satque gaiardus,
est quoque Laena simul sat sana satisque gaiarda.

Sed dic, quid portas mastello, Cingar, in illo?
Vis, ego te altoriem? somam portabo libenter. -
Tunc Cingar, fingens se straccum, dixit: - Aita,
istud aita, precor, de spallis ponere pesum. -
Zambellus positis manibus discarigat illum,
fratantumque rogat quid soio portet in illo.
Sed Cingar, frontem nullo sudore madentem
dum fazzoletto ficta stracchedine sugat,
respondet, tanquam scoprendo arcana sodali:
- Vis dicam, Zambelle, tibi, charissime, verum?
Quod tibi parebit fors fors ad credere falsum?
Vis dicam? nulla est impresa coprenda sodali.
Ringratiamento te Berta rigratiat omni,
quam tutavia facis mirando munere dignam.
Te modo perpetuum pensaverat esse nemigum,
attamen ad provam peradessum novit amigum,
nam quae supra suam portam de nocte cagasti
ecce vides vaso semper stipavit in isto,
et nunc spero illi multos acquirere soldos. -
Zambellus stupefactus ait: - Codesella, quid inquis?
Tu ne meam poteris fezzam spazzare boteghis?
Ben buttare viam faceres me infretta mudandas,

si quod ego cago credam te vendere posse.
Vade, mihi potius vendis vel vendere cercas
vessigas, quas non a Cingare compro libenter. -
Cingar ait: - Cur non? ah ne straparla fidelem
contra tuum socium, magis imo contra parentum.
An nescis quod Bertus erat Pannada fradellus
Mignotti Zanchi, de quo me medda Catina
protulit, atque tuam simul ac insemma sorellam,
unde mihi nezza est et ego tibi barba cusino?
Sed quid tot baias? saldabit prova facendam. -
Sic dicens, brancat spinettum, tratque deforam,
qui ficcabatur brentae puzzantis in imo.
Ecce tenella foras pertuso exire comenzat
materies, nasisque bono blanditur odore.
- Sentis - Cingar ait, - aquarosam ambraque canum?
An modo vessigas videor tibi vendere vodas? -
Zambellus stoppans nasum sbraiare comenzat:
- O pissasanguis, quid hoc est? iam stoppa foramen,
stoppa busum, Cingar, merda est, nimis (oybo) carognat.
Sed quis mazzuccus, quis tam lignamine grosso,
qui sborsare voiat tali pro merce nec unum

solettum bagarum, falsum, totumque tosatum?»
Cui Cingar: - Venias mecum, certaberis hac re,
secretum tamen hoc nulli scoprire memento. -
Tunc alzans brentam, Zambelli tergore ponit,
anteque festinans creppat sub pectore risu.
Iam sunt in piazza: mercatus ubique patebat.
Cingar Zambellum gestantem pondera fezzae,
dissimulans fazzam, speciarum ducit ad unum,
ad quem ingrediens, Zambello stante deforam,
cautus parlat ei non plus quam quinque parolas:
- Vultis apum merdas istas comprare, magister? -
Non Zambellus «apum», sed «merdas» dicere sentit,
unde stupescebat fieri sic vendita puzzae.
Ille statim risit spetiarus turpe vocabol,
et qualchedunum cito iudicat esse bufonem,
qui sic dicit apum mel merdas esse, caleffans.
Tunc primum extremos digitos in mella ficavit,
quae super ascondunt dulci sub tegmine stronzos,
in boccam ponit, velut est usanza, liquorem,
dolcezzam gustat solam nec stercora tangit,
unde fidem praestat falso, creditque bugiae.
Ergo hic mercatum faciunt, tres ille pesatos

atque trabucantes scudos de mille quatrinis
excavat, hosque tirat Cingar, pocamque tirando
esse dolet barrus tanto pro melle monetam.
Iamque vodare parat spetiarus Cingaris urzum,
quem illi restituat proprioque immittere soio,
unde palesari poterat bareria defattum.
«Heus tu - Cingar ait, - peradessum desine zerlam.
Nunc nunc tornabo, vado comprare cosettas
nescio quas modicas, post quas pro vase redibo. -
Dixerat, et chiamans Zambellum praestus arancat,
ac ita gabbatus spetiarius ille remansit,
ac ita vulpones vecchi quandoque trufantur.
Hoc meritamenter fortunae in rebus acascat,
ut qui dinari seu dritte sive roverse
pro casia et pilolis pochetinis, proque syroppis,
magno tirantur numero, complentque scudellam,
ut faciant merdas vitamque cagare brigatam,
sic in materia tandem spendantur eadem.
Stercus ut acquistat scudos, ita stercora scudi.
Magna sed interea Zambellum cura molestat,
mercatum penitus vult exercere carognis.
Iam complet grandem tali de merce tinazzum.

Per quancumque meat stradam, poltronus amorbat.
Unde die quodam tulit alto in tergore plenum
de pacchiarina mastellum, trottat ad urbem,
giungit et in plazzam: caricus se ficcat in omnem
bottegam cridans: - Hanc porto ad vendere merdam,
an comprare istam vultis? domando doverum.
Est bona robba quidem, frescamque cagavimus ipsam. -
Si tantam rident sciochezzam, pensa tu ipse.
Sed mala Zambellum poverum ventura guidabat,
nam tandem seguitans spetiarum venit ad illum,
quem iam scornatum Cingar cativellus habebat.
Ille, ubi Zambellum sporco sub pondere vidit,
pistellum piperis iecit, stangamque piavit,
inde pianinum vadens post terga bonhommi,
atque super palmas spudans bastone restricto,
percutit heu brentam, magno resonante fracasso.
Brenta soluta statim, spezzatis undique circhis,
decidit in fasces, hinc stercora tota liquescunt,
per faciemque fluunt Zambelli, perque davantum,
perque deretro cadit stomachosi broda liquoris.
Totus fezza paret, fugit hinc, fugit inde, cridatque:
- Oyme meas spallas, mea terga, meosque galones. -

Sed speciarus eum non lassat prendere flatum,
perseguitat, nunquam ve deest menare tracagnum,
nunc istam, nunc illam se cacciat ille botegam,
altoriumque petit, sed pulsus ab omnibus ullum
non habet aiuttum, stranium quia rendit odorem.
Turba puellorum currit: day dayque richiamat,
saxa tirant, marzasque ravas, centumque carognas.
Currunt brettari semper treppare parati,
matronae testas extendunt supra fenestras,
tum barisellus adest zaffis comitantibus et quid
et quid hic est rumor tantus, vult scire bravando.
Zambellum accusat speciarius ante brigatam,
quod sibi vendiderat lorduram melle copertam.
Zambellus plorans negat hoc, provat esse bosiam,
sbraiat enim, sbraiansque cridat: - Non ille daverum
sum, messere, fuit Cingar, fugiforca vocatus,
quem voluit tantas praetor squartare fiatas. -
Tunc puzzae signale videns cavalerus apertum,
prendit Zambellum, brazzis deretro ligatis,
communique illum facit in praesone serari.
Cingar, ut hoc didicit, subito de more tacagni
Laenam Zambelli moieram trovat acasam,

quae supra scragnam paiae ingramita sedebat,
sustentansque manu guanzam plangebat amare,
namque sui audierat peradessum fata mariti,
nec scit partitum, nec scit retrovare modellum,
conseium nec habet, per quod de carcere tretur.
Cingar singultans intrat sugatque veletta
fazzoloque oculos, spudazzo aposta madentes.
Monstrat flere sui Zambelli damna sodalis,
et confortat eam tamen omni fratris amore,
atque parolinas usat plus zuccare dolzas,
ut voiat meschina suum cor tradere paci,
si sibi consortem robbabit forca picandum,
publica quandoquidem totam sit phama per urbem:
in Piccardiam Zambellum pergere ladrum.
- Me miseram - tunc Laena cridat, - quia mortua casco.
Quid nam, Cingar, ais? Zambello forca paratur? -
Sic parlans, chioccatque manus, strazzatque caveios,
Cingaris altorium supplex marzocca domandat.
At Cingar plorans inquit: - Sorelina, quid ultra
posse putas a me fieri? speranza niuna est.
Passavit iam merla Padum, sua vita soravit.

Attamen ut noscas, noscatque lovagna Cipadae,
quanti vos faciam, Zambellum, teque, tuosque,
ecce tuum sforzabo tibi tornare bonhomum,
sed lex difficilis commandat, iusque palazzi:
«Carcere nemo tratur, nisi borsa piena vodatur».
Pratica Signorum sic est, magis imo ladrorum.
Ecce meam borsam dono tibi, doque me ipsum.
Zambellum nostrum quam praestius extra cavemus.
Tu quoque, si quid habes nummorum, sborsa dinaros,
namque tuis, soldisque meis, populique favore,
illum (ne dubita) de forchae morte cavabo,
quamvis, ut dixi, sit phama quod ille moribit. -
Laena, magis credens, geminat meschina dolorem
irrumpitque casae portam, reseratque tesorum.
Quantos in cophino carlinos invenit, adfert.
Cingar eos brancat subito, numeratque nientum,
atque suos etiam ramezantes nescio quantos
grossettos sborsat, factos in turre Cipadae,
quos omnes zurat proprio cum sanguine velle
spendere, si possit Zambellum scodere forca.
Sic ait, et properans tandem pervenit ad urbem,
sponteque bottegam spetiari transit avantum,

qui fezzam comprans saiottam prenderat, et qui
fecerat hac causa Zambellum carcere chiudi.
Ille foras viso confestim Cingare saltat,
et seguitans longe sbraiat: - Sta, brutte cavester,
sta manigolde, meos dinaros redde, ladrazze.
Tu mihi vendisti merdam pro melle, ribalde. -
Cingar, qui tantos audit post terga tumultus,
praestus ibi multos testes cativellus adunat.
- En testate - ait, - auditis? testate, fradelli,
iste ladro et barrus puzzam comprasse fatetur
non a Zambello; quid carcere clauditur ergo?
Sic, traditore, putas hominem trapolare bonhommum?
Sic cittadinis fenocchium vendere pensas?
Sed tua conticui nimium peccata, becazze.
Nonne scio certum, nec testibus ipse carebo,
te sfalsasse pesas, scarsasque tenere balanzas?
Nonne, ribalde, canum stronzos merdamque caprarum
pro diaquirone vendis, pilulisque detribus,
proque bonis tristas non cessas vendere robbas?
Ecce in pallazzum festino, citaberis illuc,
teque para contra testes defendere centum,
qui meritant, ut ego, si quid valet ipsa bonorum

dabenitas, ad quos omnis credenza quadretur.
Ad corpus... sed non volo blastemare, botegam
sacchezare tibi faciam, poltrone gaioffe.
Siccine te ad costum poveri arricchire putasti? -
Sic dum parlabat, multa hic brigata ragunat.
Hinc abit ac trottans ficto petit ore palazzum.
At cagarola piat spetiarum magnior illa,
quam sua saepe facit povero scamonea vilano.
Quid faciat nescit, spazzatum se videt esse,
ni sibi provideat, reparetque repente ruinam.
Staderas nunquam falsas tenuisse recordat,
attamen o quantum simili pro errore stopinat!
Ast intellectum dedit huic vexatio drittum.
Protinus accelerat post schenam Cingaris, ac sic
hunc vocat: - Expecta, precor, o compagne, pochinum.
-
Sed mercadanti facit ultro Cingar orecchias;
plus chiamat spetiarus eum: «Tibi dico, fradelle,
ola, mane, tantum sex audi, quaeso, parolas. -
Tandem se atrigat Cingar, quid vultque rechiedit.
Ille pregat, supplexque facit gatamorta: - Quid -
inquit, -

bon compagne, lucri de me aquistare valebis,
si mihi tum robbam facias, tum tollere vitam?
Ah per amore Dei, si te fortuna guarentet,
ne des accusam tanto pro crimine tantam!
Tempore praecipue nostro giornisque dadessum!
In quibus, o quantos cum bocchis cernis apertis
stare lupos, miseram gentem ingoiare paratos.
En aliquod donabo tibi, neque contra vilanum
procedam ulterius de stercore melle coverto,
imo zuro tibi quod eum de carcere trabo. -
Cingar ait: - Certe campasti grande periclum,
namque amisisses totam de iure botegam:
forsitan et praetor fecisset rumpere collum.
Errorem tamen hunc tibi parco, dummodo serves
quae modo fecisti promissa, tiresque bonhomum
de praesone tuis spensis, ut iura comandant. -
- Sum contentus - ait speciarius, - inde bachioccus
et mazzuccus homo sborsat vacuatque crumenam.
Cingar cuncta piat, medicorum more negantum,
praesonemque simul tacito petiere camino,
quae communis erat, non quae sit turris in imo.
Zambellus, viso confestim Cingare, currit:

totus et allegrus venit ad ferrata fenestrae,
atque cridans aliquod soccorsum chiedit ab illo.
Cingar ait: - Taceas, taceas, dic, matte, pianum,
deque bona voia voias nunc esse, quod ipse
solus ego nunc nunc hoc te de carcere trabo,
denariosque meos non sparo spandere pro te,
et iam pagavi multam nunc usque monetam.
Hic homo, qui mecum est, qui te battivit atortum,
zurabit coram populo fecisse bosias,
quum dixit merdas humanas esse bovorum
stercora, quae paucis poterat comprare baiocchis.
At semper nostrae sunt magna desasia merdae. -
Zambellus respondet: - Ego tamen esse pagatus,
esse satisfactus vellem de stercore perso,
quod sfrantumando mastellum perdidit iste.
Dic, Cingar, patiar precii dispendia tanti? -
Ad quem Cingar ait: - Talem mihi lassa facendam,
quattuor ipse tibi merdae promitto barillos.
Iamque vale, propero, nunc nunc exibis et o tu,
o speciare, veni mecum praetoris ad aulam. -
Sic abeunt, frappisque suis, chiachiarisque repertis,
cuncta provat Cingar, zurat, sagramentaque brancat,

nec prius attrigat quam centum mille bosiis
solvat Zambellum propriusque retornet a casam,
et nummos quos Laena dedit sua tasca guadagnat,
et quos menchioni speciari temma pagavit.
Sed iam pro merda stomacatam cerno brigatam,
atque mihi nasum Musae tenuere stopatum.
Parcite si vestras re tanta implevimus aures,
nam magis implenda est auris quam bocca, valete.

LIBER OCTAVUS

Iam bona Zambellum riscossum carcere coniunx
Laena receptarat, straniis usata carezzis.
Quomodo? num basis? laetis num amplexibus? ut mos
coniugis est, quando palpat cativella maritum?
Absit, sed grosso poverum bastone recepit,
atque cosiduras saldavit supra zuponem.
Hanc Zambellus habet requiem post carceris usum.

Sed tribus exactis mox giornis, Laena maritum
disgrossare suum varias vult circa facendas,
ut meschina queat perdutas scodere cosas,
namque sibi Cingar borsam tettaverat omnem,
hique tapinelli cophinum sine pane catarant.
Ergo iubet prudens Zambello Laena tacono,
ut properans urbi procazzet vendere vaccam.
Haec est illa quidem vaccarum maxima, qua non
altra fuit maium toto celebrandior orbe,
de qua non modicos habuit Cipada casettos,
de qua quottidie magnum caldare pienum
lacte cavabatur, nec non urbs tota botiros,
mascherpasque suas gustabat tempore quoquo
et (sic sic patres dixere nepotibus ante)
istam appellavit Bertus Pannada Chiarinam.
Denique Zambellus virgam brancavit aguzzam,
quam, Calepine, vocas stimulum, Comina, goiolum,
et pungens vaccam dicebat: - Vallà, Chiarina. -
Inde facit vocem quam nemo scribere posset.
Sed quia mercati non impararat abaccum,
atque super steccos ignorat scribere contum,
ista pro causa praecepit Laena marito:

ut vendat vaccam, nec tolgat allora monetam,
ast in credenzam, si quis vult tradere quidquam,
quidquam in credenzam capiat, tamen omnia fiant
testibus adductis; et quisquis comprat ab illo
det bolletinum, fidei pro pignore, scriptum,
namque die sabato vult ipsa rescodere nummos.
- Sic faciam - Zambellus ait, - sta in pace fratantum. -
Mox vaccam stimulans - Zais, - inquit - zira, mamao. -
Subbiat inde, velut quum menat plaustra biolcus.
Cingar id audivit, Berta referente, quid egit?
Non stetit abadam, properat, properansque susurrat:
- Qui nimis indusiat, caldum non mangiat arostum,
et male se allogiat, qui troppum tardus arivat,
amisitque bonum tardans limaga boconem. -
Talia dum secum meditat, frezzose caminat,
et veniens urbem sperat quistare Chiarinam.
Ingreditur plenam varia de merce botegam,
quam tenet hebraeus, Sadoccum nomine dicunt,
qui circuncisus pollebat munere trino,
signatusque Deo fuerat, ne incognitus esset,
lumine sguerzus erat, pede zoppus, tergore gobbus.
Qui centum miseros usurae sfecerat arte.

Vestimentorum pendebat copia grandis:
cappae, zupones, calzae, variaeque pelandae,
zacchetti, socchae, guarnelli, sive camorae.
Cingar, deposito pegno, velut usus habetur,
sguarnazzam vestit frustam, totamque bisuntam.
Inde facit propriam sibi gialdam tradere brettam,
et vestes adeo similes giottonus adobbat,
quod circoncisum pensasset quisque Sadocchum.
Iam rivat in piazzam, baganaius creditur, ecce
vacca procul visa est Chiarina, suusque biolcus.
Protinus incipiens garletto vadere zoppo,
et claudens oculum sguerzo cum lumine dextrum,
et fingens gobbam storto gallone caminat,
de passu in passu iudaica verba susurrat.
Sbraiat Zambellus, quanto sbraiore potebat:
- O quis homo vult hanc bellam comprare vedellam? -
Cingar, ut ascoltat, vix calcat pectore risam.
Hunc tamen incontra veniens, hunc primus afrontat,
et stralunatis oculis gambisque retortis,
sic ait: - Ipse tuam comprabo, rustice, vaccam.
Quid vis? quid montat? solum pete, quaeso, doverum. -
Cui Zambellus ait: - Si vis comprare Chiarinam,

ecce tibi vendam, nostrum faciamus acordum,
nolo peraddessum pro ipsa tirare monetam,
ast in credenzam mihi da quodcunque talentat,
atque manu propria voias mihi fare bolettam,
namque die sabato veniet riscodere nummos
Laena, tibi reddens cartam pro pignore scriptam. -
Respondet Cingar: - Venias, ita nempe pagabo,
sed vaccam mena tecum, sic mattus adunca es,
qui venis et smemorans lassas deretro Chiarinam? -
- Oh - Zambellus ait, - non sum; zais, valla, camina. -
Ergo marangonis simul intravere botegam,
a quo credenzam Cingar lignaminis emit,
in qua tres pisces abscondit nomine barbos,
qui barbi tales ovos in corpore gestant,
quales si comedas ventramina tota cagabis.
Mox piat inchiostrum, multa praesente brigata,
scribit in hac forma, hebreorum more roverso:
«Zambellus, Berti Pannadae filius olim,
vendit iudaeo Sadoccho nomine vaccam,
cui dare promittit sabato veniente futuro
octo fiorinos Reni, testante Catoio,
Bergnaccaque simul, Mengo, pretoque Giarono,

in quorum ipse fidem nomen subscribo Sadocchi».
Hoc facto pigat cartam, stampatque sigillum,
credenzamque simul Zambello mittit adossum,
atque casam versus mandat, retinetque Chiarinam.
Zambellus sudat, nimium credenza pesabat.
Laetus abit, magnumque putat fecisse guadagnum.
Cingar ad hebraeum tornat, redditque pelandam,
vendit et ulterius sub forma Cingaris illi
vaccam Chiarinam, pro qua tirat octo ducatos,
nam cito maturum paritura est illa vedellum.
Non appena quidem nummos zaffaverat illos,
Zambellum nimio credenzae pondere tardum
praecedit cursu, truncans per devia stradam.
Inde urbem versus rediens, videt ecce propinquum
Zambellum contra venientem, fasce sub ipso
valde fadigantem et multo sudore bofantem.
Sed labor hic animo nihil est infestus alegro.
Cingar praeteriens non illum noscere fingit,
sed Zambellus eum cernens sub pondere restat,
et vocat: - Heus, Cingar, quo vadis? resta pochinum. -
Cingar se voltat: - Quis me vult? - inquit, - oh certe
non te cognoram, Zambelle galante, sub ipso

credenzae peso; quid nam portatur in illa? -
Ad quem Zambellus: - Robbas trafegare bisognat,
sum mercadantus, vendo, comproque facendas,
tu memorare tamen debes, sensuque tenere
quando spopondisti merdae mihi quattuor urnas. -
- Ne dubita - dixit Cingar, - promissa dabuntur.
Iam non materia quis erit te ricchior ista?
Non ego deciperem te, mi Zambelle Panada,
quae tibi promisi semel, attendenda memento.
An te piccandum modo de praesone cavassem,
si, Zambelle, tibi non esset Cingar amicus?
Sis certus, quod habes et semper habebis amicum.
Sunt haec verba tamen, potuisti cernere provam.
Sed dic, quid portas? quae mercantia trovata est? -
Ad quem Zambellus: - Pisces credenza piavit,
quos mea mangiabit, veluti mangiare talentat,
uxor quae praegna est et habet sub ventre putellum,
ad quam non ullum lasso mancare bisognum;
si non ipse darem quidquid sua voia rechiedit,
impregnata quidem se dispregnaret afattum. -
Cui Cingar: - Qualem facis, o fratelle, bonopram,
namque tuae uxori gravidae succurrere debes.

Illa cosinandi scusanda est fare laborem,
namque abortivum faceret mortumque putinum. -
Tunc per «abortivum» putat hunc dixisse «botirum»,
qua propter Zambellus ait: - Non illa botirum
plus faciet, quoniam modo vendita vacca Chiarina est,
illam Sadoccus sguerzus compravit adessum.
Ast in pace mane, mi Cingar, ad revidendum. -
Sic ait, et tandem Cipadae stancus arivat.
Sed sua quando casam iunxit, non Laena trovatur,
iverat ad gesiam se confessare, vel altrum;
et secum portans chiavem, chiavaverat ussos,
balconesque omnes, ne ladris robba pateret.
Sudat Zambellus, somam de tergore ponit,
vultque disinandos padella frizere pisces,
at nec per portam poterit nec per ve fenestram
hic intrare, caput grattat, desperat, adirat.
Sed tantum grafiat memorem sibi denique testam,
quod reperit foggiamque novam, studiumque galantum
intrandi, saliens cum scala tecta palazzi.
Ac ibi camisa brazzum smanicavit utrunque,
dabandamque ipsos coepit convertere cuppos,
ut sibi per busum tecti via larga fiatur.

En venit interea, bene confessata Copino,
Laena, videtque domum iam totam desuper omni
culmine scopertam, tegulasque, trabesque remossos,
perque casam totam penetrans guardabat Apollo.
Pro dolor! ut cernit tantam bona Laena ruinam,
- Ah manigolde - cridat, - boiazzaque, bestia matta,
cernere quem possim nunc nunc sibi rumpere collum!
Quid, poltrone, cagas? quis te diavolazzus agrezat?
O Deus, en quali sposata est Laena marito!
Cur potius non sum magno mandata diablo?
Sit maladetta dies, in qua mihi mater Agnesa
dixit: - Zambellum sumes, o Laena, maritum. -
Quid seguitas ancum? sta quetus, brutte ribalde.
Non cessas anchora domum scovertere? me me
scontentam! descende cito, descende, gaioffe. -
Zambellus magnam se sentit habere pauram,
iamque tracagnadis schenam disponit usatam.
Qui tamen in scala, dum culmine callat ab alto,
dicebat supplex: - Perdona, Laena, marito.
Fretta cosinandi pisces fare talia suasit. -
Illa sed in furia non audit verba tapini,
omnibus ut forzis scalam ruzavit in illam,

quod plus quam voluit prestum discendit, et aspram
inter saxa dedit scala ruinante culadam.
- Oyme - cridat, cridat: - oyme, Deus, perdona, sorella,
perdonanza, precor, me, sum contentus, amazza,
talia si may plus ego fecero, parce, padimma. -
Sed supra trippam saltaverat illa mariti,
quem pugnis, calcisque simul furiosa marazzat.
Huc visinanza venit, rumorem currit ad illum,
Zambellumque trovat sub calcibus esse diablae.
Non tamen est mirum, quia cosa novella niuna est,
saepe tracagnabat menchionem Laena maritum;
ut multi similes Zambello hinc inde catantur,
quos ego non homines sed grossos chiamo boazzos.
Inquirunt causam villani, Laena recontat,
sed mercantiam credenzae quando Tognazzus
ac reliqui patres illo narrante piarunt,
non sine cordoio Laenae doluere travaium,
per saviosque omnes fleta est praesura Chiarinae.
Nec tamen interea se se Zambellus atrigat,
vix se bastoni subduxerat, illico barbos
igne coquit, mangiatque ovos, atque omnia spazzat.
Quo facto ad campos vadit zappare fasolos.

At venit ad Laenam secreto tramite Cingar,
qui per diversos audivit cuncta spiones,
ingentique doia simulat lachrimando teneri,
biasmat Zambellum, quod sit tam senza governum,
nec piet hormaium longo post tempore sennum.
Laena magis lachrymans sua maxima danna recontat,
et quod credenzam tulerit pro pignore vaccae,
et quod peius erat nescit cui traditur illa.
- O mala res - inquit Cingar, - sed desine, Laena,
aut vaccam aut nummos spero quod habebis adessum.
Non tibi mancabo, me guarda, meumque segura
possa super pectus, vadam, retrovabo Chiarinam. -
Dixerat, et secum dum vecchiam meditat artem
it celer, atque trovat Zambellum rura colentem.
- O poverette - inquit, - fecisti nempe maronem.
Perdisti nummos; perdisti, matte, Chiarinam.
Non est ingegnum, non sennum, pazze, maruffe,
non est in zucca sal, dico: quando piabis
sentimentum aliquod? quando aguzaberis unquam?
Grossolane, asine, tantas tibi dicere voltas
iam sum stancus ego, qua guisa vivere debes.
Sed dic; an scires hominem cognoscere, qui te,

dando credenzam, vaccamque tenendo, gabavit? -
Cui Zambellus: - Ita, possem cognoscere vaccam,
namque habet in testa sua corna, suasque galantas
orecchias, portatque suo sub corpore tettas. -
- Non ita - Cingar ait, - dico, menchione, loquendum est
nunc ad propositum; scio quod sua corna, suasque
orecchias, tettasque suo sub corpore gestat:
sed compratorem vaccae, tibi dico, Chiarinae
noscere si posses illumque ostendere dito. -
- Hem - Zambellus ait, - non te, mi Cingar, habebam
nunc satis intesum: possem cognoscere ladrum.
Non habet in testa cornas, sed quando caminat
zoppicat, et guardans oculos stralunat, habetque
instar Tognazzi magnum sua schena botazzum,
estque suae brettae color idem ut merda putini. -
- Nunc scio, quem dicis - respondet Cingar: - eamus.
Ad corpus sancti Petri, tibi reddere vaccam
ille bisognabit, vel ego mazzabo ribaldum.
Pone cito zappam, venias, properemus ad urbem. -
Sic parlans, festinus abit, Zambellus arancat,
dumque sequit currens, mollat quandoque corezas,

barborum quoniam conturbant ova budellas,
ac si mangiasset diagredi scropula septem.
Fortius it Cingar, curritque per omne viarum
garbuium, centumque vias stradasque misurat.
Ad giudaeorum sinagogas ire volebat,
quae stant intranti portas in parte sinistra.
Se tamen in dextram voltavit aposta rizolam,
et versus divam flectit vestigia Gadam.
Mox Hospitalem transit, templumque Lonardi,
ac ibi stradiculas centum discursitat omnes,
inde Carettarum freghezzat claustra sorarum,
mox San Franciscum, mox Sanctos praeterit Omnes,
perque Bredam Medii Sanctum vult cernere Marcum,
hic quoque perdonum Cingar devote piavit.
Iam cagarella tenet Zambellum, iamque petezat,
continet apena, sed avarus spendere non vult
aut robbam gittare viam; per forza seratum
pertusum retinet, quamvis talvolta sirocco
fit via vi vento, ventumque procella secuta est.
Non restat Cingar, Sebastianica templa
visitat, et quosdam fangosas praeterit oras
quas Cantaranam vocitant, tum denique portam

Tiresiae veniunt, quam grossolana Ceresi
plaebs vocat, unde homines non passant absque boleta;
Zambellus potuit liber transire gabellam,
signatam quoniam portat deretro bolettam.
De passu in passu loffis poltronus amorbat.
Trapassant Firam, iungunt ad Smorbia tandem,
Arlotti pontem, fratres de Carmine varcant,
mox ad iudaeas stradas vestigia torquent:
ac ita sat largum Cingar compleverat orbem.
Ante Sinagogam tandem Zambellus arivat,
ac ibi non ultra tolerans ventramina sborrat,
inde levans sursum, chiamato Cingare, cridat:
- In quo vase viam merdas portabimus istas? -
Cui Cingar: - Primum videamus habere Chiarinam,
inde barilottum curae comprabimus isti.
Ecce baganaiam nos venimus intra canaiam,
tu bene per gialdas brettas guardare memento,
mira si possis ladrum retrovare Chiarinae,
namque boletini signat scriptura Sadocchum. -
Sic ait, et dicti sguerzi venit ante botegam.
- En - Zambellus ait, - mi Cingar, respicis? en hic
sguerzus adest, quo vacca fuit comprata Chiarina.

Is mihi credenzam tribuit, fecitque bolettam. -
Protinus ingreditur bravosa fronte botegam
Cingar, et a cincto traxit pugnale galono,
inde levans dextram, collum azzaffante sinistra,
cridabat: - Patarine ladro, patarine ribalde,
sic christianos pensas trapolare bonhommos?
Hic poverellus homo vaccam tibi vendidit, et tu
das huic credenzam ligni, piscesque malignos,
qui fecere sibi quasi sboronare budellas?
Vult in credenzam quidquam pro pignore vaccae,
dico in credenzam fidei; tu armaria ligni
solvis, et inganno vaccam vitulumque guadagnas?
Redde illam subito; si non, tibi taio colengum. -
Corripitur tanto iudaeus alhora timore,
quod parlare nequit, nec respondere bosiis.
Cingar nil remanet, verum magis exprobat, urtat,
smergolat et multam facit huc concurrere gentem.
Causa ricercatur litis, probat omnia falsa
Cingar pro veris, vincit facundia drittum.
Ius cedit linguae, defensa est causa diserti.
Ast ubi pochettum revocata est alma Sadocchi,
sic tandem clamat: - Quid dicas nescio certe.

Tu mihi vendisti vaccam, non iste vilanus,
florinosque Reni doros sborsavimus octo. -
- Non - Zambellus ait, - non sic, ah sguerze diabli,
te cognosco illum proprium, sic ille galonem
malfattum sic ille oculos, sic ille gobazzam.
Ecce boletinus testatur. Deque negandi
dicere non poteris, tua stat tibi caedula contra.
Imo marangonus, credenzam qui tibi fecit
ex ligno mihi testis erit, chiametur adunca. -
Cingar eum vocitat, strepitum veniebat ad illum:
- Ola, marangone, sis testis: quis fuit ille,
cui tu vendisti credenzam? nonne gaioffus
iste fuit sguerzus? dic verum; nonne ribaldus
iste fuit zoppus? dic verum; nonne diavol
iste fuit gobbus? dic verum; nonne? quid inquis? -
Marrangonus ait: - Sic est, vult forte negare?
O Deus, a guerzis, zoppis, gobbisque cavendum est. -
Respondet Cingar: - Parlasti vera, magister,
nulla fides gobbis; mancum, mihi credite, zoppis;
si sguerzus bonus est inter miracula scribam.
Ergo sinagogam iudaeus congregat omnem,
ut faciunt quando dischiavant foederis arcam.

Barbottant «_an ah ay men e hey_», faciuntque tumultum,
ut vellent sagatare ocam, chiamando Mesiam;
at potuere satis tunc brontollare gaioffi,
atque sinagogae Rabin, legisque maëstrum
consultare suum: nil circuncisa gazanis
becca iuvat, pocumque valet sua cabala sguerzo,
qui pacto scrittae, clamoreque Cingaris aspro,
testibus ac tantis, iterum sborsare bisognat
octo ducatos, aut illis reddere vaccam.
Vacca retornata est Zambello, Cingar aquistat
nescio quot grossos, sua sic meritante fadiga.
Iam Zambellus abit, vaccam menat ante Chiarinam,
quae de padella tandem cascavit in ignem.
Vix iudaeorum fuerat modo libera graffis,
ecce capuzzatis a fratribus illa vorata est.
Dic, Comina, precor, miserae dic fata Chiarinae.
Est locus arrentum Cipadae mille cavezzos,
qui, velut historiae contant, Mottella vocatur;
parvula villa casis, at largo maxima campo.
Illic semirutis ecclesia vecchia murais
officiabatur quorundam semine fratrum,

officiare solet ceu gens todesca tavernam.
Sub quali norma vivebant nescio certum,
sed (velut externo poterat lusore videri)
ille decor gesiae, frater Stopinus ad unguem
claustra reformavit, sanctis habitata capuzzis,
quorum porcinos si voiam scribere mores
sat vereor, quod pane boni, vinoque carebunt,
mancabuntque suae, laico nil dante, pitanzae.
Ille suos docuit monacos praecepta coquinae,
atque lecatoria doctores fecit in arte.
Ergo duo fratres ex his, qui sancta colebant
moenia Stopini, semper spuzzantia lardo,
nescio quo pariter frezzosis passibus ibant.
Incostumati, graduum sine lege trotantes,
frontibus alzatis guardantes omnia circum,
pessima simplicibus dantes exempla brigatis,
sfazzati, molles, chiachiarones, absque pudore,
absque intellectu, pensantes semper ad artem
sive rofiani, seu barri, sive pitocchi.
Dumque simul properant propter visitare comadres,
en sibi Zambellum cernunt occurrere, qui tunc
infortunatam guidat stimulatque Chiarinam.

Quorum, qui primus non tam fuit ordine, sed qui
doctrina superat socium, studioque cosinae,
protinus egregiam meditat fabricare magagnam.
Sic ait ad comitem: - Frater Baldracche, parumper
siste pedes, illam volo guadagnare vedellam,
quam menat ad tempus contra nos ille vilanus. -
Cui Baldraccus: - Amen, tibi sum, fra Rocche, paratus.
Carnevalis erit sat grassus, satque beatus,
hanc si nostra queat pignata absorbere vaccam. -
Illico fra Rocchus spoiat de corpore cappas,
apparetque statim fans in giuppone galantus,
quod si considres positis guarnazzibus illum,
illum plus aptum ronchae, spetoque Bolognae,
iurabis, quam ferre crucem, quam dicere messam.
Tolle viam chiericam, soldati forma videtur.
Tunc ibi Baldraccus macchia se imboscat in una,
ut simul accordant, utque una ponitur ordo.
Fra Rocchus, tanquam laicus celer obvius ibat
Zambello: - Quo vadis - ait, - villane cuchine?
Quo ve illam ducis capram? - Zambellus ad illum:
- Capram? doh cancar, vacca est non capra, quid
inquis? -

Rocchus ait: - Capra est; nimium, villane, bibisti. -
Respondet Zambellus: - Habes tu lumina vistae
sguerza magis, cui capra paret quae vacca Chiarina est.
-
Fra Rocchus bravat: - Veniat tibi cancar in occhis,
est capra, dico tibi. - Zambellus parlat: - Ochialos
pone, precor, naso, poteris comprendere follam.
Non ego cognosco nunc vaccam, non ego capram?
ista ne fert barbam ceu capra? cagat ne balottas?
Capra caret cauda, cauda huic longissima pendet,
nec be quando cridat, sed bu pronuntiat ore. -
Fra Rocchus dicit: - Capra est, nam cornua gestat,
rasisti barbam, caudamque deretro tacasti. -
- Non ego sum - Zambellus ait, - barberus, et istam
radere nescirem vaccam, sed mungere tantum. -
- Ne dicas - fra Roccus ait, - scio mungere vaccam;
dic potius: capram scio mungere. - Non ego dicam
menzognam - parlat Zambellus: - vacca Chiarina est. -
Fingit fra Rocchus coleram, blasphemat, et inquit:
- Vis giocare istam, quam dicis nomine vaccam,
contra octo scudos quod capra est? ludere vis ne? -
Cui Zambellus: - Ita volo ludere, sborsa denaros;

si mea vacca potest quod non sit vacca provari,
nec Zambellus ero, nec erit plus vacca Chiarina,
atque guadagnabis capram si capra Chiarina est. -
- Sum contentus - ait fra Rocchus: - quis tamen istam?
Ecce romitus adest; poterit decidere causam. -
Exierat boscum Baldraccus more tacagnae
vulpis, quae sbuccat propter robbare galinas,
itque urbem versus multa gravitate, paretque
sanctificetur, habens sportam gallone tacatam.
Quum fuit appressum socio, chiamatur ab illo:
- Heus, pater, huc ad nos vestras ne spernite gambas
flectere, si charitas inamorat sancta romitos;
hic date iudicium (lis est non poca) gaiardum.
Iste ostinatur, velut est usanza vilani,
quod capra non illa est, quam menat, et esse vedellam
aut vaccam giurat; quid ait Reverentia Vestra? -
Respondet Baldraccus: - Abest dubitatio quaeque,
quod sit capra, etiamque istud tibi diceret orbus.
Tu, poverelle, capram praesumis dicere vaccam?
Vade, quod es mattus; lusisti forte coëllum? -
- Lusimus - ille refert - octo auros contra vedellam. -

Ad quem Baldraccus: - Persa est, me iudice, capra. -
Tunc ibi Zambellus chara stetit absque Chiarina,
quam secum fratres ducunt ad claustra Motellae.
Interea Cingar solettus ab urbe venibat,
Zambellum retrovans plangentem more citelli.
- Quid, Zambelle, facis? quid fles? ubi vacca Chiarina?
-
Ad quem respondet magno tutavia cridore:
- O quia sum mortus, sum mortus, mortus afattum,
uxor amazabit mea me nunc Laena tapinum. -
Cingar tunc risit dicens: - Ubi vacca relicta est? -
- Est morbus - Zambellus ait, - qui nunc tibi manget
de facie nasum; non est plus vacca Chiarina.
Tu mihi fecisti pro vacca reddere capram. -
Respondet Cingar: - Quis ait quod capra Chiarina est? -
Zambellus parlat: - Sic frater dixit adessum.
Ille scapuzzinum portat, tergoque gaioffam,
atque paternostros grosso lignamine factos.
Cui becchi barba est, cui cingit soga fiancos,
fertque breviarium dextra, sportamque sinistra.
Ille meam vaccam, vaccam non esse provavit,
chiamavitque capram, quia capram reddidit ille,

ille inquam sguerzus, nobis, tenuitque vedellam.
Capra Chiarina datur, sed vacca Chiarina levatur.
Perdidimus vaccam primo, capramque secundo,
esque meae magnae tu solus causa ruinae. -
- O ergo - Cingar ait, - credis, poverelle, capuzzo?
Donastique fidem fratri, qui, si malus extat,
non scelus in mundo quod non committat? Eamus,
me cancar mangiet, faciam tibi rendere vaccam. -
Tunc quia promptus erat, fratazzos iudicat esse
illos qui renegant tonsuram mille fiatas.
- Unde diavol - ait, - tanti venere capuzzi?
Non nisi per mundum video portare capuzzos.
Quisque volat fieri frater, vult quisque capuzzum.
Postquam giocarunt nummos, borsamque vodarunt,
postquam pane caret cophinus, vinoque barillus,
in fratres properant, datur his extemplo capuzzus.
Undique sunt isti fratres, istique capuzzi:
qui sint nescimus, discernere nemo valebit
tantas vestarum foggias, tantos ve colores.
Sunt pars turchini, pars nigri, parsque morelli,
pars bianchi, ruffi, pars grisi, parsque bretini.
Ipsorum tanta est passim variatio fratrum,

quod male discerno quis Christi, quis Macometti.
Quantae stat coelo stellae, foiamina sylvis,
tantae sunt normae fratrum, tantique capuzzi.
Si per iter vado terrarum, cerno capuzzos.
Si per iter pelagi, non mancum cerno capuzzos.
Guardo per armatos campos, ibi cerno capuzzos.
Sive forum subeo, seu barcam, sive tavernam,
protinus ante oculos aliquem mihi cerno capuzzum.
Nil nisi per stradas video trottare capuzzos.
Nonne satis bastat sapientis regula Christi?
Horum fratorum cumulatio tanta fiebit,
quod sine soldatis christianica terra manebit,
non erit aequoreis qui remum ducat in undis,
non qui martellet ferrum, qui tecta covertet,
non qui per terras cridet: - Oh spazza caminum, -
non qui scarparum tiret cum dente coramum,
non qui substigans asinum pronuntiet ari,
non qui ventrazzos ad flumina portet onustos,
non qui verghezet lanam, gucchietque berettas,
non qui bagnificet barbas molletque rasoros,
non qui formentum masinet, robbetque farinam,
non qui porcellos castret, conzetque lavezos,

non qui sit sguatarus, sitque ostus, sitque fachinus.
Hoc genus est hominum, qui quando in claustra serantur,
quando lavorandi sibi tota fatica levatur,
buttatisque viam strazzis nova cappa covertat,
quando parecchiatam possunt invadere mensam,
ac implere uteri saccum de pane bufetto,
o patria o mores, nihil est poltronius orbi
talibus unde venit cunctorum fezza malorum;
unde bonae gentes, personaeque unde galantae,
sanguine nassutae claro, lettrisque pienae,
tot tolerant scornos, tot afannos, totque malhoras,
ut sit earundem reverentia nulla capuzzis,
ut sint nunc monachi, fratresque, bonique romiti
facti pro culpa poltronum fabula mundi. -
Talia collerico dum Cingar dente biassat,
prae Iacopinus adest, quondam capelanus Arenae,
in qua docta suas vaccas Verona governat.
Hic bene vivendi nec foggiam scire, nec artem
se se vantabat, nec non mostrabat efettum.
Praetus erat gesiae, quam dicas esse tavernam,
si muros videas tum dentrum tumque deforam,

pluribus inscriptos zifaris, straniisque figuris,
ut paries albus stultorum carta rechiedit.
Intus olent pissoque canum, loffisque donarum
omnia, nec mancant lombardae ad limina quaiae.
Nescio quis tandem codegonus vescovus unquam
ordinarat eum, permittens dicere messam.
Inter virtutes alias, quas noster habebat
prae Iacopinus, erat castrono doctior omni.
Hic andando scholam multos passaverat annos,
quod nunquam poterat marzam comprendere letram,
unde bisognavit sub hac arte docere maruffum,
ut tandem posset studiis andare Bolognae.
Littera, quae prior alphabeti ponitur, est «A».
Haec sibi letrarum tanquam capitania primum
insegnata fuit iusta sub imagine squadri,
seu dicas sestum, seu circinus ille vocatur,
quo marangonus, quo strollogus, atque philosef
tirat per tundum, per drittum, perque traversum
diversas rigas, quibus omnis forma creatur.
Hanc primam movit Iacopini vista figuram,
dicere sed nondum Iacopini lingua sciebat,
unde habuit asinum pro praeceptore galantum

namque asinus quando cantat pronuntiat «a a».
Littera «B» sequitur, greghis nescita pedantis,
quae similat bogas illas, quas carcere latro
atque ammazzator portat, gentesque ribaldae.
Hanc subito didicit, nulloque labore piavit,
nam stetit in ferris dudum, sforzando puellam,
quod si mal aptus erat lettram formare cotalam,
mandabatur ei castronis fingere vocem,
vox quia per pegoras resonat castronica «b b».
«C» venit a manico secchiae, manico ve lavezzi,
quam pretus explicuit, porcos pascendo, Copinus;
nam, velut insegnant gentilia verba Cipadae,
clamat homo quum vult porcellos pascere «c c».
«D» fuit aprensu facilis, minimaeque fadighae.
Blastemare Deum gaioffus habebat in usu,
sed nondimenum fuit altera foggia docendi,
quum campanarum fit martellatio «din don».
«E» sedet in sedia quinta; fert armiger arcum,
fert arcum caricum corda retinente saettam.
Hinc Iacopinus opem tulerat cognoscere letram.
Mox chiericus factus, novit proferre, canendo
kyrie, namque chorus chiericorum smergolat «e e».

«F» timuit semper, quia prima est littera forchae,
quam tantas meruit voltas ascendere, quantas
sfalsavit sub monte cavo cum Cingare grossos.
«G» quia balbus erat non imparavit, et inde
«loria in excelsis» non «Gloria» dire solebat.
«H» sprevit, dicens: - H Doctrinale probante
versificatores reputant non esse coellum. -
«I» velut errectum stat campanile Samarchi,
cui sedet in testa soliti de more cimeri
angelus, a vario qui volgitur undique vento;
hac etenim coepit Iacopinus imagine sensum
at non accentum, qua propter voce cavalli,
voceque polledri cantabat presbiter «i i».
«K» nihil est, dixit, cui ga non illico iungas,
et quod de retro melius quam ante canatur.
«L» gerit in spalla ferrum, quo prata segantur,
et quo magra solet mors pingi supra muraias.
Sed tulit altorium linguae pronuntia pivae,
quae vocat ad ballum villanos carmine «lu lu».
«M» pedagogus ei patefecerat arte galanta,
dismanicans forcam quam rascum Mantua chiamat,
cui triplex dens est, aptus manegiare ledamum.

«N» forchae forma est, triplici coniuncta travello,
quae studium docti conclusit prae Iacopini,
nam ternos inter lignos fuit ille picatus,
causam soghetti tulit «O» quae littera tunda
semper erat curae manigoldo quippe Copino.
Praeterea missas foggiam dicebat ad unam
continuo, nec signa crucis formare sciebat.
Inter Confiteor parvum discrimen et Amen
semper erat, iam iam meditans adiungere finem.
Incipiebat enim, nec adhuc «In nomine patris»,
quod tribus in saltis veniebat ad «Ite misestum».
Si medio missae faciebat forte memento,
semper arostitam raptus meditabat ad ocham,
anxius et dubitans ne trovet gatta cadinum.
Saepe duas missas giorno celebrabat in uno,
dum tamen offertam posset robbare vilanis.
Argenti calices atque auri vendidit omnes,
inque vedellinos rognones borsa vodata est.
Non corporales centum renovasset in annis,
purificatorios mancum, mancumque tovaias,
quae mangiabantur soricis, quae semper habebant
centum de vino macchias, centumque recammos.

Albior est illis quaecumque tovaia tavernae,
albior est descus ubi zurma tedesca merendat,
exercetque suum trincher, brindesque frequentat.
Confessabat enim, per tresque, quatrosque baioccos
sassinos, ladros, culpaque levabat ab omni.
Massaram nunquam voluit conducere vecchiam,
dicens: quod foedant bava stillante menestram,
sordinamque sonant vetulae, mollantque corezas.
At super altuttum iuvenis massara placebat,
de cuius zetto stampaverat octo putellos,
nam de clericulis dicebat habere bisognum,
qui secum «kirie» cantent, «oraque pro nobis».
Viderat hunc Cingar, vocat: - Ola, praete Copine,
quo festinanter Prudentia Vostra caminat? -
Respondet: - Vado Mottellam, namque vocarunt
me patres santi secum coenare staseram. -
Cingar ait: - Quid habent ad coenam? - Praetus ad illum:
- Decretum est totam cum pelle absumere vaccam. -
Illico Zambellus cridat: - Doh cancar, an esset,
o Cingar, Chiarina unquam? - Cui Cingar: - Adessum
ibimus et vaccam, si capra est facta, sciemus;

nam si vacca quidem fuerit velut ante Chiarina,
nil dubium Zambellus eris, sed quando Chiarina
capra sit alter eris, nec non erit altera vacca. -
Ad quem Zambellus: - Quis ero, si capra Chiarina est? -
Cui Cingar: - Quis eris? vel bos, vel forte somarus. -
Quo dicto arrivant ad sanctae claustra badiae,
nec bisognus erat chiavatam battere portam,
intrandi quoniam cunctis est ampla facultas.
Itque reditque frequens nunc mas, nunc femina, nec se
illa bonis sociis chiavat sed sorbet ognunum.
Ingreditur Cingar, Zambellus, praeque Copinus,
nec fuit unus ibi qui diceret: - Olla, quo itis? -
Hic immunditiis, hic strazzis tota coperta
claustra videbantur, passim redolentia stronzis,
atque suos ragni lenzolos undique tendunt.
Non ibi sobrietas, ibi nulla silentia, nulla
disciplina datur, sed vita est congrua porcis.
Sed tamen est melius Zambelli dicere vaccam,
quam mottelicolae totam cum pelle vorabant.
Cingar eos retrovat quodam cantone latentes,
circaque rostitam vaccam facto agmine stabant.
Mangiant Chiarinam vinti vel trenta capuzzi,

alter spallazzum, ferit alter dente groponem,
vult alius polpas, alius vult rodere pectus,
unus de testa cavat occhios, unus ab osso
dente prius carnem speluccat, et inde smiollat.
Vidisti maium circa brottalia porcos,
quam sint ingordi lordam sorbere menestram?
Sic illos retrovat Cingar mangiare Chiarinam,
qui subito ad coenam fuit invitatus ab illis,
ac tenet invitum morsuque tirare comenzat.
Zambello schincam dat, poca carne dobatam,
quam piat et giurat nunquam gustasse miorem.
Nemo parlat ibi, sentitur fractio tantum
ossorum, nec non sofiatio supra panadam,
namque ingens ibi plena bulit caldara busecchis.
Chioccant labra simul grasso stillantia brodo.
Festinanter edunt; quia sic scriptura comandat.
Iam caret infelix gambis humerisque Chiarina,
interiora patent, grandisque corazza videtur.
Quanto plus comedunt, tanto plus illa nientum
efficitur, pariterque fames et vacca recedunt.
Prae Iacopinus olet grasso, lardoque colanti,
non vult ossa, vorat pingues tantummodo polpas;

saepe scudellarum sorbens brottamina, lappat
more canis, laxatque graves de pectore rottos.
Centuram mollat, ventronis panza tiratur,
iamque sonare potest tamburrum valde tumentem.
Dente nihil toccat, sed aperto gutture carnes
devorat, atque facit grossos sine fine bocones.
Fra Rocchus sedet hic, frater Baldraccus et Antoch,
frater Gelminus, frater Marmotta, Schirattus,
frater Pagnoccher, frater Scapocchia, Tafellus,
frater Agathonus, frater Scappinus, Arolfus,
fra Bisbacchus, Enoch, Rigus, Bragarotta, Caponus.
Hi sunt autores qui dant praecepta coquinae,
hique lecardiae multos fecere magistros.
Est Deus his venter, broda Lex, Scriptura botazzus.
Iamque polita nimis sub descum membra cadebant,
nulla est ulterius vaccarum forma Chiarinae,
ossa iacent, quae intacta canes gattaeque relinquunt.
Iamque comenzarant pingues leccare taeros,
non aliter fratres sua vasa lavare solebant.
Frigore zelatum lardum pars grafiat ungis,
pars manicis tunicae fregat, nettatque scudellas.
Post epulas tandem consurgunt ludere cartis,

post cartas scrimmant, post scrimmas saepe merendant.
Sic ducit vitam gens haec devota beatam.
Bertezant illos, qui celso in pulpite braiant,
qui soterant mortos, ieiunant, seque flagellant,
vadunt excalci, studiant et mille fusaras
scribunt in libris pro Scotto, contraque Scottum.
Vesper erat, vult hinc Cingar discedere praestum,
qui stans ad tavolam multum caricaverat orzam.
Zambellus piat hunc retro, cui parlat orecchia,
supplicat ut vivam faciat sibi rendere vaccam,
cui fratrem ladrum digito monstrante palesat.
Tunc Cingar ridendo facit sibi tradere saccum,
quem de sub mensa raccoltis ossibus implet,
imponensque humero Zambelli dixit: - Eamus,
namque hoc in sacco portas, Zambelle, Chiarinam.
Hanc sub terreno, venias, soterabimus ambo,
quam post tres giornos faciam tibi surgere vivam. -
Sic ait, et vale dicens compagnonibus illis
ante caminabat, sequitur sub pondere sacchi
Zambellus, donec veniunt ubi fossa Cipadae
ranis plena cridat, strepitumque ad sydera mandat.
Illic relliquias sanctae posuere Chiarinae,

quae fuit a magno cantari digna Cocaio.
Illuc venerunt satyri, driadesque putellae,
planxeruntque simul squarzato crine Chiarinam.
Serraphusque pater veniens haec carmina fixit
arboreo trunco summaque in fronte sepulchri:
«Vendita quod fuerim bis falsi Cingaris astu,
quodque mea fratres sfratatos carne cibarim,
non multum stimo; tantum res una recressit:
quod sub mattazzo vixi meschina governo.
Sic vos mortales stulto sub praeside ducti,
plangite plus tostum quam dulcem perdere vitam.»

LIBER NONUS

Festa dies aderat sancti Brancatis, et Umbri,
quos, Buffalmacco Neloque rogantibus, olim
hic canonizarat Beltrazzus, papa Cipadae.
Iamque ad carrobium properant ballare vilani.

Non est qui tangat zappam, qui ficchet aratrum,
imo suae cupiens se quisque placere morosae,
discossansque caput paleis, se totus adornat,
pectinat, et blanco frontem bindamine stringit.
Calzas ingambant, seu chiusas sive brasolas,
quae sparagnatae possunt durare mil'annos.
Maiores villae iuvenes, quos multa superbos
robba facit multique levat grassezza ricolti,
sunt qui festivis possunt gestare diebus
bragatas calzas, quas claudunt undique stringhis,
subtilemque valent intro ficcare camisam,
quam sua con propriis manibus signora cosivit.
Sed prius ad messam chiamat campana canendam,
prae Iacopinus eam se se cantare parecchiat.
Cingar castronis canaruzzum sanguine plenum,
dico gulam castronis habens de sanguine plenam,
hanc collo Bertae mira ligat arte, copritque
drappibus et pannis, velut est usanza, bianchis,
quod tu iurasses ibi nullam stare magagnam,
concordantque suas quid voiant fare parolas.
Inde Iacopinus, chiamatis undique praetis,
coeperat in gorga messam cantare stupendam;

subseguitant alii, magnisque cridoribus instant.
Protinus Introitum spazzant talqualiter omnem,
ad Chyrios veniunt, quos miro dicere sentis
cum contrapunto, veluti si cantor adesset
master Adrianus, Constantius atque Iachettus.
Hic per dolcezzam, scollabant corda vilanis,
quando de quintis terzisque calabat in unam
musicus octavam noster Iacopinus, et ipsas
providus octavas longa cum voce tirabat.
Gloria in excelsis passat, iam Credo propinquat,
quod, si Iosquinus cantorum splendor adesset,
imparasset enim melius componere messas.
Iamque parecchiatur largo ballare sub ulmo,
nam tribus in saltis balzarat Sanctus in Agnus.
Sed non ad finem missae descenditur ancum,
ecce sonare pivam sentit Iacopinus ab ulmo,
illico frettosis rammescolat omnia verbis,
de gesiaque statim saltant infrotta vilani,
ac si tota foco vamparet cubba capellae.
Stringati iuvenes properant, pictaeque vilanae
cum bambasinis socchis scufiisque galantis.
Bli lirum resonat variis sordina balettis,

incipitur lassare Deum, servire diablo.
Non stupeas, lector, si post celebramina missae
non videas tornare casam desinare vilanos,
namque sacrilegium pensant committere grandem
si vacuis credant ad missas ire budellis.
Non stetit indarnum Iacopinus et altra pritorum
turba: cavant camisos, cottas, pluvialia prestum;
ad tavolam primum celerant, apponitur ocha,
lonzaque porcelli grassi, septemque galinae.
Omnia consumunt, canibus vix ossa relinquunt,
nam Testamenti vecchi praecepta recordant:
quod rostum non vult avanzet usque domanum.
Ergo ubi mangiarunt ocham reliquasque vivandas,
sub tavolaque illic ossamina multa butarunt,
surgunt plus cocti quam crudi urgente bocalo,
ad salicesque ruunt, quo chiamat piva brigatam.
Prae Iacopinus habet quantos offerta quatrinos
contulerat, faciens gentem basare manipol,
hos donat pivae, mandatque sonare pavanam;
inde pians bellam, quae dicta est Pasqua, fiozzam,
ballat, vixque valet pleno cum ventre moveri.
Cingar adest, ridetque preto danzante Copino.

Villanus quidam, sub cauda morsus ab ostro,
se viat ad Bertam, si vult ballare domandat.
Cingar id advertens cignat de more tacagni;
Berta, prius quae scit quod Cingar fare volebat,
annuit et porgens levam saltare comenzat.
Cingar item claudens oculum scaltritus avisat
Bertam, quae faciat sicut fuit ordo tralorum.
Incipit illa manum leviter striccare gazano,
ut facitur quando tentatur pegnus amoris:
pastor at ille bonus pede zonto in retia saltat,
sentit alegrezzam talem discurrere, quod non
in zerlam mellis tunc vellet habere culamen.
Berta iterum digitis sonat organa saepe premendo,
dumque frequens striccat, suspiria dupla sequntur,
ille fidem praestat fraudi, striccusque restriccat,
et menchionazzus credit bonamenter amari.
Ambo se alquantum retirarunt extra brigatam,
quinque parolettas sumissa voce ragionant,
sed post quinque octo, post octo trenta, quaranta,
postque quaranta piat grandis baldanza vilanum,
hanc tirat, illa sequit quocumque menatur ab ipso,
qui versus gesiam properat, speratque marassus

vel cantone aliquo, vel post altare, vel ipso
in campanilo factum godere botinum.
Protinus ognuno Cingar guardante caminat,
cortellumque cavat nudum, gens undique currit;
quid sit hoc ignorat, quae lis, quae questio; tandem
cosa scoperta fuit, nam Bertam Cingar arivat,
quae digito monstrata fuit seguitare vilanum,
ut seguitare solet vilis putanella bravazzum.
Cingar eam brancat per trezzas, clamat et urtat:
- Ah manigolda - inquit, - sic sic, porca putana,
servantur gesiae statuta, fidesque marito? -
Quo dicto gladium taiantem more rasoris
vibrat, et, ad guisam seu boiae sive becari,
scannat castronis canaruzzum sanguine plenum,
et proprium Bertae collum scannasse videtur.
Illa cadit terrae, faciens gatamorta, movetque
se se tota, velut si vita recedat ab ossis,
statque quasi moriens, pedibusque flagellat arenam,
atque oculos sberlans iam mortua tota videtur.
Tunc cito postpositis concurrit turba puellis,
arma piant, raptimque levant ad sydera voces;
Cingar erat iam iam zurma assaltatus ab illa,

sed largum fossum balzaverat ultra legerus,
frezzosusque volans, stanzam se cazzat in unam,
scagaitam simulans, fingensque timere vilanos.
Tunc ambis se se manibus dum rampat in altum,
en super apparet, currens per culmina tecti,
seque tirat, scutumque facit, post terga camini,
ne possit laedi seu schioppis sive balestris.
Hic ubi se ascondit, testam de margine muri
porrigit alquantum, trepida sic voce locutus:
- O bon compagni, quare me occidere vultis? -
Respondent: - Quoniam non lassas vivere quemquam,
resque cipadenses confundis ladro ribaldus,
quottidie facis hoc, facis illoc, semper abarras,
et pensas quod nostra voiat respublica tantos
supportare malos, tot dannos, totque ruinas?
Non facimus contum, si Bertae colla segasti,
sic vadant quantae similes retrovantur in orbe;
sed facimus stimam te nunc sotosora butasse
sancti Brancatis festam, qui nostra governat
moenia, concilium, Patres, santumque senatum. -
Cingar item parlat, faciens Madalena crosettis:
- Si tamen omne malum mihi perdonare voiatis,

giuretisque simul me non offendere quidquam,
Bertam guarribo, faciamque resurgere vivam;
quod si non fiet, mihi tunc streppate coradam,
atque meam canibus mangiandam tradite milzam. -
Illi admirantes se se guardare comenzant,
valde stupent quod vir tam tristus, tamque cativus
se se promittat vivum tornare cadaver,
unde volunt penitus miracol cernere tantum.
Ergo dedere fidem, qua non infidior altra;
seu sint villani padoani sive Romagnae,
nulla fides pravis est prorsus habenda vilanis.
Cingar eis credit, vel fingit credere ladris,
cum manibus pedibusque casa se callat ab illa,
inde petit gesiam, promiscua turba sequebat,
namque novas guardare cosas populazzus agognat.
Vadit ubi fallax oculis nunc Berta stravoltis
cascarat, dederatque suae signalia mortis,
sed praetus Iacopinus eam portaverat inde,
qui bene cognorat scaltritam Cingaris artem,
unde secundando fraudi menat optime barcam.
Sustulerat Bertam, quae se se lassat abire,
ut solet exanimum corpus, cui brachia, gambae,

testaque se snodant hinc inde, ut piva todesca.
Ponitur in medio, velut est usanza, sagrato,
nec Iacopinus ei quemquam sinit ire propinquum,
ne respirantem videant trantemque fiatum.
Saepe dat incensum, nec non cum spergole sanctam
spargit aquam, Lazarumque canit, campana sonatur,
fossa fit, accurrit muliebris zurma, cridando,
pro quarum, quorum cridis schiappantur orecchiae.
Iamque propinquabat cum dicitur: «In paradisum».
post quam antiphonam Berta est soteranda tereno,
quum procul ecce venit Cingar, veniensque cridabat:
- Prae Iacopine pater, cesset Reverentia Vestra,
spero quod indarnum mortis incensa dedistis. -
Sic ait, atque intrans gesiam, seguitante brigata,
pergit ad altarum, quo se devote ginocchiat,
sublimesque levans oculos oravit un'horam.
Inde redrizzatus multa gravitate sagratum
ad Bertam repetit, quam spondet reddere vivam.
Huc tandem arrivans, gladium tirat extra guainam,
dico illum gladium proprium quo guttura Bertae
parebat scannasse modo, vitamque cavasse.
Paulisper coelo madidos alzavit ocellos,

hasque comenzavit pietosa voce pregheras:
- O cortelle meus, toto mihi charior orbe,
quem non sufficerent cuncti comprare tesori,
qui quoque mostrasti tot iam miracula mundo,
te rogo per sancti virtutem Bartholomei,
cuius es ancoram sacro de sanguine rossus,
quando Roversani pellem brigata cavavit,
si tibi quottidie genuflexus dico coronam,
si tibi dominicis semper ieiuno diebus,
si te de canibus robbavi denique turchis,
oro, precor supplex, et cunctis obsecro votis,
sicut Berta tuo de vulnere lapsa morivit,
sic virtute tui meriti nunc viva resurgat. -
Sic dicens, bis terque crucis signacula format,
nescio quos psalmos tacita cum voce susurrans.
Tunc citius dicto simulatrix morta movetur,
in motuque ipso voces ter mille cridarunt.
Mox alzans oculos, veluti res matta parebat,
quo factu multam fecit scampare brigatam.
In pede tunc saltat, dicens: - Cur me, oyme, scanasti,
Cingar? - Cui Cingar: - Facis an sic cornua Baldo?
- Parcite - Berta inquit, - tenerino parcite sexo;

foemina de maschio facta est, vult foemina maschium.
Ponite vos nobis, si scitis ponere, guardam:
foemina, quae proprio facta est lontana marito,
absque viro non vult per guisam stare verunam.
Sin stat, miracolum super omnes dicite grandem. -
Tunc villanorum squadratim calca ruebat,
clamantes coelo, schiappantes aethera cridis:
- O o miracolum, o o miracula magna!
Inter cortellos non est cortellior isto!
Nunquam credidimus te te, sanctissime Cingar,
sic sic devotum, sic talem habere tesorum. -
Tunc Cingar brancat Bertam, gesiamque subintrat,
ac super altarum mira gravitudine montat,
et meritum gladii prologo sic praedicat alto:
- Cernite cortellum, gens o devota, beatum;
cernite cortellum, cum quo mala rocca Romagnae,
rocca Roversani, villanis plena cativis,
cruda roversavit iam pellem more videlli,
moreque capretti de spallis Bartholomei.
Hic est cortellus felix, hic ille tesorus,
cui similem nec habet, nec habebit gesa Samarchi.
Hic est, qui vestras poterit saldare feritas,

hic est, qui scampat brutta de peste malatos,
hic est, qui vivos et mortos suscitat omnes.
Nonne peradessum vidistis surgere Bertam?
sic alios poterit mortos drizzare gaiardos.
Currite, quid pigrae statis? iam currite gentes,
hunc basare sacrum cortellum; currite, dico. -
Protinus illa ruens multo sbraiore lovagna,
assimilatur enim quando ad brottalia porci
currunt, et retinent mostazzum semper in albi.
Illi cortellum properant basare bricones,
quem porgens Cingar, velut est usanza pritorum
porgere manipulum vulgo dum lassat ofertam,
dicit «Pax tecum», garbo tam saepe galanto,
quam saepe innumeros sentit cantare quatrinos,
namque bacinellam Iacopinus porgit ofertae.
Quin etiam scufiam de testa Berta levarat,
in quam villani frettabant mittere soldos.
Durarat grossam iam praedica Cingaris horam,
quem cuncti fratrem pensassent esse Robertum:
allegabat enim Sextum, Decretale, Decretum,
Angelicam, Glosam, Bibiam, Sanctumque Tomasum.
Non fuit in fratrum studiis bacalarius unquam,

atque catedrantus, scotistaque doctior alter.
Totas utrorum voltat sotosora baianas,
argumenta facit, negat hinc, probat inde medemum.
Tum metuens ne quis veniens huc mente cativus
detegat hanc fraudem populo, faciatque palesam,
providus ascondit gladium, descendit ab ara,
inversusque casam propriam gravis aere caminat,
quem quoque nil parlans omnino Berta sequebat.
Cingare partito, Iacopinus congregat omnes
campanae ad don don populos, gentesque Cipadae.
Hic parlamentum saviorum grande tramatur
sentenzaeque altae dignaeque Catonibus octo.
Octo namque illic fuerant insemma dunati:
Bertazzus, Menghus, Gobbus, Cagnana, Gurassus,
ipse Zanardonus, Garapinus, Slanzafoiada.
Longa super santo gladio parlatio fitur,
utrum procurent Patres populique Cipadae
illum communi spesa comprare, tenendum,
atque governandum sancti Brancatis in arca,
cui possint homines sua reddere vota pregheris.
Tandem comprandi gladium conclusio facta est,
ipsaque cura datur Gobbo, Slanzaque foiadae.

Istud conseium Zambelli venit ad aures,
carpitur invidia subito, vult solus honorem
vult famam solus, gladii vult utile solus.
Pensat Chiarinam iam vivam posse levari,
vixque sibi credit vidisse resurgere Bertam.
Se venturosum putat omnibus esse futurum,
si concessa sibi tanti sit gloria cultri.
Inter se parlat, cerebrum sedazzat et inquit:
- O si cortellum voiat mihi vendere Cingar,
nonne facilmenter poterit mea vacca resurgi?
Nonne meam Laenam dabitur mazzare tot illas
voltas, quot me me chioccat corozata tracagmo,
indeque mazzatam vitae tornare priori?
O quantum faciam, gladii virtute, guadagnum!
Cingar acquistavit nunc plus de mille quatrinis.
Nonne dabunt homines totque ovos, totque polastros,
quod doventabo ricchissimus ante trigornos? -
Dixerat, et praestus veniens ubi Cingar aloggiat,
hunc tirat in partem, verbum dicturus orecchiae,
ne sua sbaiaffi scoltent secreta vilani.
Sic ve retiratus parlat: - Mi Cingar, amas me? -
Cui Cingar: - Plus quam mestessum, saepe provasti. -

Parlat Zambellus: - Cortellum vendere vis ne?
- Nolo - Cingar ait; - parcas, Zambelle, neganti.
Hoc nimis importat mundo medioque Milano. -
- Deh - Zambellus ait, - charum contenta sodalem.
Quid contentandum nisi contentamus amigos?
Hoc mihi servitium facias, tu deinde comanda,
nam, giandussa mihi veniat in culmine nasi,
ni pro te posthac paradisos mille refudem.
Vende mihi gladium, quod vis dabo, posce, domanda. -
Tunc Cingar traxit suspirum pectore magnum.
Principio nullam parlat meditando parolam.
Mox inquit: - Tantis cedo, fratelle, pregheris:
dura mihi cosa est, et amara, vendere zoiam,
vendere delitias mundi, coelique tesorum.
Verum quid faciam? quo me gallone revoltem,
si, qui solus habet de giorno et nocte valorem
atque facultatem mihi commandare, domandat?
Tu nimis importas nostris, Zambelle, facendis.
Multiplicare tamen non est hic hora parolas,
cortellus tuus est, tua sunt mea quaeque, comanda.
Vade, trova praetum Iacopinum, catta Briossum,
ipsi disfaciant, faciant, dicantque, redicant.

Id sit vangelium, quod vos insemma faritis. -
Saltat alegrettus nunc huc Zambellus et illuc,
it retrovare praetum Iacopinum, moxque Briossum.
Presto fit accordum secreta in parte, probatum
per primos villae doctores atque saputos;
maxime per savium datur haec sententia Gobbum:
«Sit notum cunctis populis, patribusque Cipadae:
Cingar cortellum nunc sancti Bartholomei
vendit Zambello sborsanti trenta ducatos,
hoc tamen accordo: quoties Cipada pagabit
dictos denarios Zambello, iure tenetur
reddere cortellum Zambellus, perque nientum
tantae relliquiae pretium neget ille Cipadae,
cui decet in gesia bellam fabricare capellam,
cui decet ac olei semper brusare lucernam,
pinganturque super muros miracula rerum
quantarum fecit, faciet, facturus et ille est.»
Zambellus subito pensat retrovare dinaros;
quotquot habet, propriamque casam, propriumque terenum,
strazzas et Laenam vult vendere, seque medemum.
Nec sibi mancavit comprator: cuncta balordus

vendit, Brunello partim, partimque Lafranco,
compravit Schiavina casam tantummodo, restum
pagat Brunellus, pagat quoque borsa Lafranchi.
Venduntur zappae, venduntur aratra, badili,
galli, gallinae, vanghae cum mille zavattis.
Perque novem soldos, nullo accorgente vilano,
Laena est in pegno Iacopino tradita praeto.
Unde radunatis altandem trenta ducatis,
sborsat eos, Cingarque tirat, sanctumque ginocchians
cortellum tradit, chartam faciente Briosso.
Iste Briossus erat nodarius, arte robandi
praticus et natus pro scortegare vilanos;
semper habebat enim vel tres apposta vel octo
in borsam testes falsos de iure brusandos.
Si tantas illi dextras natura dedisset,
quantos iudaeos baganaios Mantua pascit,
aut quantos piccat ladros Romagna quotannis,
omnes taiassent nostro de iure Briosso,
namque instrumentos tot falsos ille notarat
quot ficus seccos totum dat Marca per orbem.
Zambellus subito gladium brancarat alegrus,
ut cito brancat aquam frescam quicumque febrescit,

utque solet panis toccum zaffare famatus,
at miser inveniet magnam piliasse saiottam,
seque manus plenas retrovabit habere tavanis.
Ut fuit in stanza, gladii vult cernere provas:
Laenae prima datur, dabiturque secunda Chiarinae.
Laenam improvisus, multa praesente brigata,
chiappat et in medio cortellum pectore ficcat,
corpore de cuius scampavit vita daverum.
Tunc dixit: - Cortelle meus, deh, suscita Laenam,
te rogo per sancti virtutem Bartholomei. -
Talia sed muro poterat tunc dicere verba.
Non respondet ei, toto quia corpore morta est.
Pergit Zambellus, cortellum basat, et inquit:
- Mi cortelle, precor, cur non mea Laena resurgit?
ut modo fecisti poltronam surgere Bertam?
Omnia buttavi pro te comprare, quid ergo,
quid codesella facis? sic me, cortelle, gababis? -
Sed nec de venis, nec polsis mortua battit.
Tunc villanorum diverso murmure stolus
contrahitur, faciturque frequens cantone senatus.
Consul erat Gobbus, quo non astutior alter,
frater zuratus semper fuit ipse Tognazzo;

fecissetque nihil maium sine mente Tognazzi.
Ipse cipadanos pro rostris congregat omnes,
et positis scannis sederunt ante Tognazzum.
Tota Cipada ruit, magno clamante senatu.
Mox nutu Gobbi boccas tenuere seratas.
Tognazzus grandem ramparat supra tinazzum,
atque comenzavit sic sic aperire ganassas:
- Est verum quod nos hic, o brigata, dunamur,
ut vobis totam faciamus noscere causam.
Nos sumus hic magnae pillastri quinque Cipadae:
Bertazzus, Mengus, Gobbus, Cagnana, Tognazzus,
et qui disponunt dictum servare Catonis:
«Pugna pro patria, si tu vis vivere sanus».
Non huc venerunt foemnae, non huc ve putelli,
de quibus ad sbaccum casamenta piena tenemus.
Illos consilii nostis minus esse capaces.
Vos homines estis longo pro tempore maschi,
vos defensores, vos targa et spada Cipadae.
Mantua quid, quaeso, nostra valet absque Cipada?
En ego sum praesens, proprio non manco dovero.
Ore dabo vobis conseium, rebus aiuttum,
proque citadinis nostris volo mittere vitam.

Ergo senatores faciunt vos scire chiloium,
qualiter (ut semper fuit altro tempore) nunc nos
cum sociis Baldi quid questionetur habemus.
Semper sassini, ladri, gentesque diabli
cercarunt, cercant Cipadae rumpere pacem.
Quid timeamus eos? quid? dicite, nonne tenemus
carcere chiavatam fezzam schiumamque ladrorum?
Baldus, qui caput est, qui rex, qui papa giotonum,
nonne cadenatur sola virtute Tognazzi?
Si caput est mozzum, quid cetera membra timemus?
Debetis lites quondam memorare Carazzi,
quum tantum potuit praesentis forza Cagnanae.
Me quoque non stantem panzam grattare provastis.
Quis pissasanguis, quis vermocanus agrezat
istos diabolos vespas stizzare quietas?
An medici vadunt ultro cercare malhoras?
An cercant brigam? brigam donabimus, horsu,
state, precor, saldi, constantes state fradelli,
mittamus robbam, vitam, propriosque fiolos,
mittamus patriam, quum quis sassinat honorem,
vadat piccari cui nulla est cura decoris.
Me dudum Patres cognoscitis esse Tognazzum;

Gobbus adest, cuius virtute Cipada Motellam
saepe triomphavit, tetigitque solaria coeli.
Consulis officio solitas exerceat armas,
donec bravazzos Baldi nihilabimus omnes.
Vidistis poverum Zambellum quomodo mansit
esca pedocchiorum, gladium comprando ribaldi
Cingaris, utque sibi non saltem tanta remansit
corda vel uncinus quo se suspendere possit,
ammisisse casam, Laenam scannasse, terenum
omnem vendisse, et capras et mille facendas?
Nos tamen, o quanta est nostrae vergogna Cipadae,
nos tamen experti tot voltis Cingaris artem,
en iterum, Patres, illi praestamus orecchias;
quottidie facit hoc, facit hanc, robat hic, robat illic,
ingannat, truffat, soiat, sagramentat, abarrat,
et nos menchiones non mancum credimus illi,
quam santo Aloio, quam Bovo, quamque Belino.
Tam patienter eum tolerat Cipada ribaldum.
Credite, conscripti Patres, victoria nostra est.
Hic veniet Cingar, veniet sub rete giotonus.
Forca fugit, volat ille retro, trapolabitur et se
more gavinelli veschiabit denique. Dixi.

Tunc Zanardonus surexit de sedimento,
et sub centura palmam ficcavit utramque.
Postquam rascavit sapiens bis terque catarrum,
sic ait: - O cancar, quantum bene barba Tognazzus
parlavit, parens alter Ciceronus et ille
grandus Aristotel, cecinit qui carmine docto
scribere clericulis, Troiae qui primus ab oris.
Sed penso quod non Cingar trapolabitur unquam.
Vos causam scitis, senza quod dicere voiam,
imo caleffabit tandem nos, imo soiabit.
Quis diavol enim poterit combattere secum?
Est venetianus quidam sir Polus, et ipse
non piscatorum numero, non plaebe Murani,
non barcarolus qui cridet: «Barca, stalium»;
at gentilhommus veteris de stirpe Fasoli,
qui semper magni tenuit loca prima Pregai,
deque caodesiis fecit piccare miaros.
Cingar amicitiam longo iam tempore secum
giottoncellus habet tantam, quod semper ab illo
quidquid vult minimo cegno, solaque parola,
obtinet, atque tirat bufali de more bonhommum.
Credimus an forsan combattere contra Samarcum?

Dixi nempe meum, mihi perdonate, parerum.
Protinus in coleram saltat Cagnana: - Quid - inquit, -
Zanardone, baias? non nostra Cipada Vegnesam
estimat un minimum ficum, non quinque ceresas.
Quid cum Cipada posset bravare Samarcus,
quamvis sfodratum teneat sua dextera stoccum,
quamvis barbazzam portet in pectore longam?
- Non est - Gobbus ait, - non est, Cagnana, Samarcus
qui portat barbam, nec non sine cortice stoccum,
sed mastinazzus paret magnusque cagnazzus,
qui totum bruttis mundum spaventat ochiadis.
Sanctum, qui portat stoccum barbamque canutam,
si nescis, Polum chiamant, sed nostra pacia est
rebus in his nostris sanctos meschiare beatos:
noli cum sanctis scrizzare, proverbia dicunt. -
Tunc Gurronus ait: - Non laudo, perque nientum
compagnis Baldi contrarius esse patibo.
Consideratis grossiliter omnia certe.
De me non minimum pensetis habere socorsum. -
Slanzafoiada levans sursum sic parlat in ira:
- Non dabis altorium? quid ais? tu solus ab altris
discrepare putas? o grandis perdita rerum!

Scilicet impresam pro te lassabimus istam. -
Impatiens iterum se se levat ipse Guronus:
- Credo - inquit - firmumque habeo, dubitoque negottam,
quod minus impresam poteris lassare cotalam.
Quottidie vades, redies per mille facendas,
ut totum faciens retroves fecisse nientum,
utque tibi solo donet tal cosa guadagnum,
non quia Cipadae voias deffendere statum,
sed quia Cipadae marchettos mille rapines. -
His moti Patres verbis fremuere tumultu:
- Per vermocanum - dicunt, - tua lingua, Gurone,
straparlat nimium, semper malnetta lavacchio. -
Se levat e scanno Giannus, Pannada, Garofol,
qui, plerique, omnes excusavere Guronem;
sic Ghirardellus qui fert colletta corammi,
sic Bertolinus, sic Mengus, sic ve Tonalus.
Tandem decretum est (solo screpante Gurono)
mittere praetori Gobbum, barbamque Tognazzum,
qui squadras ducant armorum, dante Gaioffo.
Quo facto ad proprios Patres rediere palazzos.
Cingar at interea sentit, referente Gurono,

conseium factum per Gobbum, perque Tognazzum:
risit et armatos secum trahit undique bravos.
Hic Brunellus adest, Gambo, Schiavina, Lafrancus,
ardet Amerigus, pariter bravegiante Galetta,
alter ballestram, fert alter tergore schioppum;
Pizzagnoccus habet spetum, roncamque Stivallus,
Zambonus cettam duro de azale molatam,
fert archibusum Rigazzus pulvere cargum,
iamque cupit buso fogatam ponere cordam.
Nondum nocturnas aurora fugaverat horas,
congregat hos omnes squadrono Cingar in uno,
per mediamque guidat magno terrore Cipadam,
dumque caporalis passat cum vocibus altis
smergolat, atque alios pariter cridare comandat:
- Su su, qui noscum vult gattam, vengat avantum!
O villanzones, o porci, o brutta canaia,
o mascalzones, o gens poltrona, gazani,
oque pedocchiorum pleni, destructio panis,
su su, qui noscum vult gattam, vengat avantum! -
Talia bravantes soiant, bocchisque petezant.
Tunc Schiavina focum dat schioppo, datque Galetta,
deque archibuso Rigazzi pulvis avampat,

fit rumor, strepitat ingens per nubila tuf tof.
Sensit Bertazzus, sensit Cagnana, Tognazzus,
senserunt omnes: stant quacchi, stantque serati,
chiavatique suis tezottibus atque palazzis.
Non aliter quando damatina bonhora levantes
se cazzatores, pars terra, parsque cavallo,
expediunt varias magno rumore facendas:
ad sonitum corni bau bau gens bracca frequentat,
qui chiamat spetum, qui lassum, quique cavallum,
qui vocat heus to to, mordentque insemma cagnazzi,
seque sibi stessis retro culamina nasant.
Ac vulpes, leporesque ascoltant longe tumultum,
stant quacchiae in macchis, in boschibus, atque padullis,
nec sbuccare volunt tanto pro murmure tanas.
Sic latitat consul Gobbus, Cagnana tribunus,
atque senatores alii, populusque Cipadae.
Ast animum repiat dictator barba Tognazzus,
confortansque alios se solum drizzat ad urbem.
Cingar avisatur, sociis lontanat ab altris,
armatusque nigro se se boschamine macchiat,
per quod passatur, quando gens vadit ad urbem.
Tognazzus properans animo fantasticat alto,

sperzurat quod vult destruggere Cingaris artes.
Sed non Esopi follam, Tognazze, ricordas:
dum parat insidias lardo sorighettus in uno
se cantone latens, facit illi gatta medemum.
Imboscatus erat Cingar, venit ecce Tognazzus.
Ut fuit appressum, se se manifestat apertum;
volgitur intornum, nusquam videt esse coelum.
Perstringit manibus roncam, fendenteque magno
in duplices quartos spaccatur gobba Tognazzi,
atque ita cascavit fortissima rocca Cipadae,
maximus hic hominum saviorum, fama Cipadae,
sex voltas consul, sustegnum grande rasonis
decidit, atque ingens iacuit sotosora pilaster.
Protinus arrancat Cingar, procul inde levatur,
sed prius arripiens Bertam, Bertaeque gemellos
filiolos, sgombrat mantoum nocte terenum,
inque tuis latuit montagnis, Brixia, Cingar.
Tuque, regazze, meo bastinam pone muletto,
namque cavalcandi venit mihi voia per urbem.

LIBER DECIMUS

Cingar amat Baldum, tota se nocte dimenat,
non animi perdit forzas, perque omnia rerum
discurrit cerebro, qua guisa aut arte fiolus
Martis ab obscura tandem praesone cavetur.
Sic ait ad Bertam: - Vel Baldum carcere trabo,
vel mille in quartos tandem, sis certa, taiabor. -
Talia parlatus, raptim se partit ab illa,
fornitamque domo lassat rerumque bisognis.
Per quosdam boscos, aptos robbare, caminat,
itque novas semper meditans in corde magagnas:
qua foggia posset trari de carcere Baldus.
Dumque viam properat per sylvas semper opertas,
en franceschanos fratres occurrere mirat,
qui tich toch faciunt zocolis resonare terenum,
discalzoque suas corrodunt calce galozzas.
Hi veniunt asinum carigum de pane trahentes,
nec bene discernit quis eorum esset asellus,
namque asinus pellumen habet fratresque medemum.

Extemplo roncam per mezum Cingar achiappat,
ac si vellet eos in quatros mittere pezzos.
Illi se curvis terrae stravere ginocchis:
- Perdonanza - cridant, facientes mille crosettas.
Spoiat Cingar eos, tantum modo braga relicta est,
atque breviarium quo possint dicere vesprum.
Ergo ribaldellus Cingar, fugientibus illis,
solus ibi restat cum strazzis atque somaro.
Quid facit? imprimis taiat sibi forpice barbam,
ciliciumque patris generalis supra camisam
commodat, inde togas bertinas, inde capuzzum,
groppiferamque sogam cingit; calzisque cavatis,
gambas atque pedes nudat, portatque zupellos,
ac tandem medio mantello tergora coprit,
sub quo portatur pro sporta, proque corona,
tasca tenaiarum, quibus aut disgardinat ussos,
aut tosat, stampatque novam falsamque monetam.
Iam non est Cingar, quia sanctos portat amictus,
attamen est Cingar, quia sanctos nulla gonella,
nulla cuculla facit, seu floccus sive rochettus:
sub tunicis latitant heu sanctis saepe ribaldi,
interdumque lupos castronum lana covertat.

Ergo sub his strazzis Baldum dissolvere sperat
Cingar, et in guisis aliis speranza niuna est.
Dismanicat roncam subito, ferrumque sub ipso
ficcat cordono, mantello cuncta teguntur;
inde pians asinum compagnum nomine Rigum,
montat eum, portatque graves de pane besazzas.
Per planum montemque volans asinellus arancat,
non tunc francesam voluisset habere chinaeam,
tam bene quadrupedat ritu portantis ubini.
Quisquis eum scontrat, multo se curvat honore,
namque videbatur sanctus Maccharius esse.
Si biastemasset, iurasses dicere vesprum,
tam bene scit collo bonitatem fingere torto.
Cercat elemosinam, quaeritque per ostia toccos,
quisque dat huic panem, vinum, carnemque salatam,
et iam pro nimio somarellus pondere rerum
vadit apena, regitque gradum strachedine plenus.
Tunc iterum Cingar boscos repetebat opacos,
franciscasque togas spolians tornabat ut ante
laicus, et in piazzis villarum cuncta gazanis
vendebat, multam quistans de merce monetam.
Denique Mantoam veniens, capitavit ad urbem,

perque cipadenses cattat furfantiter ussos.
Ecce procul solum Zambellum vidit in agro,
qui spedocchiabat caldo sub sole camisam,
fecerat et largum digitorum caede macellum.
Huc tendit Cingar, pungitque sperone somarum,
tunc ait: - O quid agis? bona vita, quid, ola, bon homme?
Num scires ubi stat Zambellus, dic, rogo, scis ne? -
Respondet: - Zambellus eram, dum vacca Chiarina
vacca fuit; sed mox, ubi facta est capra Chiarina,
alter sum factus, non plus Zambellus habetur. -
Cui Cingar: - Magnam narras, compagne, facendam.
Non, Zambelle meus, Zambellus es ultra, sed alter,
ut quoque vacca fuit quondam, non capra, Chiarina.
Sed te (seu zoccus, seu sis boccalus orinae)
cur video sic sic squarzatis undique pannis? -
Respondet: - Sic sic miseros disgratia trattat.
Sum desperatus, nec me cagasanguis amazzat.
Namque fui quondam riccus, modo pauper ad ussos
vix retrovo panem, vix vinum, vixque menestram,
desgratiaeque meae fuit unica causa ribaldus
Cingar, cui possit cancar mangiare coradam.

O si posset eum ladrum brancare Potestas,
se signare quidem posset scampare soghettum! -
Tunc Cingar: - Benedicte Deus, benedictaque mater
vis, poverelle, mihi fieri compagnus, et istam
donabo cappam, sub qua salvamur, et istum
sancti Francisci tibi designabo capuzzum?
Vis, inquam, servire Deo, fierique romittus?
Praedicatorus eris, cantabis denique missam,
namque tui similes tantos Ecclesia pascit,
quantos non caperent ad remos mille galeae. -
Zambellus subito vultu respondet alegro:
- Sum contentus ego, imo contentissimus esse
vester fratellus, messam cantabo novellam,
dummodo voiatis bertinam tradere cappam,
namque meus giupo frustus cagat undique strazzas:
impleboque meas blanco de pane budellas,
quem vix implebat panis niger atque gramegnae.
Quamvis de lettra sapiam negotta, pur ipse
sufficientus ero cum vobis dicere vesprum. -
Tunc illum Cingar spoiat, strazzasque pitocchi
cum propriis manibus fossatum buttat in unum.
Mox habitum sanctum tradit, tradensque susurrat

nescio quid, parens devotos dicere psalmos.
Hunc sibi compagnum statuit, fratremque vocando
Herinum, se se Quintinum nomine dicit.
Postea de villa ambo partivere Cipada,
et quasi sint fratres multa gravitate moventur.
Cum pedibus vadit propriis Zambellus, at ipsum
tirat asinellum montato Cingare susum.
Introëunt urbem spatianti denique passu,
hosque putat vulgus sanctos omnino romittos.
In piazzam veniunt, ubi protinus ecce sonatur
tromba, vocans populum, velut est usanza fiendi,
quum bandos mandant stradas regimenta per omnes.
Ad sonitum tararan vulgus se se undique dunat,
deque suis homines currunt audire boteghis.
Dicere quid velit hoc ignorat Cingar, asellum
desmontat dicens: - State hic, o frater Herine,
namque videre volo, quo nascitur iste travaius. -
Sic ait, et gentem se se meschiabat in illam.
Hic facitur bandus: quod quidam, nomine Cingar,
barrus, asassinus, mazzator, ladro, ribaldus,
qui falsos stampat, veros tosat arte dinaros,
sit mantuanis banditus ab undique terris,

sed quisquis bastans animi mazzaverit illum
nempe guadagnabit centum cinquanta ducattos.
Cingar, id ascoltans, tremuloso corde cagabat;
pro Baldo tamen ille suo vult perdere testam.
Quid facit? o forzas animi cordisque prodezzam!
Prestiter alzando vocem, sic incipit: - O gens,
o quia nescitis, nescitis certe coëllum:
post paucos etenim giornos brusabitur haec urbs,
ni modo, ni Baldo truncabitis illico testam,
quem nunc sub terra ficcum praesone tenetis.
Nunc ego de terra sancta, Christique sepulchro,
advenio, portoque malas, brigata, novellas,
namque gigantazzum magnum similemque torazzo
illic terribilem vidi, ferroque covertum,
qui menat in quaium nigra de gente mororum
ingentes squadras, cavalastros atque pedastros.
Giurat per sanctos coeli, gentemque diabli,
velle per omnimodas Baldum riscodere guisas,
in tuttumque istam pensat destruggere terram.
Nunquam vista fuit zentaia ribaldior illa.
Quid sunt lombardi, brisighelli, quid calabresi?
Turchi sunt porci, mori sunt fezza malorum.

O Deus, hanc tantam populis averte ruinam.
Sassinant homines, robbant, sforzantque puellas,
altaros gesiae spoiant, calicesque rapinant.
Quid dicunt ladros spagnolos, quid capelettos?
Hi superant omnes omni feritate ribaldos.
Heu pietas, heu heu nostris compassio claustris!
Nonne malandrini fratrum rapuere pitanzas?
nonne monasterum totum sotosora butarunt?
Petra super petram vix una aut altra remansit,
et multos etiam illi scannavere fradellos.
Ille Fracassus enim (nec possem dire bosiam
veste sub hac sancta, cordoneque cinctus ab isto)
ille Fracassonus, poca straccante fadiga,
ut petrulam iaculat grandes ad sydera saxos.
His ego vidi oculis illum plus octo miaris
cum cazzafrusto poverum sbalzasse priorem,
atque cosinarum quae sunt mangianda parantem
totum cum solo pugno sub terra ficasse.
Praeterea quendam vecchiettum, tergore gobbum,
vix bastoncello macilentia membra tirantem,
per collum cepit, circumque et circa rotatum,
ac si falconem vellet chiamare polastro,

magni fecit eum montis cimare cacumen.
De sacro armario rapuerunt absque riguardo
planetas, camisos, puviales, mille facendas;
de mangiatorio, beccheros atque bocalos,
descos, credenzas, terlisi quinque tovaias;
de cosinatorio, caldaros, bronza, lavezos,
mille pignatellas, pignattas, speta, parolos.
De caneva nostram spinarunt denique vitam:
porcinaia bibit vinum, fregitque barillos,
ac de vernazza bagnos fecere cavallis.
Sed foret ah troppum, si vellem dire gnicosam!
Vix ego scampavi, socio cum fratre, ruinam.
Ergo meum, gentes, conseium prendite sanum:
illum de scura Baldum praesone cavemus,
huic mozzate caput, streppetur pessima planta,
tollatur morbus ne coelum puzzor amorbet.
Ut quid tamdudum terris mala bestia scampat?
Est alius Python, Poliphemus, hydra, Carybdis.
Tollite de mundo rabiem, stronzumque diabli.
Testa fracassetur, non ultra bissa cridabit.
Mazzetur Baldus, cascabit forza Fracassi.
Scandalizare tamen vos nolo, perque nientum

hac sub sguarnazza veneranda, subque capuzzo,
cerco vindictas hoc de ladrone gaioffo.
Saepe tamen mens nostra brilans volat extra capuzzum,
sollicitique sumus gesiae deffendere statum.
Sed tamen, hic abitus quia pacem totus odorat,
cercamus pacem cum sanctis, cumque diablis.
Si pax non giovat: opus est admittere brigam. -
Dixerat haec Cingar, populo scoltante, suosque
fazzolo sugans oculos lachrymare videtur.
Contremuere omnes qui firmiter omnia credunt,
fit rumor, populusque ruens, ignara canaia,
per cunctas urbis stradas ut matta vagatur:
praetoris subito fugiunt ad grande palazzum
tela parant, pontesque levant, chiavantque botegas.
Artifices buttant terrae istrumenta lavorum,
dantque manum picchis, schioppis, spedisque Bolognae.
Congregat illustres praetor, saviumque senatum,
parlamenta fiunt longhis crevelata parolis.
Quidquid bertina frater sub veste locutus
attulit, omnino tanquam vangelia credunt,
maxime quod rumor iam multis ante diebus
creverat: in Tunesi partes andasse Fracassum,

ducturum turcos secum gentesque morescas.
Conseiant igitur per muros ponere guardas,
qui crident noctes: - Fac, fac bona guarda - per omnes.
Supra toriones, per merlos, per casamattas
tirant bombardas, colubrinas, passavolantes.
Terribile interea don don campana bachioccat,
pro cuius sonitu pars it animosa palazzo,
pars petit in frettam ruptis cagatoria stringhis.
Ad tamburrorum strepitum tararanque tubarum,
calca fit armati populi, timor omnia versat,
qui portat lanzam, qui roncam, qui ve zanettam,
hic piccam, hic spetum, hic dardum, hic giavarinam.
Iamque poco spatio conventa est tanta brigata,
quanta Iosaphatti non magna in valle resurget.
Interea Cingar Zambellum tollere vadit,
quem modo cum carico solum lassarat asello.
Is stupefactus enim tanto pro murmure stabat,
atque parecchiarat propter scampare stivallos.
Cingar eum chiamat, nulli parlare comandat,
dicens quod fratres servare silentia debent,
nec parlant maium nisi sit dispensa prioris.
Mox asinum religat quodam cantone famatum,

namque aliud pensat Cingar quam pascere quellum,
namque sui troppa est nimis importantia Baldi.
Zambellum retro menat, supraque palazzum
longas per scalas montat, montansque susurrat
psalmos, quos nescit, sed non nescire videtur.
Inscontrat gentem, brettae sibi mille cavantur.
Dicebant: - Ipse est, qui coelo venit ab alto,
hunc Deus ad tempus misit, qui praestus aviset
nos ante excidium terrae stragemque paësi. -
Cingar eos audit, passat, zocolosque sonantes
per pavimenta trahit, iam salam iungit in amplam,
dumque oculis terrae bassis, dumque arte galozzas
retro tirat, quarum sonitu devotio crescit,
osti datque fidem, suspectaque pectora tollit.
Praetor it incontra, multis seguitantibus, atque
conducit secum thalamis, facit inde carezzas.
Mox sibi decreto Patrum, populique rogatu,
donat elemosinam centum settanta ducatos.
Ille ruinatum dicebat namque Fracasso
esse monasterium, gesiam, calicesque rapitos.
At Cingar retrahit se longe, perque nientum
mira destrezza simulat non velle coëllum.

Praetor eum sforzat nec non perforza sachettum
in manibus ficcat, Cingar ringratiat illum,
promittitque sibi pro seque, suisque brigatis,
mortis ac vivis ter centum dicere messas.
Iamque parecchiatur ceppus, mediaque piazza
horribilem visu baltrescam boia parecchiat,
quo Baldus debet venerandam perdere testam.
- Ah - dixit Cingar praetori, - Vestra Potestas
huic confessorem Baldo concedat, ut almam
non miser almancum perdat, portetque diavol.
Latro «Memento mei» dicens, fuit illico sanctus. -
Praetor nil meditans ultra: - Reverentia Vestra
sit confessor - ait, - talem concedere cosam
obligor, imo precor, magnum salvate ribaldum.
Heus, bariselle, menes hunc patrem, vosque ministri
compagnate illum, cui bassum schiudite fornum,
ut confessetur Baldus, nec linquite portam,
sed firmate bonam, dum fit confessio, guardam. -
Cingar portat aquam fortam, limasque sonantes
sordinam tum cum ferrum sine murmure taiant,
omnia sub sanctis portat bene conza gonellis.
Itur sub terram Baldi retrovare sepulchrum.

Ille cadenazzos iam iam stridore cridantes
audiit apriri, grossasque recludere chiaves:
pensat, quod verum est, iam scilicet hora morendi
iuncta sit, et tanto dissolvi denique stento.
Stat poverellus humi, lachrymis prostratus amaris,
non quod formidet mens constantissima mortem,
sed caros memorat socios dulcesque fiolos.
Hanc ve dolet sortem mortis, qui tanta per arma
non poterat caricam spoliis effundere vitam;
at super altuttum stimulat conscientia mentem:
nec confessandi misero datur ulla facultas.
Iamque barisellus portas reseraverat omnes,
ac centum chiavis patefecerat ostia centum.
Cingar miranda limen gravitate subintrat,
ad quem passantem sbirri flexere zenocchios.
Zambellus seguitare negat, se retro retirat,
perque guisas omnes non vult andare la dentrum.
Cingar eum chiamat: - Veniatis, frater Herine,
namque duos fratres semper nos esse bisognat. -
Paret Zambellus dicto, testaque chinata
intrat portazzam, vadens tantonus in antro.
Post quos en iterum cadenazzo porta seratur.

Baldus habet longam pro longo tempore barbam,
usque ad centuram coperto pectore cascat.
Cingar it, hunc sequitur devotio fratris Herini,
atque paternostros barbottat aveque marias,
nam castronazzus se fratrem pensat Herinum,
sperat et in curtum messam cantare novellam.
Sed postquam Cingar Baldo pervenit arentum,
hunc appena videt modica pro luce fenestrae,
quam lucem non sol mandat sed lampada pendens,
ad primam giuntam simulans sic parlat ad illum:
- Quid, manegolde, facis? quid, latro? quid, mala pianta?
Nunc pro peccatis tantis, furtisque, rapinisque,
ecce dabis poenas, centum dignissime forchis.
Nunc exemplar eris, quibus est tam cura robandi.
Non te Fracassus, Moschinus, Cingar aiuttant.
Quattuor in quartos modo squartavere Fracassum,
mangiandasque suas canibus tribuere budellas.
Cingar dorato slongavit colla capestro,
inque triligniferam trabucavit denique forcam.
Semicanis collo Falchetti petra molini
appiccata fuit, quem chiusa Governolis hausit.

Tu quoque nunc trades collum, scelerate, taiandum,
inque brigadarum cunctis squartaberis occhis.
Vix alzans oculos Baldus, frontemque rapatam,
obstupet, ex habitu sancto capitisque tosura
tam male pensatas stultasque uscire parolas,
inde caput bassans, non ultra mirat in illum,
nec dare dignatur fratri responsa gaioffo,
invergognosum nam iudicat esse capuzzum.
Cingar scaltritus plus semper detrahit illi:
- Sum confessor - ait, - tua dic, peccata, ribalde. -
Baldus item relevans oculos suspirat et inquit:
- Quamvis non istae meritant responsa parolae,
qui parlas, nec scis quid parles, pessime frater,
attamen hinc abeas, malvasi puzza diabli.
Si modo me strictum non ferri vincla tenerent,
tanquam pollastro tibi, bestia, colla tirarem.
Tu qui me debes solari voce relictum,
confortare animam scelerum sub fasce gementem,
sic agis, ut penitus moriar chiamemque diablum.
Impie frater, habes in pectore mille magagnas.
Respice te stessum, turpesque redargue mores,
tonsuram portas, renegas quam mille fiatas.

Nil nisi broda fuit semper tua vita, ribalde.
Hinc procul absistas, blanchi destructio panis,
qui melius quam te mastinos pasceret; heu quae
sporcitiae foetent capucino mille sub isto!
Plus ego perdonum pietatis habebo supernae,
quam tu, qui celebras missam pensasque tenere
cordoni meritis in tasca Dominidium! -
Tunc Cingar, nimia cordis pietate movestus,
voceque suppressa parlans sic ore comenzat:
- Non te plus lateo, mi mi dulcissime Balde,
o mi dulcis amor, mi cor, mea cura, fidesque,
sum tuus ille quidem Cingar, non noscis amicum?
non, mi Balde, etiam me noscis? respice vultum,
respice sembiantes antiquos. Cingar amorum,
Cingar amicorum primus, qui nocte dieque
de te pensavi, penso, pensabo milannos.
Non te, Balde, mori tam brutta morte ferendum,
gentilezza dolet sine te, cortesaque virtus
it cervice china, libertas languet, et arma
Mars ruginenta tenet, scutumque imbelle gitavit.
Te sine quid magni faciat prodezza valoris?
quid ve legiadriae columen, quid gloria laudis?

Non te, Balde, volunt mare, tellus, aethera, mortum,
non, quod tanti hominis sit ademptum nomen, honosque. -
Sic dicens voltas trecentum basiat illum,
abbrazzat, stringit, lachrymas dulcedine mandat.
- Ille tuus sum Cingar - ait, - iam pone timorem,
ne dubita, sum Cingar ego, sum Cingar, onustus
hoc sub mantello martellis atque tenais. -
Qualia sunt olim lachrymosae gaudia matris,
quae dudum mortum pensaverat esse fiolum,
mox illum reddi sibi vivum cernit, et omni
corpore gaiardum, rubicunda fronte tilatum,
talia sentivit provisto Cingare Baldus,
qui, velut a somno propere discussus, apertos,
nil parlans, oculos in vultum Cingaris, inque
totam personam firmat, tacitusque stupescit,
nam pro laetitia tanta parlare vetatur:
quod ve videt proprio visu, sibi somnia parent.
Zambellus norat Baldum, stat quacchius in uno
cantone, et grandi tremolo sibi cagat adossum.
Cingar ait: - Non nunc parlandi tempus habetur,
perdimus interdum propter tardare boconem. -

Tunc franciscanam tollens de corpore cappam,
ferramenta cito solitam cavat extra sachellam.
Fundit aquam fortam, mollit duramina ferri,
denteque limarum surdarum vincula taiat,
postque intervallum curtum levat in pede Baldus,
at vix stare potest macerato corpore drittus,
unde pignocadae Cingar piat octo bocones
ac malvasiae, quem gessit aposta, fiascam.
Baldum fortificat redditque in membra vigorem
postea Zambellum vocitat: - Mi frater Herine,
huc accedatis, nam nos orare bisognat.
O Iesum Christum, cur, ola, frater Herine,
cur non auditis? dormitis forsitan? ola,
cui tandem dico? veniat Reverentia Vestra. -
Zambellus nullam respondet, totus aghiazzat,
pauper homazzolus desiderat esse deforas,
nam bene cognoscit Baldum cernitque bravosum.
Cingar item clamat: - Veniatis, frater Herine. -
Baldus miratur: - Quid clamas? - inquit, - an istic
est aliquis forsan? dic, quaeso. - Cingar ad illum
omnia subridens breviter narravit ad unguem.
Obstupuit Baldus de tanta Cingaris arte,

qui tandem vadens illum retrovare bonhommum,
- Ah - dixit, - poverelle, peto vos mille fiatas,
nec vultis mihi vestro respondere magistro?
Sic ne imparatur patri obedire priori?
Esset enim vobis penitentia danda, vel una
disciplina quidem nudatas supra culattas,
vel mage sub tavola cum gattis sorbere brodas. -
Zambellus respondet ei: - Mihi parcite, quaeso,
nam nos debemus servare silentia fratres.
Vos, Quintine pater, prima haec mandata dedistis,
quando comandastis me nil parlare brigatis. -
Cingar ad ista nihil quid responderet habebat,
se castronatum castrono cernit ab uno.
Hunc tamen extemplo Cingar Baldusque piarunt,
dispoliant, nudant, sbadacchiant, membra cadenant,
atque loco Baldi ceppos manicasque reponunt.
Sollicitans aperit portam barisellus, et extra
stans cridat: - Ola, pater, quae tanta indusia? non est
confessatus adhuc? prudentia vestra viluppet
omnia, nam, si vult sua singula dicere facta,
non annus bastaret ei narrare rapinas. -
Baldus, id ascoltans, voluit saltare deforas,

atque suum restum barisello reddere pugnis.
Cingar eum pavidus tenuit per brachia retro:
- Pone - inquit, - si vis, cerebrum paulisper acasam.
Nunquid es effectus furiosus et absque ritegno? -
Mox cito respondet barisello voce gaiarda:
- Expectate pocum, nunc nunc spazzabo facendam.
Venimus ad finem, censuras mille catavi,
saccus erat plenus, foetebat quatriduanus,
absolutionem nunc do; vos, frater Herine,
exorate Deum devota mente fratantum.
Dum sic parlabat, psalmum Miserere comenzat;
sed restum psalmi quoniam finire nequibat,
ore susurrabat, veniens ad Gloria Patri.
Dumque cativellus varia coprit arte magagnas,
atque satisfaciens cavalero protrahit horam,
contegitur Baldus bertinis undique lanis,
Zambelloque novus succedit frater Herinus.
Cingar ei monstrat quo passu debeat ire,
utque oculos teneat bassos tortumque colengum,
utque pater nostros ciciganti mastichet ore.
Ne foret ignotus, facit huic in fronte capuzzum,
ac uno instanti resecavit forfice barbam.

Ad portam veniunt tandem, sed Cingar avantum
passat devotus, post cuius terga chinato
cum capite egreditur Baldus, quem nullus adocchiat.
Tunc intrare cito poltrona canaia volebat,
zaffi, sbiraiae, barisellus, boia, mil'altri.
Sed Cingar dixit cavalero: - Quo venit ista
frezositas? mò, sancte Deus, concedite tantum
temporis almancum, donec penitenza fiatur. -
Sic ait et scapolans, Baldo seguitante, caminat.
Sed quo, Cingar, abis? qua te fuga parte levabit?
Stopparant urbis portas, sola una manebat
ponticella, viris centum guardata provistis.
Ergo poverellus Cingar fantasticat artes.
Plus curat Baldum, quam se, quia diligit illum.
Arrivat portam, dum sic meditatur, ad unam,
gens ubi cum solito semper facit ordine guardam,
nec solam praetor lassat transcendere muscam.
Baldus habet voiam sguarnazzas ponere zozum:
ingentes hominum scontrat per ubique catervas,
cum ronchis, spadis, schioppettis atque balestris.
Mens sibi brillabat roncam per forza, vel altrum
ferrum de manibus fantis streppare veruni,

atque menando manus solem scurare budellis.
Cingar eum placat dicens: - Fac, matte, pianum,
desine me pensare modum foggiamque scapandi. -
Dum sic ambo simul passu trottante loquebant,
en prope viderunt iuvenem transire politum,
quem soldatorum non poca brigata sequebat.
Iste valorosus Leonardum nomen habebat,
sanguine progenitus claro de stirpe Colonnae,
namque Colonnesus pater est Ursinaque mater.
Altivagam Baldi famam praesenserat olim,
venerat huc igitur, Baldum cagione videndi,
parlandique sibi, pavidam sed repperit urbem,
attonitosque homines stippantes corpora ferro.
Domandat causam, respondent: - Guerra paratur
contra moros, turcosque, simul guidante Fracasso. -
Talibus auditis, armatum cernere Baldum
forte capitanium sperat, squadrasque regentem.
It super immensum, grossum, baiumque frisonem,
et rutilo Baldi personam cinxerat ense,
quem Romae allatum comprarat trenta ducattis.
Nec scit cur Baldus tam bellam liquerit armam,
sed potius pensat sibi fraude fuisse robatam.

Ergo levans oculos Baldus, subtiliter omnem
conspicit ornatum iuvenis, sed maxime spadam,
namque valenthominum semper fuit usus ad ensem,
ad corserum oculos voltare, aut tangere dextra.
Protinus agnovit pomo rutilante dorato
ipse suum brandum, vult illum, turbidat occhios,
disponit penitus, si debet perdere vitam,
velle suam spadam: - Celeremus prestiter - inquit, -
o Cingar, nam posse datur scampare facultas.
Ille meum portat brandum gallone tacatum.
Hunc volo, me seguita, meus est de iure, camina. -
At Cingar tantam furiam regit atque governat:
- Dextrius i - parlat, - spadam, sis certus, habebis. -
Talia dicentes, illum seguitare comenzant
observantque procul, si forsitan exeat urbem,
ut secum scampare queant et scodere spadam.
Ille sed intravit multa cum gente tavernam,
quem sequitur Cingar subito, donansque caparram
lectum cum camera supplex accepit ab osto.
Tres Leonardus equos habet, omni laude canendos,
quos, in qua stalla servantur, Cingar adocchiat.
Primus de Spagnae razza Rocaforta vocatur;

grossior est alius frisonus, Spezzacadena;
tertius ex Asia provenit, nomine Pardus.
Ostus in istanti quae sunt coenanda parecchiat,
namque Leonardus mensam fornire comandat.
Accumbunt omnes, stat mensae in fronte Lonardus,
qui vult post epulas omnino quaerere Baldum.
Soldati passim buttarant arma, rodellas,
ut fit quando volunt dapibus distendere panzam.
Baldus at interea, camera chiavatus ab intro,
guardat per portae fissuram pronus edentes.
O quam forma sibi Leonardi bella placebat!
Nec tam guardat eum, sed drittis scoltat orecchis.
Interea Cingar paulatim tela robabat,
inque suam cameram Baldo gaudente ferebat.
Tandem brettinas despoiant ambo gonellas,
a capite ad plantas stipparunt corpora ferro.
Qualis equus iuvenis, quem dicimus esse poledrum,
egrediens tristem longo post tempore stallam,
passutusque novo de foeno semper et orzo,
vellet si posset rupta saltare cavezza,
hunc appena valet stallae retinere fameius;
talis Baldus erat, qui de praesone cavatus,

postquam se totum rutilantia vestiit arma,
bramat presto foras solus borrire per urbem,
atque cruentatis cum testis atque budellis
disturbare Iovem, terram, stigiamque masonem,
sed pro respectu prohibentis Cingaris urget
possanzas nimias animi, coleraeque brusorem.
At quae terribilis posthac battaia sonabit,
non, Comina, tuis pro spallis soma videtur.
Est opus altorii maioris, claude botazzum,
nam tua vina mihi penitus mufolenta videntur.

LIBER UNDECIMUS

Altius o Musae nos tollere vela bisognat,
misterumque facit gravius distendere schenam.
Usque modo calcavit aquas mea barca Cipadae,
ranarum quae voce cridant, redolentque lavacchium,
nunc mare Pietoli, quo non prigolosius altrum,

trapassare volo, nulla retinente paura.
Huc, Zoppine pater, tua si tibi chiachiara curae,
si tua calcatim veneti ad pillastra Samarchi
trat lyra menchiones, bezzosque rubeba guadagnat,
huc mihi cagninas iuncta cum voce budellas
flecte, soporantes galeottam carmine gentem,
tirantesque sibi totas dolzore brigatas.
Tuque boni semper seguitatrix, Lippa, boconis,
Lippa foiadarum columen Mafelina Cocaii,
adsis, et invita tecum coenare poëtam.
Usque modo ruptos gessit Bertuzza stivallos,
atque ad calcagnos cascavit braga Cominae,
nunc stringare licet gaiardis carmina stringhis,
unde valenthomi celebranda est forza baronis,
quo non Haectorior, quo non Orlandior et quo
non tulit in spalla portas Sansonior alter.
Iam Zambellus erat de fundo turris ad auras
tractus, et ad lucem cunctis iam zarda palesa est.
Praetor osellatum se se videt esse Gaioffus,
trat via carnerum desperans, trat via bragam,
beffaque contradas volitat scoperta per omnes.
Noscuntur soiae, noscuntur Cingaris artes,

talia namque facit stratagemata saepe cavester.
Mantua tota levat populum sotosora balordum,
ipseque Zambellus cosam recitabat ad unguem,
cui gens ghirlandam facit hic, facit illic et illoc.
Gaioffus boffat, stizzat, se datque diablo.
Trombettam subito stradas iubet ire per omnes,
qui bandum faciat, qui notum, qui manifestum:
quisquis bertinos fratres acataverit illos,
scilicet indutos tam sancta veste ribaldos,
atque palesabit quo se cantone covertant,
ille guadagnabit sine fallo mille cechinos.
Talibus avisis, homines sperone guadagni
cuncta per inquirunt, nulli parcendo fadighae,
omnia discurrunt, vestigant omnia, voltant
omnia, nec lassant pertusos, antra, cavernas,
subvertuntque casas, gesias, pallatia, turres,
usque in latrinas callant, pozzosque profundos,
inque cagatores alii per stercora rugant,
namque ob dinaros nulla est vergogna canaiae,
non fratri et patri, non perdonaret amico
pessima progenies hominum, mala razza virorum
qui semper meditant, de ruf de rafque, guadagnum,

quales sunt sbirri, quales manigolda lovagna,
daccia qui tollunt affittum, quique doanas.
Senserat hoc ostus, bonus ostus senserat istud,
in cuius betola Cingar Baldusque latebant.
Ante Potestatem properans, sceleratus arivat,
inque suo fratres bertinos esse logiatos
approbat albergo, promissaque praemia tirat.
Tunc omnis mundus, praetore iubente, levatur,
arma capit, celeratque illam assaltare tavernam.
Protinus advisat iuvenem trombetta Lonardum,
illum baronem dico, qui circuit orbem
ut tantum possit paladinum cernere Baldum,
cuius amicitiam super omnia cercat habere.
Nescius ergo rei tantae suscepit avisum,
ut se ostaria subito dispartet ab illa.
Cingar, id advertens, ita Baldo territus inquit:
- Heu, mi Balde, mori nos cogimur; ecce periclum
imminet, in trapolam tandem vulpecula cascat. -
Baldus eum guardat: - Quid - ait, - mi Cingar, honori
esse potest melius, quam guerris fundere vitam?
Soldatis laus est suprema morire batais. -
Cingar tunc expepulit, Baldo exhortante, pauram,

extraque balconem per cordam callat abassum,
namque Leonardi sperat robbare cavallos.
Sed famuli stallae, positis arzonibus, illos
in puntum statuunt, quia vult equitare Lonardus.
Baldus supra manet solus, stat prontus in armis,
mille annos una hora sibi certare videtur.
Ignarus rerum Leonardus deserit escas,
soldatisque suis mandat descendere scalam.
Currunt ad stallam propter montare cavallos.
Iam posito in staffa pede vult equitare Lonardus,
at Cingar clamans armato corpore toto
accedit bravus, per frenaque corripit illum:
- Sta saldus - dixit, - tibi rex, patresque comandant,
ut desmontatus succurras prendere Baldum,
qui latet hic, pretiumque tui portabis aiutti. -
Cui Leonardus ait: - Meus hic an Baldus aloggiat?
Imo iuro deos, pro Baldo mittere vitam.
Vos seguitate cito, famuli, seguitate sodales;
nunc mihi dulce mori, mihi nunc gratissima mors est. -
Tunc levis in curvo saltans arzone ficatur.
Cingar alegrus ei se se discoprit, et illi
parlat in orecchia, nec aiuttum postulat altrum,

quam voiat sibi binos impraestare cavallos,
cum quibus hoc Baldus poterit scansare periclum.
Tunc subitus se se buttat de arzone Lonardus,
Cingaris et faciem mira charitate basabat.
Mox ait: - Indarnum non nos modo stare bisognat.
Non est parlandi tempus, non hora gratandi.
I, sequar, atque meos faciam seguitare guereros.
Pro Baldo statui spezzare ligamina vitae. -
Cingar equos tantum poscit, sed alhora Lonardus
non dat equos tantum, Baldi cito porrigit ensem,
quem laetus Cingar brancat, cingitque galono,
inde pregat iuvenem supplex, iuvenisque sequaces,
ut pariter portam festinent urbis ad unam
iungere, monstrantes illam deffendere velle,
si passare illinc Baldus perforza fatiget;
at per contrarum faciant, stent imo provisti,
si per venturam calcagnos ambo menantes
huc veniant, subito pontem callare procazzent.
- Sic faciam - Leonardus ait; tunc prestiter altrum
scandit equum, frettatque viam, seguitante caterva.
Iamque propinquabat grandis squadrazza bravorum,
ostus eos guidans scudorum mille reportat.

Tota taverna sonat tantis iam plena brigatis,
quantas vix caperet fortissima rocca Milani.
Maximus in salam populi garboius arivat,
unde tremit coelum vasto reboante cridoro.
Sbraiant, vociferant: - Exite, exite, ribaldi. -
Ipse tavernarus cameram designat apertam,
in qua stat longo Baldus zanetone paratus.
Qui, quando portam fieri sibi vidit apertam,
milleque lanzarum stipantes limina puntas,
protinus ad primum colpum zanetone tirato
trat Contestabilem passato pectore mortum,
quem poltronzonem zaffi dixere Vigazzum.
Inde statim revocans lanzonem, vulnerat altrum,
quem veluti ranam medio ventramine filzat.
Magna super portam camerae fit calca brigatae,
quos facit assiduis lanzatis stare dacantum.
Cingar habebat equos certo cantone paratos,
expectans Baldum si arrivet forsitan illuc.
Baviger ob nimiam stizzam, sibi morsicat ungias,
dumque modum pensat fugiendi, carpitur ira,
carpitur orgolio, barbaeque pilamina streppat.
Continuo horribilis rimbombat clamor ad auras.

- Prende - cridant, - ladrum, sta saldus, prende ribellum,
ferte focum, scalas, intra, day, percute, guarda. -
Baldus in ignivoma facie, dum certat, avampat,
non secus ut quando Vulcanus forpice gremit
dudum brasatam sopianti mantice lammam,
quam Brontis, Steropisque ingens martellus asaltat,
et veluti daynus se semper in aëra pirlat.
More leonino caudae stigaverat iras,
nilque loquebatur, sed mox, ut vidit habentes
spaventum ingentem de se tot mille sbisaos,
increpat, insultat, talique in voce minazzat:
- Quid facere, oh tristes capelazzi, creditis unquam?
Vos tanquam vaccas scannabo solus ad unum.
Te te, nil timeo, te nil stimo, brutta canaia. -
Talia parlando, zanetonis saepe tiratas
concitat, et gambis omnes facit ire levatis.
Nemo, licet brazzo targonem portet apiccum,
audet sanguifluam camerae transcendere portam,
nam scutos veluti mascherpas traiicit omnes.
Non tamen ipse foras oculatus vadere curat,
sic nimiam contra gentem combattere laudat.

Non plusquam septem possunt certare vel octo,
caetera turba cridat lontana proculque menazzat.
Ergo per intornum muros scalzare comenzant,
quo possint cuncti banda combattere ab omni.
Baldus id avisum noscit, feriensque repensat
quid faciat: vel de summa saltare fenestra,
vel ruere in medios, vitam stimando ceresam.
Talia dum satagit, ruit ingens machina muri,
quae miserum sepelit vasto cum murmure saxis.
Praestiter accurrunt omnes, ut usanza luporum,
quando vident taurum terrae malasorte cadutum,
quem mangiare volunt si possint vincere guerram,
sed tamen ille susum nullo cum vulnere saltat,
cornibus et pedibus vaccarum stimmat honorem.
Sic sic mille homines Baldum, sub mille quadrellos
cascatum, ammazzare volunt; at fortius extra,
extra ruinazzum se liberat ille, gravemque,
dum trahit e saxis corpus, dedit ore cridorem.
Sed tamen, ah facinus, redimens per forza sepultum
lanzonem petris, sine ferro manserat ille,
atque dishastatum nimio sub pondere ferrum.
Stringitur ambobus tamen hastae pertica pugnis,

illeque per medios balzo se gittat in uno.
Quisque viam lassat, voltans calcanea fronti,
tartufolas nasare suas non ullus arisgat,
stareque plus laudant longe quam ire plus oltre.
Ast ingrossatur novus hic exercitus ingens:
huc urbs tota ruit, vult hunc omnino Gaioffus
arrostire brasis, canibusque gitare budellas.
Clauditur intornum subito, subito tamen ille
arduus insurgit contra, parat hinc, parat inde:
qui ferit in fianchis, qui retro, qui ferit ante,
qui ve manudrittos, qui puntas, qui ve roversos,
montanosque tirat, super illum tela fioccant,
sbraiatur: - Sta salde, ladro, sta salde, cavester; -
vocibus innumeris coelum, mare, terra boaxat,
de fundo ad cimam trabaltegat illa taverna,
nec tamen un minimum smarritur barro peluzzum,
tam manet intrepidus cotantam contra canaiam,
quam contra ventos turris famosa Cremonae,
deventatque magis validus spargendo cruorem.
Cingar ad ingentem strepitum drizzabat orecchias,
nec se, nec Baldum sperat montare cavallos.
Corripit, ut moriat cum Baldo in sanguine, spedum,

quem sibi de telis Leonardi elegerat unum,
atque super scalam properans se incontrat in ostum,
qui discopertum Baldum traditorus habebat.
Non stetit abadam, nec dixit «guarda», sed illum
usque ad prolixas spedi scannavit orecchias,
unde sforachiato patuerunt ventre budellae.
Vidimus experti, quod qui te fallere cercat,
tandem ingannatum se quoquo tempore trovat.
Sed non antiquae smemoratus Cingar usanzae,
quam primum cecidit mortus miser ille tereno,
dat griffum ad borsam, gravidam nimis atque pesentam,
quam velut usanza est servans braghetta tenebat.
Hanc locat in manica, salamque deinde subintrat.
Hic trovat horribilem guerram, miserumque travaium:
hic centas inter spadas, centosque fachinos,
stare videt Baldum, sola qui fulminat hasta.
Hic rabidos inter mastinos invenit ursum,
atque inter corvos aquilam distendere brancas.
Tunc ubi combattit, se sic bravegiando balestrat:
- Cingar ego, sta, Balde ferox, sta sodus ad arma,
in quibus en potius pretio moriamur honoris,
quam fieri nostro cum scorno praeda Gaioffi.

At vos poltrones, Martani razza codardi,
hinc porci, scampate viam, scampate marassi,
non vergognatis, non vergognatis adunca
contra unum tanti? quae laus, quae fama recatur?
Sic vocitat Cingar, mediaque in gente ficatus
ostentat quod post dictum bene facta sequuntur.
Semper adhortatur Baldum, filzatque budellas.
Nunc dat calce speti, nunc ferro, saltat in altum,
circum circa rotat pedibus, parat undique bottas.
Cingaris altorium Baldus cum vidit adesse,
fraxineam menat tantis cum forcibus hastam,
quod, mandans illam plus centum millia pezzis,
non pocos homines colpo atterravit in illo.
Quamprimum fractam gens pessima viderat hastam,
protinus insemmam calcatim stringitur, atque
ut montagna ruunt paladinum contra baronem.
Non tenet in manibus, nisi guantos, ille coëllum,
unde serat pugnos; hinc dentibus ore chiavatis,
dentibus et pugnis, calcis quoque proelia miscet.
Nec tirat in fallum, colpo cadit unus ab omni,
aut si forte aliquem ferit in culamine calzo,
ille volans tanquam cornacchia levatur ad auras,

atque sibi collum solaro spezzat in alto.
Cingar habens oculos intentos semper amico,
scilicet ad Baldum volgens spessissime guardos,
heu videt a tantis fracto lanzone seratum.
Ergo ruit, qualis porcus singiarus, in illos,
seque valoroso paladino tirat appressum,
ac ibi cum speto sibi circum circa tavanos
cazzat, et oblongo sforacchiat acumine panzas.
Mox rutilam Baldi spadam cavat extra guainam,
quam porgens illi magna cum voce cridavit:
- Ecce tuus iam brandus adest, hunc accipe, Balde,
quem facias similem coralo sanguine rossum. -
Baldus alegrus eum subito balzando piavit,
perstringensque simul manibus furibunde duabus,
comenzat tantum crudeliter ille macellum,
quantum non fecit in Roncisvalle Rinaldus.
Nil nisi per celsum camerae troncata solarum
brachia cernebas, testas, gambasque volantes.
Quali cum furia taurus sub amore vedellae,
quando canegiatur mastinis undique grossis,
nunc pedibus spolpat, nunc illos cornibus urtat,
spernazzat sabiam, duros trat in aëra calzos,

oreque mugisono bavas vomit igne brasatas.
Taliter incensus generosus campio Baldus
testas et gambas zoncat, brazzosque, manusque,
subvoltatque oculos stizza rabieque fogatos,
estque sibi corpus inimico sanguine bruttum.
Cingar adest lateri, multo sofiamine pugnat,
mandrittosque tirat, montanos, manque roversos.
Clamitat hinc Baldum, cunctis odentibus: - Heus, o
Balde, veni post me, scalam per forza calare
iam volo; quis brandus, quae partesana vetabit? -
Sic memorans, stipata rubro secat agmina speto,
commenzatque grados scalae descendere primus.
Pone sequit Baldus, reparatque a Cingare colpos,
oblitusque suae non est vir munera scortae.
At gens tota ruens slanzabat saxa, quadrellos,
spezzatique procul veniunt in frotta matones,
et, quod peius, aquae caldaria plena boientae
versantur summis de tectis supra bagordum.
Nec guardatur ibi quis amicus, quis ve nemicus,
unde bufaliaci centum mansere pelati,
ut malathia pelat nunc malfranzosa famatos
mille putaneros, ut brodica tegna pitoccos.

Non tamen absque acqua tunc calda, Cingar, abisti,
namque tui capitis multi cecidere capilli,
teque «co' pellatum, co' pellatum» quique vocabat.
Non cessant alii rubeas effundere brasas,
atque alii lazzos, seu cordae sive cadenae,
si capiant Baldum, veluti fecere davantum.
Sed scampata semel, nunquam mulacchia ritornat.
Et iam Cingar erat scalae smontatus ad imum,
Baldus eum nusquam vista gressuque relinquit.
Corticella fuit, medio situata casazzae,
per quam passando venias ad limina stallae.
Huc it Cingar, equos in punto straverat ante,
dat pede buttatam portae, sotosoraque mandat,
anteque quam Baldus stallam sottintrat apertam.
Tunc Baldus, dum Cingar equo saltare procazzat,
tanquam pillastrum firmat se limine portae,
quam intrare quidem nec Mandricardus, et ipse
Sacripas, et Rodomons, Baldo assistente, valerent,
namque ibi tam scuram coepit replicare baruffam,
ut de ammazzatis in poco tempore fit mons.
Qualem respectum seu sguizzer, sive todescus
fantacinus habet subeundi limina rocchae,

quae datur ad saccum, multis fornita richezzis,
ast intrare casam, superasque evadere ad arces
hoc opus, hic labor est, bragasque bagnare bisognat,
dum videt ingentem sibi stantem contra canonem,
atque minazantem iam iam spudare balottam,
talem conseium piat omnis turba manendi,
retroque tirandi, dum fulminat ense diavol
Baldus, et instar habet colubrinae ad vulnera ferrum.
Cingar adobarat (velut usat guerra) cavallos,
frontales fibians testis, bardasque fianchis,
aptaratque finas in largo pectore maias.
Supra Rocafortam balzat, mazzamque feratam
corripit, imbrazzans de ferri cortice targam.
Inde velut fulgur saltans e limine stallae,
admonet ut Baldus montet tali arte cavallo.
Ille trahit se se dentrum, dum Cingar in ipso
sustinet introitu guerram, contraque repugnat.
Inde super vastum se inficcat Spezzacadenam,
atque ambo strictis calcagnibus, instar aquosi
turbinis in segetes quando Iovis ira fracassat,
maior ubi calca est, faciunt slanzare cavallos,
qui modo cum calzis feriunt, modo cursibus urtant,

et modo per collum moribundos dente fracassant.
Frena cruentantes, oculorum lumen afogant,
seque tumescenti dum rectos pectore drizzant,
dumque iterum callant ferientes calcibus aequis
en videas volitare homines ad sydera mortos.
Nil fuit ad tantos Baiardus nempe cavallos,
quamvis diavolos septem portaret adossum;
calcibus ipsorum non ferri lamina durat,
omnia polvificant penitus, tridantque minutim.
Gaudet Baldus habens talem tantumque frisonem,
forzam soldati duplicat possanza cavalli,
sed gens tanta quidem banda renovatur ab omni
quod quam plus mazzant tam plus ibi nascere parent,
mortorumque ingens coelo montagna resurgit.
Iam straccatus erat Cingar, iam Baldus habebat
quamvis non essent mortales quinque feritas;
Cingar item clamat: - Calcagnos, Balde, menemus,
dummodo commoditas nobis offertur equorum. -
Baldus, id advisum laudans, seguitare comenzat,
et, scaramuzzantes gaiarditer omnibus illis,
egrediuntur eam fracto squadrone tavernam.
Iamque volant versus portam, sperone batuto,

dantque levi cursu ventis sua vela cavalli,
sed popolus currens dedretum sbraiat ad auras:
- Prendite ladrones, day day, tira, para, cilafnech.
Ecce Leonardus venientes viderat illos,
atque cavallorum stimulantes ilia duris
calcibus, et strictos manegiantes iugiter enses:
protinus, exagitans stoccum, fendente tirato
detrahit a spallis tundam denetto borellam
illi, cui stabat capitano guardia portae.
Tum gens, quae guardam facit hic, moriente primaro,
porgit ad arma manus, praecepsque in vulnera currit,
circumdatque alto iuvenem clamore Lonardum,
qui iam stoccatas susceperat undique spissas,
at stringens validum tandem furiose cavallum
illud serraium balzo superavit in uno.
Extraque zanettas, giavarinas, extraque lanzas
ille cavallus eum rapido balzamine portat.
Tota Leonardi gens praestiter arma parecciat;
quando suum videre ducem sic undique pressum,
non stant in susum guardare per aëra corvos,
cornacchiasque retro milvum strepitescere cro cro,
at subito in calca stricti, groppoque riducti,

auxilium charo dant, spreta morte, signoro.
Hic quadraginta viri contra tria millia pugnant,
hic videas totidem spadas perfringere scudos,
et brazzos, gambasque simul, spallasque tridari.
Hic variae voces morientum sydera toccant:
nec mirum, romana (licet pochetina) propago
est ea quae Arlottos cazzat, gentemque Macerae,
est ea, cui centum Turchi, totidemque Sofini,
milleque Soldani quondam flexere zenocchios.
Est ea, quae pauci numero tertanta fugarunt
agmina, monstrantes plenas de pulvere fazzas.
Est ea, quae letris grecos, armisque morescos,
consiliisque probis gentem superavit utranque.
Est ea, quae bastans quondam fuit alta deorsum
culmina per forzam demittere montagnarum,
atque colonnazzis sodis, magnisque pilastris
aedificare casas, quae tangant nubila cuppis,
imbrattentque suis fumantibus astra caminis.
Est ea, quae, seguitans romanum quippe Lonardum,
tam facit in guerra numero pochissima, quantum
non sguizeri faciant, non altrae mille canaiae.
Qui clamat sanctum Petrum, sanctamque Mariam,

qui cridat «oyme Deus», qui spudat ab ore fiatum,
qui cascatus humo pedibus follatur equinis,
qui fugit et portat scopertam ventre coradam,
hic ferit, ille parat, fugat hic, fugit ille fugantem.
Ast ubi cum Baldo Cingar comitante propinquat,
en procul apparet totius gloria mundi
Zambellus, terretque suis Acheronta menazzis:
- State, ribaldones - cridabat, - state, ladrazzi.
Nunc ego sum, iussu messeri, boia creatus.
Haec impresa datur mihi, vos cagione picandi.
Et licet huic tantae non sim sat agevolus arti,
pur vendicandi faciet me voia peritum. -
Sic ait, et, rascum porgens incontra bifurcum,
se parat et trippam vult infilzare cavallis.
Baldus per collum, dum passat, corripit illum,
ac destrezza illa, qua nibius atque poiana
de tellure levat sorichettum forte vedutum,
sic super arzonem Zambellum Baldus aferrat,
perque pedes brancans dextra, per colla sinistra,
ut brancare solet mazzans fantesca galinam,
strangolat heu miserum, mandatque trovare Chiarinam.
Occiderat magni iam tota brigata Lonardi:

quilibet illorum certabat contra dosentos,
nec minus andasset Leonardus alhora sepulchro,
ni soravenisset metuenda potentia Baldi,
qui cernens iuvenem pro seque, suoque decore,
intra tot innumeros armatos temnere mortem,
excavat horribilem indignato pectore cridum,
perstringitque ensem, tali sfronzante roverso,
quod septem testas de bustis misit arenae.
Mox ecce ad summam palazzi stare fenestram
praetorem videt, exclamantem voce bravosa:
- Eya agite, o validi veterani, acresque phalangae,
iam zaffate ladros, nostram ruinate ruinam,
tollite de mundo puzzam; quo indusia tanta?
Cur tres solettos non prendere mille potestis?
Tanta codardia est in nostris ergo guereris?
Villacaria quidem non talis in orbe catatur. -
Baldus ad offesas revocat pensiria vecchias,
intrat pallazzum per centum millia spadas,
ad scalaeque pedem sbalzat de Spezzacadena;
Spezzacadena manet, nec se comprendere lassat,
quum quis acostatur giocat de schena bizarrus,
datque suum restum sellam toccare volenti,

tanta cavallorum sapientia saepe catata est.
Iunxerat interea super alta palatia Baldus,
cui de cervellis et sanguine spada colabat,
et quamvis habeat naturae munere possam,
huic tamen est odium maioris copia forzae.
Gaioffum penitus vult ammazzare tyrannum,
non tam quod fuerit cum fraude piatus ab illo,
sed citadinorum quod erat mala botta piorum.
Non adsunt contra Baldum bis quinque fameiae,
quae sub Sordello Martem exercere solebant.
Agnelli, Abbates, Capriani, gensque Folenga,
Gorni et Alebrandi, Tosabezzi, deinde Copini,
atque Conegrani, Cappi: genus istud ab ovo
nobile Mantoam prodezzis sustulit urbem.
Dum tamen it Baldus tam bruttum extinguere monstrum,
illi continuo clamore butantur adossum
saxa, traves, caldusque cinis, brodaeque cogorum.
Is nondimenum se se cavat extra ruinas,
nec produs a minima schittatur labe carognae.
Denique perveniens, ubi prorsus nulla scapandi
est via Gaioffo, nisi balzet ab ore fenestrae,

milleque cavezzos despicchet ab aëre saltum,
storthiat ingentem brando stridente roversum,
at non colsit eum, cur? nescio; basta quod ille
colpus it in fallum, sed non ita semper abibit.
Maxima percussa est valido tamen ense colonna,
quae tribus in pezzis terrae mandata ruinat,
atque cadit secum grossae pars vasta muraiae,
innumerique homines mistis periere quadrellis.
Non tamen interea desistit currere barro,
Gaioffum incalzat, qui chiamat, cridat aiuttum.
Vertitur interdum Baldo, supplexque domandat
perdonum, spondetque sibi dare velle tesorum,
si misero voiat vitam concedere vivam.
Sdegnatur barro, dare cui responsa refudat.
Quo magis ille pregat, surdis magis audit orecchis.
Si dare tunc Zenovae voluisset munere bancos,
et quantos trafegat gens florentina ducattos,
non accepisset probitas generosa guereri.
Quisque auro incagat proprio si guardat honori.
De quodam cantone illum finaliter extrat.
Nil facit hic hominum cridor, arma, bravosaque dicta,
per medias transit spadas, tutaviaque portat

sub valido brazzo miserum, manus altera brando
membra metit, dum velle parat descendere scalam.
Scalam descendit, costat per forza cavallo,
balzat in arzonem, nec staffam planta tocavit.
Non altramentum vidi quandoque per agros
agnellum portare lupum, vulpemve galinam,
quam seu mastini baiantes, sive vilani,
scodere non possunt cum factis, cumque parolis,
ut regem Arlottum fert Baldus robore brazzi.
Cingar at interea spadam menare calarat,
iamque abbassatus pons est, et aperta scapandi
fit via, quod cernens Baldus vocat ante Lonardum,
tresque simul fugitant, nam de squadrone Lonardi
nullus avanzarat, nec vivus restitit unus;
tres inquam, scapolant, nec non carneria portant.
Non illos curant stracchi seguitare gazani,
seque Deum laudant tribus evasisse diablis.
Tornant quisque domum propriam, pluresque feruntur
de peso in baris, seu morti sive feriti;
qui brazzum truncus, qui gambam, quive colengum,
claudicat ille genu mancus, caret ipse galono,
alter dum nasum cercat non retrovat, alter

non sibi grattabit testam mancantibus ungis.
Tunc herbolatti Scardaffus, Aquarius, et qui
Rigus aquae freschae cristeria fare solebat,
accumulaverunt de paucis quippe guaritis,
deque sibi occisis non pochis, mille cichinos.
Unde patet ratio, resolutave questio claret,
quare tres illi de Baldi laudibus orbem
implevere, librosque simul scripsere galantos,
namque guadagnandi data causa, daturque canendi.
Nec ferat Augustum sub sydera bocca Maronis,
sentiat Augusti Raines nisi borsa Maronis.
At Baldus tandem, Cingar, iuvenisque Lonardus,
post tredecim milios de trotto deque galoppo,
Veronae adveniunt campagnam desuper illam,
in qua continuos tres giornos saxa pluerunt.
Hic ibi iam straccos desmontavere cavallos,
inde Potestatem nulla mercede ligantes
totum vimineis tambussavere flagellis.
Cingar hoc offitium solus facit arte tilata:
Baldus it ad spassum, secum ragionante Lonardo,
namque etiam immerito possent pietate tocari,
si videant sumptas pravo de corpore poenas.

Cingar habet mores alios, ligat ipse misellum,
ipse baricolos taiat membrumque ribaldum,
quod toties busos intrarat lege vetatos.
Haec mangiare facit per forza more figati.
Ille tapinellus sua devorat inguina tali
cum guisa, quali gnavolando gatta cipollam.
Postea narisas snervat sine forpice nasi,
scarpat et orecchias, oculos, dentesque tenaia:
sic ve male acconzum, male sic liquere tratatum,
qui factus tandem duris vivanda tavanis
tradidit infelix animam, spiritumque diablo.
Iamque cavalcabant per cuncta traversa viarum,
quum Cingar memorat borsam, cavat extra braghettam,
et sociis monstrans: - Hic - inquit, - mille ducattos,
mille ducatellos noster venerabilis ostus
depositat, preciumque sua de merce tiravit.
Quam sunt vera quidem proverbia vecchia Catonis:
«Qui male somentat campum, male semen adunat».
Ille novus Gainus, se ne discordet ab ostis,
quum sensit bandum nostra pro morte cridatum,
cinquecenta dari dopiona in praemia taiae,
nos manifestavit, sceleratumque abstulit aurum

hospitium fraudans, velut est usanza ladronis.
Est inter stultos stultissimus ille tenendus,
qui se, resque suas ostis vult credere ladris.
Nonne geometras asinos, strologosque cavallos
misurare magis coelum, numerareque stellas
aspiciam, quam posse putem retrovare per orbem
ostum solettum, qui sit bonus atque dabenus?
Non osti ostorum faciunt, servantque leanzam,
at sassinandi melius documenta ministrant,
quam qui per boscos latitant, spoiantque romeros.
It, verbi gratia, pelegrinus, sive pedester,
sive cavalaster, iam straccus, iamque famatus:
optat aloggiari, tandem patet ecce taverna,
extra balconem demonstrat pertica circhium,
quae procul aspicitur modico ficcata scovino,
ad quam vel gambar, vel lignea spada tacatur.
Quando tavernarus sentit pistare cavallos,
aut cum ferratis calcagnis tundere petras,
aut de lombardo vix gambas trare lavacchio,
sive cavallino cantu chiamare biavam,
protinus apparet cinctus gremiale bisunto,
accurensque, caput vultu tibi sbrettat alegro,

et quamvis illam non voias ire tavernam
te tamen inchinas ad centum mille carezzas.
Ad staffam prius ille tuam compagniter intrat,
te rogat ut smontes, facit hinc, facit inde pregheras.
Scongiurat quod habet pollastros atque capones,
deque vitellina, quem fecit alhora, guacettum,
pro cuius bontate queant consurgere morti.
Non mancant illi de frappis, deque baianis,
deque bosiarum zorneia, rostus, alessus;
tres vini sortes tunc tunc et alhora galanti
vult spinare tibi, quae tentes utra miora
sint tibi, seu stomacho caveas, seu rite secundes
gutturis ingenio, quod non nisi dulcia gradat.
Vult dare dulce prius pro suppa, deinde racentum
et quod dum bibitur ventris penetralia raspat.
Oh quid non spondet, oh quid non ille viluppat!
Non mancant albi lenzoles, ipsaque nullis
sunt habitata quidem pulicum lettiria squadris,
nullus inest putridus cimex; tum stalla cavallis
calda parecchiatur, strammo fornita probato.
Inde (quod est melius) osti bonachiera legiadrum
construet albergum, quo non veracius altrum.

Cuncta sed intratus retrovas contraria tandem.
O poverinus homo! pensas intrasse capellam,
atque sacristiam, nec non cimiteria templi,
seu terram sanctam, catacumbas, antra Calisti,
tam bene nunc tibi veracissima verba polibat.
Tu tamen intrasti tanam, grottamque latronis,
sassinique hominis recipit custodia te te,
subque fide Caci, subque ipsa pace Recolli.
Praeteritae coenae primo rescaldat avanzum,
et giurat quantos vivunt super aethera sanctos,
atque sacramentat quod alhoram coxerit illud.
Cuncta tibi ranzum seu lardum, sive botirum,
semper olent, fumoque simul, stizzoque renident.
Heu quid non mangias, quid non meschine tracannas.
Osta tibi condit (si nescis) lorda menestras,
osta tibi miscet, palpatque rognosa vivandas,
osta lavat puerum, manibusque culamina forbit,
inde parat carnes, quas tu mangiare parecchias.
- Oste - cridas, - non oste audis? dic, oste, quid istud
fortescit vinum? qua de regione racoltum?
Est ubi promissum modo Corsum, Mangiaque guerra,
Sanque Severinum, Gregum, coelique bevanda? -

Ille, vel est factus tam curto tempore surdus,
vel si respondet, tam scit confingere soias,
ut totam voiat tu dicas contra rasonem:
esse mel et zucarum, quod erit mufa marza vaselli.
Si tamen impatiens pergis clamare «ser ostum»
ille bravariis, verbisque taiantibus asper,
tentat ut arte ista mangies in pace biavam.
Sed nimium coenare cave, nam quisque boconus
ponitur ad librum, numero signatus abacchi.
Sta super avisum, sis acasam, vade pianum,
nuntio quod tandem portabit borsa ruinam.
Dum tendis satiare gulam, scarsella vodatur.
Mox tibi lenzolos fingit mutare biancos,
quos nunc nunc alio peregrino andante pigarat,
ut possit creditum reccare pigatio talis.
Sanguine si venas opilatas forsan haberes,
ne dubita, quoniam cimexque pulexque salassant.
An te cornettis melius guarrire valebunt
bagna Luchae, quam gens habitans lettiria regna?
Sed postquam totas noctis numeraveris horas,
cimica dum vibrant pungentes agmina piccas,
surgis, habesque oculos salsa de carne fodratos,

plus quam brasilio rubeos et gambare cocto.
Ad stallam descendis, equum guarnire famatum,
namque sibi furtim subtraxit nocte prevendam,
et rastelleram strammis foenoque vodarat.
Tandem blasfemans abis hinc, abiensque tapinus
te retrovas ladro robbatum semper ab osto.
Talia veriloquo dum murmure Cingar adentat,
dumque, quod ipse facit, reprendere curat in altris,
huc mihi rostitum portes, Mafelina, caponem.
«Est modus in rebus», dicit Pizzanfara doctor.
Tirrando funis, sforzando rumpitur arcus.
Nunc tempus studiare libros, nunc volgere spetum,
nunc lunum et laltrum pariter tractare valemus;
si bene Scarpelli memoro documenta scolaris,
qui Pauli Veneti chartis salsizza coquebat,
tempore quo studium florebat in urbe Cipadae.

LIBER DUODECIMUS

Tempus erat quando sol Tauri cornua scaldat,
qui gerit Europam dorso per aromata coeli.
Impregnata novo tellus hinc rore novellam
accipit intornum recamatam flore camoram,
frondantur boschi passim, virdasque sub alto
sole caviatas sparpagnant undique sylvae,
provocat ad somnum perque herbas perque sotumbras
rossignolus avis, quae numquam stracca videtur
nocte dieque suam cum gorga dicere solfam,
sive domet carro cozzonus Apollo poledros,
sive Diana suam spruzzet de nocte rosadam.
Fontanae largos vomitant per gramina rivos,
undiculisque simul tremulis nova pratora bagnant,
quae dea florettis variis primavera galantat.
Quando simul Baldus, Cingar, produsque Lonardus
non procul a Chioza desmontavere cavallos,
inque novum pratum buttarunt membra sub umbras.
Hic pinus crebram sublimat in aethera cimam,
quae foliis prohibet solis penetrare brusorem,
atque satis frescam sub frondibus explicat umbram.
Hic slazzant elmos capiti, ponuntque corazzas,

accipiuntque novos zephiro boffante vigores;
hic ve diceriis longis variisque parolis
antiquum Baldo retegit Leonardus amorem,
unde sodalicium nunquam smembrabile nascit,
namque ragionantes simul agroppantur amici.
Talia sed placidis dum verbis ambo susurrant,
Cingar equos leviat sellis, ponitque cavezzas,
quos voltare super strammum, stallareque fecit.
Dumque facit stallare, simul facit ore corezas,
atque petezando lingua pronuntiat «o o».
Est mare non procul hinc Adriae, golfusque Samarchi,
ad quem Cingar abit propter sguazzare cavallos,
et sic sic abiens titaloram cantat alegrus.
Ut fuit in portu Chiozae, cito brancat acortus
de tascha in griffas borsam, ne fraude taietur.
Illius est gentis sic dos, genuinaque virtus.
Hic trovat ingenti sistentem mole caraccam,
quae ventrosa tenet buttas sex mille dedentrum.
Haec in Turchiam, multis de rebus onusta,
ire parat, dum prosper ei conceditur Auster.
Immediate vocat Cingar cennatque parono,
cui parlat, spondetque bonam pagare monetam,

si compagneros vult tres, totidemque cavallos
ducere Turchiam versus, patriamque mororum.
- Est cosa difficilis - respondet nauta, - nec ullam
sat scio cagionem talis retrovare facendae,
namque modo venient pegorari trenta tesini,
ex illis, inquam, quibus est gran copia lanae,
paneque de meio saturi, grassaque polenta.
Hanc debent navem pegoris onerare tesinis. -
Cui Cingar: - Quid ad hoc? age, mi nocchiere, galantos
accipe compagnos, duplici mercede pagabo.
Tres sumus et pocum spatium gens poca domandat. -
Consensit patronus ei finaliter, atque
supplicat ut veniant frettantes ante tesinos.
- Sic faciam - dixit Cingar, voltatque cavallos.
Mox redit ad socios, qui laeto corde levantes
disposuere maris, terraeque videre paësos.
Sic versus pelagum franceso more trotantes,
ad prodam veniunt ubi maxima barza moratur,
quae non barza quidem sed rocca videtur in undis.
Hic mercadantes pars turchi, parsque todeschi
mercibus intendunt propriis caricare maranum.
Hic videas etiam certatim mille fachinos

per sex marchettos asinorum ferre fagottos,
tanta guadagnandi facit ingordigia pazzos.
Sunt bergamaschi maiore ex parte fachini,
non bergamaschos habitantes dico per urbem
Bergomeam, quorum prudentia magna relucet,
sed quos passutos castagnis atque panizza
mandat Clusonis totum montagna per orbem.
Nil penitus secum portant veniendo deorsum,
sed quando sursum redeunt pro quanta gaiardas
robba super spallas calcatim fertur ab illis!
Sunt homines bassi, grassi, grossique quaderno,
semper habent pectus, stomacumve pilamine foltum:
struzzus nempe minus poterit smaltire piombum,
quam possunt duri ferrum padire fachini.
Mangiant ottantas per pastum quemlibet onzas
pinguis formazzi, sic stantes in pede saldi,
formazzi quoniam solidant mangiamine schenam.
«Caseus ingrossat - dicit Pizzanfara - sennum».
Attamen in nostris haec norma est falsa fachinis,
sunt ne rudes illi proprias defendere causas?
Plus bergamasco dat vermocanus ab ore
quam centum chiachiarae quibus florentinus abundat.

Patria non ulla est quae non sit plena fachinis,
undique sunt moschae, zocolantes undique fratres,
undique non mancum videas habitare fachinos.
Arte fachinandi non se gens altra fadigat,
sunt bergamasca soli de stirpe fachini.
Nobilium stanza habitant, retrovantque frequenter
se modo messerum, modo se agradire madonnam.
Hic ergo studiant navim caricare fachini,
atque ferunt pesos quas portet apena camellus.
Baldus at imbarcat sese pariterque sodales,
subductosque logant certo cantone cavallos.
Ecce procul veniunt cifilantes saepe tesini,
pastoresque gregis tanti quod terra coverta est.
Partesenazzas ruginentas tergore portant,
mastinosque tenent semper gallone cagnazzos,
quorum forza lupos, si sit misterus, amazzat.
Sunt pegorae numero plus quam ter millia cunctae,
sunt omnes albae, sine cornibus, unde bisetti,
atque alii veniunt grosso de vellere panni.
Ergo per orecchias in navim prima tiratur,
quam seguitant aliae, nulla retinente paura,
nam pegoris natura dedit seguitare priorem.

Sed quando Baldum sociosque tesina canaia
conspicit in navem ferrato corpore stantes,
meioremque locum sic impedisse cavallis:
- Heus - aiunt, - patrone ratis, quid foedera rumpis?
Nonne spopondisti non altros tollere navi?
Sic servas promissa? fides ita vestra tenetur,
o barcaroli? gens o, cui dire bosias
est proprium, falsumque levi iurare bisogno?
Mattus es, et nescis quid agas, chiozotte, nec istam
sat mercantiam noscis, tristemque guadagnum.
Tu ne brisighellos soldatos, tu ne diablos
suscipis armatos? quare non eiicis illos?
Eiice franzosos, inimicos eiice nostros.
Non contadinus cum milite convenit onzam.
Nosque sofriremus carnes mangiare vicissim.
Tot bastonatas, quot ab illis saepe provamus,
rendere voia venit, nunc ergo licentia detur,
detur, eis, inquam, combiatus, eantque latrones
per sua facta viam; sunt boschi, suntque cavernae:
hic melius habitant ladri, quam scandere naves,
inter et ingenuos homines hic stare giotones.
Ni vadant, illos per forza butabimus undis. -

Sic maior villanus ait, bravatque superbus.
Nil respondet ei patronus, stoppat orecchias
stramine vergognae, quam mascara nulla covertat.
Baldus at intendens brutti maledicta caprari
scorzat in instanti spadam, scutumque lacerto
implicat, et contra bravos parat ire marassos.
Cingar eum retinet subito, retinensque susurrat,
aureque favellat tacitus, faciendo pregheras
ut sibi vindictae caricum causamque relinquat.
- Non est - parlabat tacitus, - mi Balde, facenda
ista tui genii, sed erit mage Cingaris arti
congrua; siste, precor, nunc nunc miranda videbis.
Non est villani toleranda superbia stronzi,
altri ridebunt, altri, mihi credite, flebunt. -
Baldus ei paret, sfodroque recondidit ensem.
Sopiat interea placido boffamine ventus,
it mare crispatum levibus tremolantibus undis,
discostatus abit curvo de littore grippus,
paulatimque tenet medium, lassatque terenum,
qui fugit et secum fert urbes, fertque paësos.
Apparent nullae iam sylvae, cuncta videntur
plena mari et coelo, nautaeque canendo repossant.

Fraudifer ergo videns Cingar iam stare propinquum
tempus oportunum, sua quo pensiria cordis
mandet ad effectum, sese cativellus acostat
villano dicens: - O quantae copia carnis!
Vis, compagne, mihi castronem vendere grassum? -
Respondet pegorarus: - Ego? tres, octo, quatordes,
si tibi non unus bastat; modo solvere voias,
ac des almancum carlinos octo per unum. -
Tunc Cingar, facto mercati federe, sborsat
octo ramezantes, tolto castrone, barillos,
quos sub terreno falsos stampaverat ipse.
Hic mercadantes adsunt, hic altra brigata,
et ricchi et poveri, laici, fratresque, pretique
expectant aliquem castronis habere boconem.
Sed Baldus, meditans truffam iam caute parari,
mussat in orecchia Leonardi: - Nascitur - inquit, -
fabula bella, tace, quaeso, risumque parecchia. -
Cingar montonem comprum praesente brigata,
post modicum spatium per binas zaffat orecchias,
buttat et in pelagum sospingens navis ab orlo.
Res mira et fors fors ad credere dura brigatis,
illico grex totus certatim saltat ab alto

navigio in moiam, pecorella nec una remansit,
quae non sbalzaret, quae non tommaret in undas.
Totum lanigeris completur piscibus aequor,
atque aliud pascunt agni quam gramen et herbas.
Se sforzant illas revocando tenere tesini,
verum nil faciunt, indarnum quisque laborat,
namque omnes pariter sgombrarunt denique navem.
Tempore diluvi, super alta cacumina pisces
lustrabant sylvas, perque ulmos, perque pioppas
errabant laeti, mirantes prata, fiores.
Grex modo lanosus sub gurgite pascolat algas,
contra suamque voiam mangiat, bibit, atque negatur.
Neptunus magnum acquistavit alhora botinum,
qui maraveiabat pegoras descendere tantas,
de quibus et nymphis, chortisque baronibus unam
donavit coenam: mangiarunt omnia plenis
ventribus affattum, gattisque dolentibus ossa,
ossa polita nimis sub mensis esse gitata.
Baldus de risu crepat, schioppatque Lonardus,
atque alii rumpunt strepitosis pectora grignis.
Cingar nil ridet, sed fingit habere dolorem,
esseque disgratiam simulat quod aposta cadutum est.

Praecipiti tutavia gregi succurrere fingit,
at magis in pelagum tam dextriter urtat, ut ipsas
esse suas giures pegoras, ita providus atque
tam taccagnus usat bellos infingere garbos.
Sed quia quaeque cadens nullo pecorella ritegno
cantabat proprium miserando carmine - Be be, -
hinc vicinam urbem nostri de nomine Bebbas
dixerunt patres: Bebbas antiqua brigata,
bebbensesque oras, populos et castra vocavit.
Hi quondam veteres bello domuere Popozzas,
subque suo gentem Malgarae iure tenebant.
Ergo trabucatis gregibus penitusque negatis,
ad partesanas dant chiappum trenta vilani,
in frottamque ruunt magno rumore cridantes.
Protinus hic Cingar zanettae corripit hastam,
inde vocat Baldum feriens, vocat inde Lonardum,
qui pariter sfodrant brandos brazzantque rodellas,
unde vilanzones pentiti retro tirantur,
quando gaiardorum animos videre baronum.
Cingar ait: - Vos ne audetis bravare, vilani,
vos ne superbitis gens tangara, gensque marassa?
Dicite, poltrones maladetti, dicite, ladri,

quo vestram causam deffendere iure potestis?
Ista ne stat forsan vestris usanza paësis
sic sic per dominum nostrum ammazzare brigatam?
Nonne meam possum, sicut volo, spendere robbam?
Castronus meus ille fuit, mea tasca pagavit,
vosque ravaiosi carlinos octo tirastis.
Nonne meis de rebus ego disponere possum,
ut mea libertas mandat, mea voia comandat?
Hi gentilhomines dicant, dicantque piottae,
imo sacerdotes isti, patresque capuzzi,
qui confessantes alios non dire bosiam
possunt, per quantos sanctos paradisus aloggiat,
dicant hi verum: nullus respectus habendus,
tortus ubi guastat drittum; deponimus, horsu,
ecce arma, hi dicant quam in bandam causa doveri
caschet, et ipsorum pendat lis nostra parero.
Si mihi tortus erit, vestram sperate rasonem,
sufficiens ego sum pegorarum solvere mundum.
Si vobis, iubeo, ruginentas ponite dagas;
nos altramentum, quid sit soldatus in armis,
vobis cum factis mostrabimus, absque parolis.
Est sacrificium sanctum coeloque graditum,

est charitatis opus vos scortegare vilanos.
Stat male nobilium sub corde superbia semper,
pessima sed culpa est villanos esse superbos,
nec toto in mundo reperitur abusio maior.
Progenies malnata quidem villana vocatur.
Picchetur quicumque favet tutatque vilanos.
Non nisi vilanus, quisquis miseretur eorum.
Tunc ego crediderim leporesque, canesque coire,
seque lupi miscere ovibus cernentur, et una
stabunt pernices et quaiae cum sparavero,
si contadinum quisquam trovat esse dabenum.
Vis civem superare? bonas huic parla parolas.
Vis contadinum? bastonibus utere tantum.
Magnates dictis placidis, mercede puellas,
fanciullos stroppa vincis, bastone vilanos.
Pasce asinos paia, porcellos glande, cavallos
atque boves foeno, villanos pasce tracagno.
Centum falsa piat giurans sagramenta vilanus,
ammazzatque homines uno pro pane gaioffus.
Villanus gesiae servare statuta recusat,
et dicit quod non uxori bestia differt.
Non guardat matrem, non natam, nonque sorellam.

Cuncta bono stomacho gens haec spelorza tracannat,
atque facit somam (ut dicunt) ex omnibus herbis.
Semper habent ossum poltronis quando lavorant,
sed, quando ballant sub glandibus atque sub ulmis,
ad viridesque ruunt piva clamante pioppas,
et calcagnadis terram sine fine travaiant,
tot parent dayni, tot caprae, totque camozzae,
blasphemantque Deum, sanctos, sanctamque Mariam.
Dixerat haec Cingar stans in guardare cagnesco,
zanettamque tenet bassam tirare paratus,
si sibi villani dare noiam forte comenzent.
At nolunt timidi gattam affrontare gaioffi.
Non tunc tempus erat sat aconzum, satque speditum,
non sat eis, inquam, tutum, nec alhora parebat
congruus ille locus, sed ad altras texitur horas
proditio, coleraeque focos in pectore servant.
Stant timidi, quacchiosque tenet praesentia Baldi.
Aeolus interea, ventorum duca, tirannus,
scoeptra pians, testam montagnae scandit aguzzam.
Hinc voltans oculos spatiosa per aequora tundos,
non vidit alcunam circum confinia navem,
nam quae terribilis carricatur pondere Baldi

tam lontana fuit, quod ochyalibus Aeolus ipsis
(multum vecchius erat) non comprendivit ab undis.
Ipse procul dubio, si tantum nare baronem
scisset, adiratos tenuisset carcere ventos.
Concava montagna est, quae culmine toccat Olympum,
fundamenta tenens maris inficcata sub undis.
Grossibus asprezat pendicibus, atque petrazzis,
nullae ubi frondescunt sylvae, nullaeque virescunt
herbae, non ulla greges prataria saginat.
Verticis ad cimam chiavatur porta cadenis,
quae ferro tota est, Vulcani facta boteghis:
haec serat obscurum vastis sub rupibus antrum,
in quo chiavantur tanquam in carcere venti,
hic ve cadenati vario boffamine cridant,
ut cridant pingues inter porcilia porci,
quando brodae nimium tardae portantur ad albi.
Sunt ibi, dico, Noti, sunt Austri, suntque Syrocchi,
iugiter attendunt qua porta recluditur illis,
mille annos una hora paret saltare deforam,
atque procelloso pelagum vexare travaio.
Qualis cazzator braccos, agilesque levreros,

in praesone tenet, nec dat mangiare coëllum,
quo bene plus valeant morsu boccare famato,
atque dretum capris levius spazzare caminum.
Nocte, die bau bau importunis versibus urlant
nec lassant homines unquam dormire vesinos,
nam poca, nam nulla est non tam discretio bracchis,
quam quibus est curae ter centos pascere bracchos.
Talis in obscuro ventos rex Aeolus antro
chiavat, ut optantes groppis exire solutis
huc illuc rabidi crudelius aequora versent.
O miseram navem, miserum magis imo paronem,
quem sprovista rapit ventorum squadra ruentum,
quem cum compagnis ferus ille Sirocchus acoiat!
O quantum praestat sit praticus arte vogandi,
qui pugnat rabidam sopiantum contra brigatam!
Aeolus ergo, volens solazzum tradere ventis,
ecce cadenazzos tirat extra foramina grossos,
ferratasque aperit portas, intratque dedentrum,
qua propter venti rident, festamque comenzant,
vixque tenent illos boghae saltare volentes.
Increpat illorum smaniam, cridansque menazzat
Aeolus, et schenas crebro bastone richioccat,

quippe furunt, ruptisque optant borrire cadenis,
atque mare, et terras, coelumque butare stravoltum.
Est ibi Syrocchus vento crudelior omni,
est ibi Garbinus, Gregus, Levantus et Oster,
estque Tramontanae bastardus Borra, Libecchius,
Libecchius bavam qui nigro fundit ab ore,
fodratosque oculos portat de carne salata.
Non maium sofiat, ni centum mille diablos
sorbeat in ventrem, mox astra fretumque roverset.
Sed quum Garbinus pelagum fantasticus urtat,
si sibi contrastum non postea sentit habere,
semper maturo spatiatur in aequore passu.
Tramontana colit gelidos ventessa triones,
quae Boream genuit, coeli impregnata biolco,
qui supra carrum Cinosuram menat atornum.
Tramontana gelans vult nos portare pelizzas,
unde bisognosa est castronis lana tosari.
Borra todeschorum spirat furibundus ab Alpis.
Heu miseram barcam quae tunc in gurgite nodat,
quando repugnatur, quando hic stizzatur ab altris:
omnia fracassat, rumpit, spezzatque, rapitque.
Oster habet secum mala quanta trovantur in orbe,

atque cagatores, latrinas, atque cloacas
pestifer intenerat, populosque nocivus amorbat.
Cancrescunt homines, Francae baronia creatur,
quo plures mea Roma parit quam Francia Gallos.
Siroccus pater est furiae, stizzaeque padregnus,
qui sofians tremolare facit solaria mundi.
Est usanza sibi boffare culamine tantum,
terribilesque tirat per nubila coeca corezas,
quae nos pensamus magna esse tonitrua coeli.
Credite daverum non esse tonitrua coeli
ast appuntando pettos Siroccus amollat.
Gregus amans guerram semper combattere cercat,
et pacem alterius multo sturbare travaio.
Concipit ignivoma quosdam sub nube granellos,
tempestae qui nomen habent, grandoque vocantur.
Ista haec materies non freddi tempore cascat,
sed quando terram nimis ardens brusat Apollo,
humida cum calda speties unita ligatur,
donec concipitur quaedam solidatio giazzae,
sulphure quae redolet nasis et pulvere schioppi.
Gregus eam, veluti stranus spetiarus, in uno
vase frequentatis vicibus sotosora revoltat,

atque procellosae pluviae coriandola format.
Inde per intornum talis confectio cascat,
poltronosque facit coelum maledire vilanos.
Quidquid aquistatur per tempora longa biavae,
pessima tempestas una desertat in hora;
vignas disramat, lacerat, smiccatque racemos,
sgranat aristarum tecas, segetumque guainas.
Audis villanos, tali pro strage, ribaldos
blasphemare, manuque ficas ostendere coelo.
Eurus ab aurora lento se flamine portat,
placat et ardentes, dum transit, Apollo fasellas:
hunc navaroles pretiant, chiamantque galantum,
atque bonum socium, qui non flat more Libecchi,
moreque Garbini, quibus est usanza gabandi,
ac traditoresco nautas oselare sereno.
Non ita Greghettus, sed it aequa liberus aura,
seu feriat poppas, seu proras guidet ad orzam;
at si forte aliis impellitur impete ventis,
unde cagnezatus pelagum sotosora burattat,
nempe suae colerae dat nautis semper avisum,
qui stent prudentes (ut fertur) ac in cervello.
Est etiam Zephirus, quo non castronior alter,

qui nescit pelago modicum torcere peluzzum.
Hunc ve Maëstralem pratighissima Zennova chiamat,
qui fractos reparat marinaros, cuncta serenat,
scampatumque procul solem pro strage Sirocchi
praticat ut redeat, trepidusque retornet acasam.
Ergo scadenatis rex omnibus Aeolus uno
se cantone tirat, ne forte volaret et ipse,
namque suum ferrent per nubila forte magistrum.
Nox medio in giorno nigras diffuderat umbras,
vela viluppatas faciunt incerta foiadas.
Viderat ascortus signalia multa paronus,
pro quibus agnoscit prigolosum nascere tempus.
- Me miserum - clamat, - nuper brovabat Apollo,
nunc ve sub obscuro moriens nimbone vacillat.
Cernite delphinos quam curvo in tergore saltant,
atque cimigattas faciunt, tomosque frequentant.
Cernite stridentes gavinellos ire per undas,
montavitque altum gyrans aieronus Olympum. -
Sic ait, et tamen austros contrastare parecchiat.
Quid facit? abbassat paulatim vela cirellis,
et nudans brazzos se plantat retro timoni.
Plurima chiozottis famulis commandat, et uni

cuique dat impresas varias, certasque facendas:
qui sgroppant cordas, qui tirant, quique ralentant,
et centum raucas sentis cantare cirellas,
et centum voces hominum faciuntque iubentque.
Nobilis in quodam stabat cantone Lonardus,
cum Baldo ludens ad scaccum, quando travaius
maximus incoepit, non tantum murmure coeli,
sed villanorum tradimenta scoperta fuere.
Cingar enim quadam solettus parte iacebat,
qui, dormentatus dum ronfat more bovino,
non attendit eas iam vento instante ruinas:
cui non bombardae potuissent frangere somnum.
Villani, quorum pegoras modo Cingar in undas
miserat, assaltant illum, dum somnia versat,
ac per traversum zaffatum praestiter altum
in mare praecipitant, et sic iniuria tandem
vindicata fuit nec non satiata voluntas.
Ille, quasi annegans, nodandi perdidit artem,
sed tamen huic praesens pepulit vexatio somnum,
ne repletus aquis iam calzas tiret in undis,
nam sibi sorte bona pur avantum traxerat arma,
unde manus, brazzosque menans, gambasque speditas,

tam bene nodat aquis ut rana et lontra videtur.
Senserat interea Baldus, quod Cingar in undis
postulat altorium, buttat tavoleria longe,
atque videre ruit casum, sociatque Lonardus.
Pro dolor! ut retrovat, quod charus Cingar anegat,
cuius ob officium scamparat vincula mortis,
et quod villani iaculantes ligna, travellos,
nolunt quod manibus se se ille misellus atacchet,
quali sit captus non est pensare diablo.
Protinus e fodro spadam furiatus arancat,
ad primamque provam tres mandat in aequora testas,
qua botta subito spallas gens porcida voltat,
nec tentare volunt baldensis vulnera ferri.
Baldus at insequitur miseros hinc inde fugatos,
qui potius dant se pelago quam cernere Baldum,
quos repetare videns rubefacta per aequora Cingar
non cessat nodando illos seguitare per undas,
quos zaffans manibus totos per colla negabat.
Miserat et multos Leonardus in aequora mortos,
et porgens hastam de fluctu Cingara traxit.
Nec bene sustulerat madidum pagnosque sugantem,
ecce repentinus ventorum stolus arivat.

Borra prior, contraque furit rapidissimus Oster.
En Libecchius adest, sternit casamenta, caminos,
spolverizando volat stipulasque ad sydera balzat.
Sed rebruscatur valido sofiamine Greghi,
tergore qui curvo montagnas sburlat aquarum.
Sirroccus strepitat, stringasque culamine mollat,
pro quibus astra tonant, tremit orbis, nutat Olympus.
Pestifer Ostrus aquas implet, coelumque tenebris,
turbatumque fretum montagnas suscitat illas,
quae bagnare solent supremi sidera coeli,
castronesque maris vadunt pascendo per undas.
Iam cridor aetherias hominum sbattebat abyssos,
sentiturque ingens cordarum stridor et omnis
pontus habet pavidos vultus mortisque colores.
Nubila tetra volant, nigris agitata diablis,
fulgure flammigero tantum lampeggiat Olympus,
post quem fulgorem pettos Siroccus alentat,
inde procellosas agitat spruzzatque balottas.
Tramontana suos crines freddosque capillos
explicat, et tanquam lunatica fertur in undas.
Nocchieri frustra deponere vela fadigant,
maxima ventorum violentia quippe repugnat,

nunc ferus Oster habet palmam, nunc Borra superchiat,
irrugit pelagus et fluctibus astra lavacchiat.
Horribilem mortem nautis fortuna menazzat,
qui sine speranza voces ad nubila mandant,
atque simul feriunt duris sibi pectora pugnis.
At nullam tunc Baldus habet de morte pauram,
currit ad hortandos nunc questum nunc ve quelaltrum,
dat comito altorium, dat nautis, datque parono,
sollicitat cunctos, volgit, drizzatque timonem,
nil sibi sparagnat valido, iubet hic, facit illic.
Confortatrici solatur voce codardos.
Ut vult nocchierus, mollatque tiratque ritortas;
si mollare nequit, spezzat, manibusque fracassat.
Multa superchiando tempesta ruinat abassum,
nil tamen in testa, seu brettam sive capellum,
Baldus habet, dicitque illam montare nientum,
dummodo scampentur cuncti, vult ipse negari.
Iam Boreas victor sotosora butaverat altros,
mugit et imbrattat solus caligine mundum,
impetus aequoreos strabalzat in aethera montes,
infernique casas fundo scovertat ab imo,
desperata gemit navis, iam stanca nemighae

se tempestati rendit veniamque domandat.
- Ponite - clamabat navarolus, - ponite velam,
est bagnata nimis, pesat nimis, arbor alorzam
ibit et ad medium spezzabitur ille traversum. -
Illico festinant omnes parere magistro,
ast intricatas nequeunt dissolvere cordas,
imo cadens nimio pro vento quisque tramazzat.
Praestus alebardam prudens ibi Baldus achiappat,
cordazzasque novem fendento mozzat in uno
velaque scarpatis cighignolis prona ruinant.
Solus ibi Cingar cantone tremabat in uno,
atque morire timens cagarellam sentit abassum.
Limarum non hic surdarum copia, non hic
scarraboldelli prosunt, ladraeque tenaiae,
non hic ars simiae, non hic astutia vulpis:
undique mors urget, mors undique cruda menazzat.
Infinita facit cunctis vota ille beatis.
Iurat, quod cancar veniat sibi, velle per omnem
pergere descalzus mundum, saccove dobatus,
vult in Agrignano sanctum retrovare Danesum,
qui nunc vivit adhuc vastae sub fornice rupis,
fertque oculi cilios distesos usque genocchios.

Ad zocolos ibit, quos olim Ascensa ferebat,
quos in Taprobana gens Portugalla catavit.
Hisque decem faciet per fratres dicere messas,
his quoque candelam tam grandem, tamque pesentam
vult offerre simul, quam grandis, quamque pesentus
est arbor navis, prigolo si scampet ab isto.
Se stessum accusat multas robasse botegas,
sgardinasse casas et sgallinasse polaros;
at si de tanto travaio vadat adessum
liber speditus, vult esse Macharius alter,
alter heremita Paulus, spondetque Sepulchri
post visitamentum vitam menare tapinam.
Talia dum Cingar trepido sub pectore pensat,
en ruptae sublimis aquae montagna ruinat,
quae superans altam gabiam strepitosa trapassat,
nec pocas secum portavit in aequora gentes.
Baldus firma stetit veluti vecchissima querza,
at se spazzatum Cingar tunc credidit esse,
seque ad venturam travo brancaverat uno.
Saevit acerba magis rapidas fortuna per undas,
iam iam nescitur quem tendat barca viaggium,
ad quas ducatur spiaggias, ad quosve terenos:

nunc sbalzata pedes lunae cum pectore toccat,
nunc diavolorum tangit fundamine cornas.
Perdiderat scrimam tremebundus guida timoni,
unde sbigotitus cridat: - Brigata, negamur,
ibimus ad coenam cum mortis ante trehoras;
vergotina tamen speranzae anchora videtur,
si tot somarum scarichetur barca fagottis.
Eya age, quid statis? vitam proponite robbis!
Quidquid valde pesat donetur piscibus, horsu
Orlandi brancate animos, gittate valisas. -
Tunc omnes parent monitis, dubiaeque saluti
prospiciunt savii, quae plus onerosa trabuccant:
plena velutorum forciria, plena rasorum,
scarlattos, granas, spalleria fina, tapetos,
omnia praecipitant pelago: quae tempore mortis
tanti stimantur, quanti nix tempore freddo.
Stant mercadantes taciti, statuaeque videntur.
- Heu, cui divitias - aiunt, - cumulavimus istas!
Heu quibus in fraschis nostrum frustavimus aevum! -
Talia lugentes, misera formidine pregni,
coguntur pelago pretiosas tradere ballas,
nam plus vita placet quam centum mille tesori.

Nocchierus replicat voces: - Annuntio vobis;
quae pesenta magis sunt vobis, quisque refudet,
quisque det ingordo quae sunt onerosa profundo. -
His verbis quidam vir praesens porxit orecchias,
qui nullam secum valisam pauper habebat,
iuxta quem stabat coniux sua propria, qua non
turpior altra fuit nec plus diavolata marito.
Hanc rapit imbrazzum subitus, iactuque gaiardo
slanzat eam longe, cridans: - I, merda diabli,
i, quia non habeo maiori pondere somam. -
Illa per aequoreas hinc inde butata cavallas
volvitur in testam, rapiturque negata sub undas.
Sic vadant quantae sunt bruttae, suntque bizarrae.
Heu quid nam dixi? sentit Mafelina, nec ultra
vult mecum ragionare, tamen placabimus illam.

LIBER TERTIUS DECIMUS

Stabat Neptunus scragna reposatus in alta,
qui sua sub pelagi fundamine regna governat,
inque maris centro locat urbes, castra, palazzos.
Chors ibi continuo populis bandita tenetur,
pars it, pars tornat semper casamenta per illa,
in quibus albergant nymphae, divique bagnati,
fluminaque atque lacus veniunt ad iura tyranni.
Stabat honorevolos, inquam, deus intra barones,
dispensans varias conseio adstante facendas,
quando super piscem Triton infretta cavalcans,
Triton Oceani bastardus et Anguillinae,
improvisus adest, trottatque sperone battuto.
Quisque facit largum, nescitur causa viaggi,
unde quis affrettat verunam scire novellam.
Protinus a curvo delphini tergore saltat,
inde, cavans brettam duro de cortice conchae,
ante pedes regis Neptuni crura pigavit:
- Quo nam - proclamans inquit, - rex magne profundi,
quo novus hic fastus, quo tanta superbia nascit,
magna ne sub vili praesumpio pectore bravat?
Ergo Iovis cum sis fratellus, et aequoris alti
rector, et imperium super omnia flumina portes,

quod tua guastentur patieris regna per unum
furfantum, sguatarum, boiam, plenumque pedocchis,
indignumque tibi, dicam? leccare dedretum?
Aeolus is ipse est proprius, de quo tibi parlo,
qui quia Iunonis fantescam Deiopaeam
(ex illis siquidem, quibus est data cura lavandi
cantara, pignattas, porcisque recare brodaiam)
stentavit sposare diu, manigolditer altam
fert cristam, et se se gravibus talvolta facendis
ingerit hic ipsis, quas nec tu fare calares.
Aeolus est, dico, qui nescio qualia saxa,
saxa polita herbis strinataque solis ab igne,
possedisse godit, fumumque annasat arosti,
castigatque suos ventos de more pedanti,
moreque cozzoni magris dat fraina cavallis.
Hic fuit arditus, asinus temerarius, absque,
absque tuo imperio, rex o grandissime ponti,
grottas montagnae vastas aperire busatae,
atque, scadenatis pedibus manibusque Libecchi,
ventorumque simul cunctorum carcere fracto,
tot slanzavit aquas, totque undas, totque procellas,
quod superi metuere diu, metuuntque negari,

mancavitque pocum quin strabuccaret ab arce
Iuppiter aetherea, credens anchora gigantes
velle, superpositis montagnis montibus altis,
tollere per forzam summi regnamina coeli.
En quoque nunc nostras audent intrare masones,
atque ruinarunt, tutaviaque nostra ruinant
attria, giardinos, stallas, casamenta, palazzos;
et nisi provideas, o rex, te certus aviso:
quod tu, nosque tuis nunc nunc afogabimur undis.
Talia dum scoltat Neptunus, totus abrasat,
terque tridentino sbattivit littora rasco,
trombettam subito, trombettam voce comandat
chiamari ad se se, quem praestiter atque debottum
drizzat ad aeolios scoios, rupesque pelatas.
Hic trovet hunc regem talqualem, cui data cura est
a Iove striggiandi ventos, stallasque sgurandi:
huic de parte sua convitia talia dicat,
qualia conveniunt poltronibus atque dapochis,
qualia fameio quadrant, scalzoque regazzo.
Non trombetta sibi cosam bis dicere fecit:
it via, festinus veluti staffetta galoppat,
fert humero trombam, buso de dente balenae,

perque maris fundum campagna trottat in ampla,
mox susum drizzans cursum, qua summa travaiant
aequora, bagnanturque pedes aspergine lunae,
ipse quoque undarum danza danzare comenzat,
ut facit ocha nodans, seu mergus, sive nedrottus.
Undique fluctisonis hinc inde butatur in undis,
atque sonans trombam chiamat procul Aeola regem.
Aeolus ascoltat, subito descendit ab alpa,
cuius ab excelso mirabat vertice ludum,
undarumque giocum, ventosque insemma tacatos:
laudabat forzam nunc Borrae, nunc ve Sirocchi,
nunc Tramontanae possam, rabiemque Libecchi.
En tandem trombetta venit, coleraque brasatus
ambassariam facit, ira et fulmine plenam.
Aeolus, ut minimus divûm stronzusque deorum,
formidat regem, cui flumina et aequora parent.
- Nil dubita - dixit: - facio quae Iuno comandat.
Nunc nunc in montis chiavabo carcere ventos.
I celer, atque sona bis terque per aequora cornu.
Altera fratantum per me provisio fiet. -
Dixerat, et rupis testam repetivit aguzzam,
ingrediensque busam, ventum disgardinat illum,

quem Zephirum dicunt multi, multique Maëstrum,
qui rabidos valeat ponto distollere fratres,
ad primamque maris fluctus tornare bonazzam.
Ergo Maëstralis vultu se scoprit alegro,
ghirlandamque ferens vario de flore cositam,
tranquillat proprios blando sermone fradellos,
hinc magna illorum cito controversia cessat,
atque tumor pelagi se se nihilare comenzat.
Incipit et sonitum trombae trombetta sonorae,
quo monitu scapolant venti nettantque paësum.
Fugerat ergo ingens rabies maris, atque bagordus,
ecce procul scoium Baldus discoprit aguzzum,
qui fert sicut Atlas in collo pondera coeli.
Huc nochierus agit navem, si dicere navem
iam liceat, quae rocca paret, vel bastio muri,
cui dederit dudum in costis bataria canonum.
Hic non herba viret; non spuntat rupibus arbor,
nemo pascit oves, nemo dat gramina bobus,
tantum nuda patent grossissima saxa ruinis:
sub quibus albergant falco, sparaverus, et uncis
cum griffis aquilae, smerli, gavinellaque proles.
Huc tamen acclinat spennatam nauta galaeam,

solis ut ad radios possint sugare camisas,
et pegola et stuppa legni renovare galones.
Cingar se prora saltu despiccat ab alta,
tangere gaudet humum, gestisque solazzat alegris,
votaque post humeros peradessum facta butantur.
Baldus eum sequitur, sequitur Leonardus et ille,
ille galantus homo, qui nuper in aequora bruttam
iecerat uxorem dicens: non esse fagottum
fardellumque homini plus laidum, plusque pesentum,
quam sibi moieram lateri mirare tacatam,
quae sit oca ingenio quae vultu spazzacaminus.
Is erat e Berghem patria, descesus ab illa
stirpe Maronorum, quam menzonare pudemus,
vergognantque illam fomnae nomare fameiam.
Huic nomen Boccalus erat, quo doctior alter
arte bufonandi numquam fuit intra Gonellas.
Succedunt alii, saltantes extra caraccam:
quisque locum cercat, quo soli corpora curent.
Cingar ubique suam rugando servat usanzam,
donec ad obscuram pervenit denique grottam,
quam intrare timet, sed apertam porgit orecchiam:
si quemquam strepitum valeat sentire la dentrum.

Quale per artificum botegas murmur habetur,
quum pars martellat, pars limat, parsque nigrantes
mantice carbones reddit plus gambare tostos,
seu voias Bressae, seu voias dire Milano,
tale per inventam sentit resonare cavernam.
Nil tamen aspectat, nullo huc intrante lusoro;
acennat socios, currunt, placet ire dedrentum.
Itur, coeca domus fuligine tota nigrescit,
cernere quam possunt, stizzum portante Bocalo.
Quo magis introëunt magis illa sonatio tich toch
fit martellorum, nec non sofiatio buf bof.
Post centum passus quadram catavere piazzam,
cui quaevis trenta est quadratio longa cavezzos.
Porticus intornum, octo sustentata colonnis,
qualibet in banda, format mirabile claustrum,
quod rotat incercum, velut omnis sphera polorum,
seu sicut Modenae, seu sicut magna Bolognae
filatoia gravi circum gyramine vadunt,
per circumque strepunt de seta mille canones.
Quaeque colonna duplex de bronzi facta metallo est,
archi de argento facti, voltaeque musaico,
in quibus haeroum fortissima gesta leguntur.

Pinxerat hic pictor pictorum, magnus Apelles,
quidquid fada sibi comisit pingere Manto,
Manto, Tyresiae proles, uxorque Foletti.
Cernitur hic illic semper memorabile bellum,
quando Barigazzum Pompeius ab arce Cipadae
compulit, et, missis raptim squadronibus, ipsum
stravit Alexandrum Magnum, Xersisque canaiam
sub duce Grandonio mazzavit ad oppida Nini.
Armiger Orlandus furit hic, dum fortis avanzat
Hanibalem, nec non capelettum buttat Achillem
cum caput avantum magni de arzone Bufalchi.
Parte alia Caesar, secum veniente Rinaldo,
Alpibus in vastis Ferrarae, iuxta Folignum,
diripit armatam de fustis, deque galaeis,
quam Darius princeps mundi, mediique Milani,
miserat in punto propter ruinare Cipadam.
Haec ea, cum multis aliis, depinxerat illic
pictorum columen, lux, lunaque, solque penelli.
In medio claustri, super octo alzata pilastros,
arca sedet, quam tunda coprit testudo piombi.
Illa decem brazzos est longa, sed alta triginta,
pyramidisque instar surgens sibi culmen aguzzat.

Tota lavoratur nitido sculptoribus auro,
per quam distinctae lissato in marmore zoiae
stralucent, tanquam per coeli marmora stellae.
Quisque pilastronus crystallo conditur albo,
cuius in interno sberlucet ventre rubinus,
ceu quum fare solet lanterna moccus in una.
Porphida non desunt, alabastraque lucida muris,
nec calcidonium, nec vulsa coralia ponto.
Hic ascoltantur gyramina plura rotarum,
quas velut orlogii vaga contrapesia guidant.
Ista pro causa currit fabricatio circum
ad formam naspi, cum foemina fila volutat,
arca manet solum rutilis imposta pilastris,
atque inter septem ceu tellus pendula coelos
eminet, et semper moles it spherica circum.
Constiterant ergo stupefacta mente barones,
cuncta palesa vident, claro splendente lusoro,
quem pretiosarum fundit lumera petrarum.
Hi quoque ridentes a circum circa menantur,
namque per intornum fabricatio tota galoppat,
sed quando ad centrum veniunt bigolumque posadae,
arca ubi firmatur, stabilique in sede repossat,

stant firmi, cerchiosque vident rotolare theatri.
Tum sibi praeterea maior maravilia nascit,
quod cernuntur ibi circum pirlare solari,
ireque datornum velut omnis machina mundi,
quam dentata menat moles diversa rotarum.
Non huc comparet neque vir, neque parvula musca;
tantum sentitur, generat quem fabrica, rumor.
Ad martellorum sonitum vult pergere Baldus,
unde videns scalam, quae scandit more limachae,
hanc montat gradibus, tamen it velut ante datornum,
ac sua fit duplex rotolatio, namque movetur
omne opus incircum, scalam quoque tirat apressum,
ipsaque per se se circumfert scala scalinos.
Post multos gradulos tandem reperere masonem,
quae crebris stantem gyris intorniat arcam.
Septem sunt sperae varia de sorte metalli,
quarum derdana est cunctis angustior altris,
quarum suprema est cunctis spatiosior altris.
Extrema argentum est; fissatum sulphur et album
mercurio mixtum, facit hoc buliente bodega.
Hoc valet in finum argentum convertere stagnum;
hic plenas athalac et aceto mille burinas

effumare vident, quo fumo argentea blancam
materies perdit spetiem, coelique colorem
vestit, ut ad vistas hominum sit gratior illa.
Circuit haec igitur de argento machina puro,
in qua sculpita est facies cornuta Dianae.
Post haec ascendunt alios cinquanta scalinos,
atque ibi mercurii fabricam invenere gelatam:
alphatar instabilis flueret, faceretque nientum,
ni simul admixtum dragantum salque liei
esset et ad furnum cuncta haec stillaret aludel.
Voltatur finum servus fugitivus in aurum,
si bene iuncta suos cohibet medicina vapores.
Non sine Mercurio valeas mutare metalla,
unde canunt vates, quod nuncius ille deorum est,
quo sine nulla quidem vel pax vel guerra movetur.
Ascendunt iterum Veneris solaria rubrae:
rammus ibi fulvum tandem voltatur in aurum,
ast opus est centos carbonum spendere saccos,
argenti et auri naturam rammus acquistat,
at numquam horumdem, Gebber testante, colorem,
unde minor spesa est, at rerum maior aquistus,
ut rammus maneat rammus, formetque pignattas,

sive bagatinos praestet quantumque legeros,
quam cercare aurum tot afannis, totque malhoris,
nec reperire unquam nisi post ter mille pacias.
De Venere ascendunt ad cerchium Solis et auri.
Aureus est cerchius, Phoeboque simillimus ipso.
Author earundem rerum, post mille fadigas
incassum spesas, post persum tempus et annos,
hanc fecit veram finaliter improbus artem.
Verbitrium lapidem retrovavit philosophorum.
Multicolor lapis est, elementis quatribus extat:
igneus, aëreus, terrenus, aquaticus, unde
siccus in occulto, caldusque; sed in manifesto
humidus et gelidus, natura ve querna fit una.
Spiritus hic lapis est, qui transmutatur in unum
nobile, adustivum, pariterque volatile corpus.
Non fugit a flammis, liquidi fluit instar olivi,
multiplicat, solidat, praeservat tempore longo,
atque potest mortos primaiae rendere vitae.
Hoc tribus in verbis consistit munus, ab alto
quod Iove donatur sapientibus atque beatis.
Ingravidat semet, de semet concipit, inde
parturit et sibimet vivit, sibimetque necatur.

Suscitat hinc semet, nam sic Deus ordinat illum.
Est tinctura rubens lapis iste, biancaque, vivax,
concipiens aurum si fumo iungitur albo.
Numquid elithropia est? adamas? calamita? lypercol?
Absit, nam fluitat, seu sit cum corpore, seu non.
Est vi (num dicam tandem manifestius?) est A,
qua vita fruimur, qua verum acquiritur aurum.
Ad Martis veniunt, post solis clymata, ballam:
ferrea quae tota est, nitidoque azzale finatur.
Hac sine materia nostras nihil esse fadigas
iudico, qua propter ferrum est magis utile, quod sit
ferrum, quam quod sit seu stagnum sive latonum.
Sunt ferrum vanghae, sunt ferrum rastra, badili,
sunt ferrum falces, zappae, centumque ricettae,
cum quibus et vini bonitas et panis habetur.
Commodius nihil est ferro, nihil aptius, inquam.
Non opus artificum quorumlibet esse catatur,
quod fieri duro sine ferro denique possit.
Ecce marangones operant lignamina ferro,
ferro taiantur calzae, variaeque gonellae,
pistat mortaro speciarius omnia ferro,
cum gucchis ferri brettas brettarus agucchiat,

ferro zavattas gens scarpazina repezzat,
calcinat et ferro muros murator et albat,
non radit barbam barberius absque rasoro,
non herbolattus dentes cavat absque tenaia,
nec porcos castrat sine ferro conzalavezus.
His bene discussis, Iovis ascendere biancam
materiam stagni, quod corpora nigra dealbat,
sed peccat buliens, nam corpus deterit omne,
praeter Saturni et Solis: tum firmius haeret
et soli et lunae, nec ab illis nempe recedit.
Cuius peccatum (ne corpora scilicet ipsa
frangat) quisquis enim cognoscet tollere: felix,
o felix nimium, qui travos, saxa, quadrellos,
ac sua quaeque cito fulvum cangiabit in aurum.
Sed quia nescitur mortalibus ista recetta,
felix o felix qui scit stagnare padellas,
atque repezzandi cum stagno praestat in arte.
Post spheram stagni, Saturni ad fluxile plumbum
itur, et artifices illic reperere dosentos.
Illico pulchra, gravis, leggiadraque donna resurgit,
contraque barones vultu veniebat alegro.
Baldus eam, curvando genu, cortesus honorat,

mox veniam chiedit, nimium si forte protervi
tecta subintrassent, et sacra et sancta dearum.
Subrisit matrona illi, dehinc talia dixit:
- Sum ne ego tam grandem dignata videre guererum,
quem coeli, terrae, ponti venerantur et orci?
Urbs mea te genuit talem cortesa baronem,
qualem non generat totum natura per orbem.
Illa ego sum Manto, de cuius nomine nomen
Mantua suscepit, quam condidit Ocnus in undis,
tempore quo Troiam ruinavit panza cavalli.
Nec penitus vestros animos stupor occupet ullus,
si nunc usque meam potui traducere vitam,
nam datur aeterno me tempore vivere fadam,
donec ab aethereo guastetur iudice mundus.
Hactenus ingemuit sub acerbo nostra tyranno
Mantua, quo mores cortesos perdidit omnes.
At praeclara modo, regalis, et alma fameia
Gonziadum venit, atque aquilas spigat undique nigras.
Haec, quam vidistis, miro fabricata lavoro
stancia, Francisco Gonzaga tota dicatur.
Post centum guerrae palmas, post mille trophaeos,
post vitae laudes, post vecchi Nestoris annos,

illius huic magno donabimus ossa sepulchro.
His ego divitiis praesum, facioque magistros
aurifices, doceoque aurum formare, catatum
ex virtute trium verborum: nomina quorum
auribus admotis audite, quod illa docebo. -
His dictis thebana parens, nutrixque Cipadae,
multa susurrando per eorum fixit orecchias,
quae toccare manu faciunt genitalia rerum:
herbarum forzas, stellarum facta, petrarum
effectus varios, et habendi denique plenam
semper ducatis borsam donavit avisum:
quod magis importat, magis altum recat honorem,
quam studiando libros et stellis perdere sennum.
Nauta sed interea non poca foramina barchae
conzarat, rursumque parat tentare diablos.
Baldus ab aurificum, sociis comitantibus, antro
se portat, caricatque suo cum corpore lignum.
Tunc dare vela iubet, zephyri velamina boffant,
mantoaeque magae spallis casamenta relinquunt.
Forte alios inter peregrinos atque romeros,
quos omnes pariter barca illa in ventre ferebat,
vir vivax oculis aderat vultuque galantus,

tam respettosus, tam sequestratus ab altris,
ut totum per iter non dixerit octo parolas,
quippe habitu proprio, genioque suopte, tacendo
vergognosus erat, stabatque in parte solettus.
Huic nomen Giubertus erat, qui voce, lyraque
Orpheus in sylvis, inter delphinas Arion,
saxorum ad sese, nemorumque tirabat orecchias.
Baldus eum pridem tacitis guardabat ochiadis.
Ille, viri tanti cernens sibi lumina flecti,
fronte rubescebat, bassosque tenebat ocellos.
Captus ob id, Baldus penitus moruisset alhoram,
ni prius agnosset qui sit, quo vadat, et unde
adveniat, mentemque suam, studiumque suorum.
Ergo, ubi cognovit cythara cantare peritum,
hunc rogat, ut tantam voiat recreare brigatam,
voceque dulciloqua longum nihilare caminum.
Ille statim censet tanto magis esse barono
parendum, quanto se noscit in arte magistrum.
Expedit e panno sedae mirabile plectrum,
sive lyram dicas potius, quae concinit arcu,
concentuque suo facit omnes stare balordos.
Iam rectas, longasque arcu menat ille tiratas,

taliaque altandem modulando carmina coepit:
- Infidum arridet saepe imprudentibus aequor,
mentiturque leves zephiros aquilone parato.
Hinc veniunt homines cupidi, quos plura videndi
cura subit, seu forte deas in gurgite nantes,
sive tridentiferi verrentes caerula currus.
Verum ubi subducto ventum est qua littora circum
misceri aspiciunt coelum aequore, et aequora coelo,
en miseri avulso singultant viscere proni
hinc atque hinc nautae, nigraque urgente vomuntur
bile dapes, foedatque acidus Nereidas humor,
unde indignantes venti tam audacter amicas
commaculare suas genus hoc mortale, caducum
atque procax, ne sic evadat crimen inultum
concurrunt, sonituque ingenti obnixa profundo
tergora subiiciunt pelago, totumque revellunt.
Heu stulti, quos nulla monet iactura priorum!
Tunc ea tempestas, ea tunc asperrima rerum
debuerat facies animo spectarier ante,
quam nauta insultans fortunae solveret audax;
mox frustra insani vellent contingere portus.
Talia cantando Giubertus, talia plectrum

pulsando, sic sic hominum stupefecerat aures,
ut nisi Boccalus cito providisset ad illos
non homines certe navis carigata menasset,
sed tot pignattas, tot zoccos, totque colonnas.
Bergamascus erat, ut diximus ante, Bocalus.
Protinus accurrens, trat de cantone sacozzas
quasdam pezzatas, recusitas, plusque bisuntas
quam gremiale coghi nunquam savone lavantis.
Hinc sibi de medio strazzarum tasca cavatur,
quam cito precinxit, dextro gallone cadentem.
Mox positis trespis, mensam sibi praeparat ante,
ac si bancherus vellet numerare monetam.
Praestiter hic brazzos tunica, manicisque camisae
liberat ad cubitos, ut fitur quando parecchiat
fluminis ad ripam fantesca lavare bugadam,
atque bretarolis grossas ostendere gambas.
Giubertus cytharam rursus velamine coprit,
inde, sedens iuxta Baldum, ghignare comenzat,
namque Bocalus habet iam tractos extra besazzam
quosdam de latta, vel tres, vel quinque becheros,
insemmamque leves balotellas nescio quantas,
maiores pilulis illis, quas Mesue dixit:

«Recipe pro capite, anna, tria scropola, fiat».
His bagatellandi tantum gallantiter artem
incipit, ut nunquam melius Zaramella giocavit
ante ducam Borsum, solitus manegiare balottas.
Mirum quam subitis manibus de suque de giuque
stravoltat zaynos, ut tres cinquanta parerent.
Nunc unum ponit super altrum, nunc ve roversos
dividit antrattum, stantes culamine coelo,
atque super fundos modo tres, modo quinque balottae
apparent, ac una modo soletta videtur.
His bene completis, positisque da banda moiolis,
maius assaltat opus: facit huc portare caraffam,
non malvasiae garbae, sed dulcis afattum,
dicens non aliter fieri quod fare parecchiat.
Hanc bibit, ad fundum veniens, trat in aequora zuccam.
Mox aperit boccam, monstrat nihil esse dedentrum,
inde serans dentes grignantes atque scopertos,
soffiat et risum, dum soffiat, excitat illis,
cernere qui monam bertuzzam nempe parebant,
quae tenet in testa scufiam dentesque righignat.
Sopiat et vulgum sberlato lumine sgognat.
Verum quis credat? dum soffiat, ecce farina,

ecce farina venit largo de gutture, quae iam
imbrattando omnes cogit scampare brigatam.
O puta, si strepitat plebs hic grossera cachinnis!
Nil tamen a Baldo valuit plus ducere risum,
quam quod in hoc ipso medemo tempore zucca,
zucca gitata viam Boccalo nuper in undas,
Cingaris ad collum subito sprovista pependit.
Dumque illi stesso Boccalus buttat in ora
bocconem panis, dumque ocyus inde comandat
hunc spudare foras, o res mirabilis, ecce
non ultra est panis, sed merda rodunda cavalli.
Omnia corteso tolerat costumine Cingar,
dum sic schrizzetur, ne schrizzum doia sequatur.
Quid plura? ex oculis coram tot gente Lonardi
absque nocimento gucchias striccavit acutas,
inque sinu Baldi mandat cercare Gibertum,
hinc trahit o quantas qualesque con ordine robbas:
scilicet ampollam, specchium, calamare, sonaium,
chiappam piatelli, strigiam, pezzumque bragheri,
et quos ad missam mocolos zaghettus avanzat.
Obstupet his Baldus, nec scit pensare qualhora
iverit ad feram Lanzani, seu Racanatae,

has comprare cosas, non soldos quinque valentes.
Denique Giuberto nasum sopiare comandat.
Non negat hoc cantor; bis, ter, quater ille stranudat,
evolat ecce foras magno rumore tavanus,
quem seguitat grillus, post grillum trenta pedocchi,
quos mage compitos non dat sguarnazza pitocchi.
Et iam finis erat, cum Phoebus giunsit acasam,
chiamavitque suos alta cum voce fameios,
patronemque volant de carro tollere giusum,
disfangat pars una rotas, nettatque lavacchio,
altera pars disfrenat equos, stallaque reponit,
ac ibi cum paia sudantia tergora fregat,
mox beverat, solitasque orzi butat ante prevendas.

LIBER QUARTUS DECIMUS

Memnon, ab Aurora iam missus matre, fugabat
cum scutica Chiozzam, Capram, Braccumque baiantem,

innumerasque alias stellas de tramite coeli,
per quam nunc debet transire caretta parentis:
noxque viam scapolat, visis splendoribus albae.
Baldus, apollineos cernens uscire cavallos
extra orizontem, carrumque tirare brasatum,
talia contemplat, mox sic cum Cingare parlat:
- O Cingar, grandis me nunc maravilia brancat,
nec scio qua guisa possunt, quae cernimus, esse.
Nonne vides solem plus largum, plusque rotundum
quando foras exit nascens, quandove tramontat,
quam cum sustollit per coeli culmina carrum?
Praeterea nunc fert tam rossum ille visazzum,
quod mihi barillam corsi trincasse videtur. -
Cingar ait: - Magnas cosas mihi, Balde, rechiedis,
quas nimis astrologi dudum schiarire fadigant,
nam super humanos sensus ea facta provantur.
Sed tamen insigni quidam de semine gregus,
cuius (si memini) Piationi nomen habetur,
astronomusque alius Tolomellus, Iona propheta,
Solon, Aristotel, Melchisedech, Oga Magoga,
talia tractarunt per magnos sparsa librazzos. -
Quando Leonardus sic audit nomine grosso

Cingara philosophos, Ogamque referre Magogam,
corripitur tanto grigno, strepituque risaiae,
ut prostratus humi iam crepare videtur.
Baldus at, usanzam qui norat Cingaris ante
millibus in cosis, tantum soghignat et inquit:
- Cingar, es astrologus? numeras num sydera, Cingar?
O si te nossem has ipsas studiasse facendas,
me fortasse ista fecisses arte magistrum. -
Nil ridet Cingar, sed stat gravitudine tanta,
quanta Pytagoras non staret supra cadregam.
Mox ait: - O quoties olim te, Balde, gabavi,
o, inquam, quoties oselatus, Balde, fuisti.
Me de nocte quidem pensabas ire robatum,
seu sbusare ussos seu rampegare fenestras,
sed (cancar veniat mihi nunc, si dico bosiam)
nocte ibam stellas ad contemplare fogatas.
Montabam intenta super altas mente pioppas,
ut possem melius coelum guardare propinquum.
Cernebam lunam, macchiata fronte, biancam,
distenebrare maris scoios, terraeque paësos.
Cornibus aguzzis, nunc paret scorza melonis;
cornibus impletis, nunc est pars meza taieri;

cornibus aggiuntis, nunc fundamenta tinazzi.
Haec in cervello non lassat stare legeros,
namque illam sentit cerebros picigare Valenza,
quae urbs in Spagna stultorum millia pascit.
Villani, quamvis sint de lignamine grosso,
hanc tamen observant quando est taiabilis arbor,
namque solent gigni sub cortice saepe caroles.
Hanc servant medici, quando medicina malato
danda sit; haec faceret quandoque cagare budellas.
Hac lucente, stryae godunt, saltantque stryones,
qui tunc se spoliant nudos ad cornua lunae,
moxque diabolicis ungunt sibi membra cirottis,
inde super gramolas, trespos, et guindala, zoccos,
supraque cadregas tota illa nocte cavalcant.
Desperare facit nocturnos luna ladrones,
nam contrabandos retegit, mostratque palesos.
Nunciat haec pluvias, vultum nigrefacta rotundum,
nunciat et nautis rubea cum fronte procellam.
Continet hoc bassum freddi regnamen olympi,
atque lusentatur phoebeis nocte cavallis;
hanc tamen interdum Pluto strassinat ad Orcum,
quae pomgranati fuit aggabbata granellis.

Te quoque, Mercuri, pochinas cerno fiatas,
qui fur es et latro et primus in arte robandi.
Namque times, ne quum per coeli rura caminas,
teque fretolosis adiungat Apollo carettis,
teque giusum burlans faciat spezzare colengum.
Tu tua supra casas lunae casamenta locasti:
sunt ubi sex centum pegorae, cridantque bebeum
mille caprae, totidemque boves, asinique, somari,
mille casalenghi porci, gobbique camelli.
Tu scorris mundum, facis hinc, facis inde botinos,
quos trahis ad coeli furacia tecta secundi.
Alatum portam semper tua testa capellum,
alatos portat semper tua gamba stivallos,
fatidicam portat semper tua dextra bachettam,
quando ambassatas huc portas patris et illuc.
Tu mercantiam traficans, vadisque redisque,
tu ventura canis, tibi multum musica gradat,
tu guerram si vis compagna in gente maneggias,
tu pacem si vis sdegnata in gente ritornas.
Heu patrone meus, tibi me recomando ladrettum,
ne triplicem supra forcam me lazzus acoiet.
Sed iam de Veneris coelo nunc sermo fiatur.

Ipsam mirabar Phoebi seguitare pedatas,
quando idem Phoebus neptunia regna sotintrat.
O quantas voltas plantavit cornua zoppo
ghiottoncella viro, fusosque in vertice tortos!
Vulcanum siquidem Veneris patet esse maritum,
sed populi siquidem Venerem patet esse maritam.
Dum martellabat ferrum Vulcanus in antro,
Mars occulte suo vangabat semper in horto.
O quot Vulcani, quot Martes, quotve bramosae
prevendae alterius mulae, vaccaeque trovantur!
Ista Venus terzo casamentum fixit in orbe,
per quem, nympharum multis comitata brigatis,
it nitidas relegendo rosas, violasque recentes,
mentam, garofilos, mazuranam, basalicoium.
Ghirlandas texunt, frescadas, serta, corollas,
diversosque canunt strambottos atque sonettos,
diversasque sonant arpas, manacorda, leuttos.
Hic semper saltant, ballant, danzantque puellae,
seque lavant nudas in fontibus atque laghettis.
Venticuli molles myrthorum frondibus atque
floribus insultant, frescas ornantibus herbas,
et straccatarum nympharum pectora mulcent.

Hic fagi, pini, cedri, pomrancia, nespoi,
spernazant umbras, ubi nymphae corpora possant.
Ad cazzam vadunt, arcos et stralia portant,
discazzantque leves dainos, agilesque caprettos.
Non mancant boschi de cedris, deque narancis,
de myrthis, lauris, lentiscis, atque ginepris.
Non ibi villani terram vangare fadigant,
non ibi villanae stoppam filare videntur,
non ibi plantantur ravanelli, porra, cipollae;
non aium, capiti nocuum, tyriaqua vilani;
non ibi sub spinis, urticis, atque ruidis
stant serpae, rospi, bissae, turpesque ranocchi.
Hic est grata quies, hic pax, hic plena voluptas,
hic sunt gentiles animi, gentilia corda.
Dumque Venus tanto gaudet bellina diporto,
expectat donec vult sol equitare per orbem,
quem leggiadra suis cupiens anteire carettis,
plus bellas mandat sibi retro venire puellas,
quae impositis capiti ghirlandis, quaeve tenentes
in manibus virides frascas, madidasque rosada,
compagnant dominam, saltantes atque canentes.
Illa praeit, recreatque polos, et plena rosarum

vadit ad oceani regnum, quo spumea nata est;
cuius tirratur niveis carretta columbis,
quumque propinquantem sentit succedere Phoebum,
en scoprit rutilam tremulo de gurgite frontem,
atque sui formam visi mortalibus offert.
Iamque omnes alias discazzat ab aethere stellas,
et modicis parvam generat splendoribus umbram.
Sat Veneri dictum: Solis veniamus ad orbem,
qui medios inter cerchios sua regna governat,
atque suum quarta fabricavit sede palazzum.
Chortem banditam portis ibi semper apertis
Sol tenet, et cunctis intrandi nulla temenza est.
Hic habitat vecchius barbatus, nomine Tempus.
Tempus, quo nihil hac rerum sub mole terendum
parcius, usque adeo rapidis se surripit horis.
Qui semper varios horatim parturit actus,
qui nec pensero manet unquam saldus in uno.
Nunc vult, nunc non vult bagatella, magisque legerus
quam busca aut folium, quod ventus in aëra menat.
Ille sibi quandam tenet in cantone botegam.
Pulveris orloios fabricat, plenosque rodellis.
Matronam coepit propria pro coniuge bellam

nomine Naturam, quae centum mille fiolos
impregnata parit, nec maium tendit ad altrum,
quam stimulare virum lecto, quam ventre pieno
disvulvare homines, castrones atque cavallos.
Praecipue tamen ipsa duos de Sole fiolos,
atque duas habuit, Tempus cornando, fiolas.
Hos nondimenum pensaverat ipse bonhommus
esse suam prolem, quorum sic nomina fecit:
Primavera, Aestas, Autumnus, denique Vernus.
Primavera fuit Veneris maridata putello,
qui gerit in spallis alas de more civettae.
Nudus it, et nullis tegitur vergogna mudandis.
Fert arcum semper caricum, plenamque guainam
stralibus innumeris, adeoque sotilibus, ut vix
fila sotila magis possint filare begatti.
Sunt tamen effectu variae, quas iste sagittas
slanzat osellazzus, varios quia spargit afannos,
cum quibus ad coccam plus centum millia cordas
dissipat ognannum, sed nil frustatur azalum.
Una sagittarum sors est, cui puncta piombi,
unde remucatur nescitque forare coëllum,
nec penetrare potest, nolente Cupidine, panzam.

Unde travaiato gentes sub sydere natae
vel sibi colla tirant, vel ferro viscera passant.
Nam quis homo non se vel desperatus apicchet,
vel de praecipiti sibi rumpat turre colengum,
si miser, infelix, tragicus, sprezzetur ab illa,
quam solam pensat, cupit, ardet, laudat, honorat?
Haec venit a dardis plumbi desgratia: quod, quam
meschinellus amas, ab eadem spretus odiris,
unde necessaris fato te tradere forchae.
Altra sagittarum species aurata refulget,
quae scoccando oculos intrat, filzatque magonem
trincerasque animi spezzat, murosque rasonis.
Hac feriente, cadunt ab honesto corda volero.
Hac feriente, cito mentis spezzantur habenae.
Hac feriente, iacent conseia salubria spallis.
Hac feriente, bonos compagnos quisque refudat.
Hac feriente, Paris patriae fuit, oyme, ruina.
Hac feriente, patri taiavit Scylla capillum.
Hac feriente, colo filavit claviger Hercul.
Hac feriente, Iovem cornutum Europa cavalcat,
Ioque de vacca ficta fit vacca daverum.
Hinc veniunt irae, sdegni, mala quaeque diabli.

Primavera tamen, cum sit muliebre polenta,
non cernit plus oltra sui quam culmina nasi,
unde cupidineo godit maridasse marito,
cui placitura suas rastellat pectine chiomas,
atque cerudellos crespat, ponitque belettum.
Ghirlandetta, rosis violisque cusita galantis,
bellificat trezzas usque ad calcagna volantes.
Canzanti vestit soccam, setaeque sotanam,
per quas innumeri flores recamantur et herbae.
Semper odorantes perfumos portat adossum:
muschium, zibettum, nanpham, centumque cigalas,
in quibus allicitur Veneris bastardus, et ancum
talibus in fraschis minus ille cinaedus amorbat.
Sed quoniam bella est, et cunctis bellior altris,
non curat stoppam tereti deducere fuso;
nec post deductam, naspo convolvere filum,
at sese virdis sub frondibus illa stravaccat,
vel magis ad spassum per florida rura vagatur,
quam seguitant dulces oselini semper, et omni
sorte melodiae faciunt cantando regattam.
Non luscina deest, frifolo que gutture laudat
laeta lovertisii mores, formamque morosi,

et centum foggias gorghezzat voce metrorum.
Cardellinus adest, qui annidat in arbore buxi,
dulcis ab auditu, sed visu dulcior, et qui
sublatos natos retrovans, gabiaque seratos,
non umquam lassat, sed miro pascit amore.
Non ibi franguelli mancant, facilesque fanelli,
atque caputnigri, lodolaeque per aëra vaghae.
Hic, papagalle, etiam cifolos ad sydera mandas,
humanasque etiam praesumis dire parolas.
Iugiter hic gazae «Puta, porca, vaccato» cantant.
Primavera godit tam dulci accepta ricetto,
poltronemque, fame morientem, atque dapocum,
nomine Solazzum, nutrit, pascitque panada,
quam condire facit latesinis atque caponum
pellibus, et magrum sibi praeparat illa bufonem.
Altera Naturae proles, bona foemina certe,
Aestas dicta, godit multis sudare fadighis.
Nullam fert soccam, sed solam nuda camisam,
namque brusaretur nimio scaldore Leonis.
Ipsa lavorando granaria frugibus implet,
qua sine mortales omnino pane carerent.
Zaltrones facit ista nimis sudare vilanos.

Haec tamen est illis sat grata fadiga marassis,
nam quamvis asinina dolet schenazza cuchinis,
atque caro veniat tibiando crevata ladronis,
omnia supportant memores: quod tempore freddo
non nix dat panem, non dat sibi giazza fugazzam.
Semper apollineo nigrefacta lusore fadigat;
attenditque sitim crebro lenire botazzo.
Dum coquitur Phoebo, segetes dum falce trucidat,
dum quoque cum virgis gravidas dispaiat aristas,
nunquam sbaiaffae cessant cridare cicalae,
quae cridando super vignas culamina menant.
Debilis est ventus, nullumque movetur ab aura
foiamen tenui, sbadacchiat terra, nec herbae
se drizzare queunt, quoniam fugit humor ab illis.
Diximus assaium de magni tempore caldi,
Naturae terzi promatur usanza fioli.
Autumnum veteres Silenum dire solebant,
cui testam nudam dicunt picigasse tavanos.
Ipse praeest Bacchi domibus, totaeque fameiae,
quem nos gastaldum, multi dixere fatorem.
Et quoniam gustat sol vinum dulce libenter,
quem caricum musto semper damatina videmus,

gastaldum Bacchi et Bacchum diligit ipsum.
Hic Silenus habet quandam pro coniuge nympham,
cui caput est grandis baghae, cui panza tinazzi.
Semper olet vinum, tandem vindemmia dicta est.
Ambo sunt adeo pingues, adeoque pafuti,
ut minus in grassa positi tumuere boazzi,
ac velut inflati vento schioppare minazzant.
Semper habent lateri, de retro, et ante, sonantes
mille fiaschettos, barilottos, atque botazzos,
cum quibus andando, stando, saltando, canendo,
se recreant, crebrisque caput sorbotibus implent.
Usant saepe etiam plures cantare sonettos,
gorgadamque tirant vini, cessante sonetto.
Post potum saltant, post saltum pocula siccant.
Sic alternantes, laxis ebriantur habenis:
hisque volant circum montes, casamenta, paësi,
non quod eant circum, sed quod gyrare videntur.
Imo sibi parent tam presto currere cursu,
ut barbarescos lassent post terga cavallos.
Non cessant trincare tamen; tota agmina donec,
agmina zuccarum, buttentur voda tereno.
Somnus adest tandem, quorum nisi membra ligaret,

illi plus cocti quam crudi, dummodo gambis
currere pensarent, de coeli sede tomarent.
His nudis nudi fant guardam mille putini,
dum sornacchiantes porcorum more quiescunt:
cantant ehu ohe, saltant, faciuntque morescas,
pinguiduli, forsanque habiles, aptique guacetto.
Quisque caput rizzum vignali fronde coronat.
Quisque tenet manibus botros, uvaeque razinos,
quisque fiaschettum, parvo pendente loretto.
Morbezant, rident, celebrant baganalia patri,
inde sub uviferis vignis ebriantur et ipsi.
Ebria stat mater, pater ebrius, ebria proles,
sic ve ebri omnes patefacto gutture boffant.
Bacchus habet magnum quodam cantone palazzum,
quo centum canevae, cantinae, quove rivolti,
sub terra occulti, servant, ut stalla cavallos,
vasellos varios, tum grandes, tumque minutos.
Hic semper grossas lato ventramine buttas
incerchiare vides, amplasque restringere tinas.
Hic ve travasantur de vezis, deque barillis
vina, propinari superum dignissima mensis,
namque hinc fornitur vinis asinaia deorum.

Non ita formichae vadunt, redeuntque frequenter,
quando aliquem mucchium gratae catavere ceserchiae,
grandia tergoribus granorum pondera sburlant;
fervet opus, populique nigri magna horrea complent,
ut per mustigeri facitur casamenta tyranni,
quando frequenter eunt carichi, vodique retornant
mille putinelli gestantes tergore corbas,
cistas, cistellos, sportas, grandesque cavagnos,
dulcibus impletos tribianibus atque gropellis,
seu moschatellis, seu greghis, sive zubebis.
Pars ibi discaricat sommas, caricatque tinazzos,
sed pars calcagnis follat calcantibus uvas,
pars quoque mox factum vinum cavat extra tinazzos,
immittitque cadis, longe sbilzante borono.
Postea torchiantur graspae sub pondere travi,
unde fluit madidis sat goffa vinessa tinazzis,
quam sibi povertas coeli comprare bisognat.
Hic sunt carrari, sunt hic ter mille botazzi,
atque mezarolae, atque ingens squadra vasorum.
Non Autumnus abest, camisazzam vestit olentem,
semper vinosis de macchis undique carcam.
Ipse praeest operi, facit hic, iubet illic, et omnes

contentare deos studiat, mandante patrono.
Gens todesca suos dicunt hos esse patronos,
imo deos alios non lanzchineccus adorat.
Prova tibi effectum monstrat, si dicta refudas.
Aspice, quum studiant desco, tavolaeque paratae,
quomodo boccalum vodant per quemque boconem.
Mangiaguerra ruit per zaynas, perque becheros,
fracassusque ingens per greghi pocula fitur.
Non aqua praesumit tales accedere mensas,
quae, bandita, pedes salicum tantummodo bagnat.
Estque vetus mottum: «Scelus est iugulare phalernum».
Mox ubi se retrovant tandem vacuasse barillam,
dant pugnos, calzosque ipsi furibunde barillo,
spezzatumque vasum, nunquam reparabile, mandant.
Chioccant inde sibi frontes culamine zayni,
deque gravi mittunt redolentes gutture rottos.
Per letram melius parlant, quam ante bevandas,
nec nisi de vino tunc fit parlamen in illis.
Semper enim vinum pensat, loquiturque todescus,
somniat, et piccam, dagam, bragasque frapatas
pro vino impegnat, vendit, semetque pisonat.
Si quid ei restat, quod vult lassare, celata est,

quae sibi tazza capax scusat, dum sorbet in illa.
Dum trincher faciunt multus tartofen habetur;
inde resurgentes ut eant, andare negantur,
namque bogas pedibus vernazza iniecerat illis,
quos nunquam muro se discostare videbis.
Sunt vultu similes Phoebo damatina levanti,
fumantesque oculos torquent, centumque miaros
efficiunt cerebro, quamvis stent in pede saldi.
Inde movendo pedes, nulla ratione guidantur,
tantonesque abeunt, veluti de nocte solemus,
ac ubi nullus adest intoppus, saepe trabuccant.
Tandem se taccant manibus, se prorsus acostant
aut muro, aut banco, seu trunco, sive pilastro,
donec se buttent zosum, vel supra paiarum,
vel medium in fangum porcino more volutent.
Nunc Invernus adest, Naturae filius ultim,
de quo dum dicam, mihi da, Boccale, pelizzam,
namque procul dubio me magrum giazza gelabit.
Vir macer Invernus, quo non plus magra quaresma est,
non habet humorem venis, bigolumque tacatum
fert schenae, guanzas cavas, subtileque collum,
deque pede ad testam numerari ossamina possunt,

ut Gonnella suo poterat numerare cavallo.
Semper habet fluvidos oculos in fronte latentes,
pallidus et smortus, stropiatus, rancidus, untus,
tamque malenconicus, quod semper flere videtur:
cui ghiazzata colat de mento barba gelato,
ghiazzatique sonant per circum tempora crines.
Horrescunt magrae nimio pro frigore carnes,
pocchettumque iuvat duplices gestare pelizzas;
cui nisi donaret soror Aestas, atque Autumnus,
altera mangiandas spesas, alterque bibendas,
gaioffazzus enim marza de famme periret.
Semper apud brasas sibi stesso crura boientat,
nec miser ingegnat retro portare cadregam,
substizzatque focum, cogens bollire polentam.
It piger et strictus, quum vadit ad aëra, tantum,
integer ut posset per gucchiae intrare busolum.
Sunt albis semper sua tecta coperta pruinis,
et candelotti giazzae de culmine pendent.
Non habet un minimum spassum, nisi quando dapochus
unghibus ante focum rognam sibi grattat aguzzis,
omnis osellorum cantantum dulciter hymnus

hinc procul, et quidquid Primavera tilata ministrat:
tantum cornacchiae qua qua, corvi quoque cro cro
continuo resonant, tacolantque insemma mulacchiae.
Provida non exit dulcem formica masonem;
clauditur in gusso limaca, busumque muraiat.
In stabulis conduntur apes ad grepia mellis.
Non errare vides bissas, freddosque lusertos.
Pastores mandris servant armenta stopatis.
Tantum furfanti stentant hoc tempore freddi,
qui faciunt nulla tremolantos veste coperti.
Sunt tamen inverni gratae studiantibus horae,
longa quibus multa de nocte dat ocia semper.
Praticat has igitur solis fameia masones,
magnaque pro tantis bocchis fit spesa quotannis.
Sed tibi somniferam cerno, Leonarde, vedutam.
Tu male dormisti tribus istis noctibus, et tu,
Balde, caput plumbi spallis portare videris.
Ergo repossemus, video ronfare Bocalum.

LIBER QUINTUS DECIMUS

Corpora somnifero recrearat quisque riposso,
quae magis officio somni quam pane carebant.
Dum tamen attendit, Baldo mandante, coquinam
condere Boccalus, magnumque ad prandia piscem
expedit, inque brodo piscis caulata paratur,
ecce lyram spoliat rursum Giubertus eburnam,
dulceque chordiculis carmen dyapenter acordat.
Vult etenim generosus homo gradire sodales,
ut sibi mox etiam donetur banca scolaro,
in qua consideat cathedram sentire magistri
Cingaris, et secum percurrens almanach omne
deveniat praticus passatas dicere cosas.
Praeterea non est placidi natura Giberti
qualis quorundam cantorum temporis huius,
qui, bene muschiati, petenati, benque politi,
non cantare volunt, nisi sint a rege pregati.
Non sic Giubertus, non sic novus alter Apollo,
cui si dixisset mulier pinzocchera: - Canta, -
cantasset subito, minima ne in parte negasset.

Dispositis ergo terzis, quintisque, simulque
vocibus octavis, tandem sic voce comenzat:
- Heu quibus hoc mundi, quantisque in gurgite monstris
iactamur miseri, linguarum flatibus aequor
nostrum hoc et tumidis cynicorum exaestuat undis!
Quid freta nugarum referam? quid fulmina pravi
nominis et famae? quid saxa latentia tristis
invidiae? Scillae ve canes, guttur ve Carybdis?
Felices nautae, quibus apta peritia magnum
hoc mare sulcandi, Syrtesque Arasque cavendi.
Vos labor assiduus tantum, indefessaque virtus,
monstrorum domitrix tolerantia reddidit aptos,
turgentis pelagi cumulos superare minaces,
ponere seu sit opus, seu malo attollere vela.
Vix ea finierat Giubertus, mensa Bocalo
sternitur, et lotis manibus disinare comenzant,
quattuor accumbunt tavolae, cui forma quadrata est;
Baldus, Lonardus, Cingar, scalcusque Bocalus.
Non curat pro tunc stomachus mangiare Giuberti.
Baldus amorevolo, velut est gentilis usanzae,
invitat sembiante omnes ad fercula mensae:
quisque refudavit, seu pro viltate vilana,

sive quod in multis stomacarat nausea gustum.
Ponitur in centro scanni, trans littora mensae,
grandis in amplifico basiotto forma varoli;
quamprimum medio stetit haec impresa senatu.
Cingar, habens gladium propter taiare paratum,
dividit in solas tres partes ghelfice piscem:
tres, inquam, partes uno de corpore fiunt.
Prima caput, bustumque secunda est, tertia cauda.
Quattuor accumbunt, ubi tres accumbere debent.
Cingar, ochiolinum faciens, acennat amicis:
ut sibi, dum trapolam nunc praeparat, ambo secundent.
Protinus ascorti cognoscunt id quod avisat,
namque fit aguaitus poverum trapolare Bocalum,
ut nihil intuttum comedat de pisce tapinus,
cum cocus extiterit, cum fecerit ipse broëttum,
cum centum zacaras, melaranzas, atque sapores
sparserit huic supra, circum, ventremque per ipsum.
Cingar primus agit causam, primusque retirat
testam varoli de piatto supra taierum,
fratantumque inquit sociis: - Scriptura favellat:
in capite libri de me scripsere prophetae,
sic caput istud erit sanctae completio legis. -

Baldus, id advertens, ad libros mente recurrit,
nec fecit grattare diu sententia testam,
grafiat ut gattus partem quae meza vocatur,
scilicet ad sese traxit ventralia piscis,
Lucanumque legit: «Medium tenuere beati».
Cauda manet iam iam toto soletta cadino,
non perdit tempus iuvenis Leonardus, at ipsam
caudam, cui dederat pridem Boccalus ochiadam,
extrahit e brodo, dicens: - Nasone probante,
exitus acta probat; poterit nodare Bocalus,
cui iacet ante oculos pelagus brotaminis istud. -
Boccalus guardat nunc hunc, nunc turbidus illunc.
Quid facit? advertens pro se non esse coëllum,
ni velit ut porcus sese voltare brodaiis,
protinus azzaffat vasum, pauloque moratus,
suspexit coelum, dixitque novissima verba:
- Asperges me me, Domine, mundabor isoppo. -
Sic dicens, illum gyrat, spruzzatque panadam,
vicinosque omnes, Baldum, Baldique sodales,
schittat aquis grassis, ungitque brotamine barbas.
O quis non risit? quis non ridendo crepavit?
Barba pluit Baldo, Cingar sugat ora maniplo,

pars sua toccavit Giuberto, parsque Lonardo,
quisque fregat vultum, pectusque, sinumque colantem.
Surgitur a tavola, prohibet mangiamina risus,
non cessat Baldus ridendo probare tal attum;
dicit enim: - Merito piscem sua broda secuta est.
Non sine aqua piscis, nec aqua sine pisce manebit.
- Ergo - Cingar ait, - piscem mangiabimus, ut qua
flumen abundavit sic illic piscis abundet.
Non Boccalus habet rombum, culamina grattet. -
Sic dicens, tornat tavolae, masinatque molino.
Sic faciunt alii, sua quemque prevenda moratur.
Baldus at interea comedens tuttavia ragionat:
- Miror enim, Boccale meus, cur quando, relicto
pisce, crepabamus risu, non protinus illum
prenderis, ut nobis resa sit pro pane fugazza.
- Non - Boccalus ait, - sine garbo et gratia et arte,
inter compagnos facienda est soia galantos.
Optime gabbastis, spartito pisce, Bocalum.
Transeat, et nullo guastetur beffa tumultu.
Sic et ego in vobis asperges optime feci.
Transeat hoc etiam, cronicisque notetur ad unguem.
Optima pro tuttis passarunt omnia rebus,

praeter quod surdas faciet pansuttus orecchias. -
Cingar ait: - Poteris prigolo te opponere tanto,
cortellum cum pane licet mangiare famatis.
- Sic faciam - respondet ei mox, dummodo panem
sic blotum sgagnat, ut cardos mula Stopini.
Quidam pauper homo, nimia pietate movestus,
nescio quot menolas freddas, piscesque minutos,
attulit involtos charta, donatque Bocalo.
Non ea Boccalus povereti dona refudat,
imo ait: - Exiguum quum dat tibi pauper amicus,
incipe Dameta, lento tibi mittit Ulisses. -
Sic dicens, distrigat eos, guardatque traversus,
ut guardare solet scottantem gatta menestram.
Denique pisciculum per caudam suscipit unum,
quem non in boccam sed orecchiam ficcat, et inde,
ad socios illum tornans, ita brancat et altrum,
medesimumque facit, post illum tertius, et post
hunc etiam quartus, post quartum quintus, et omnes
denique per caudas presi porguntur ad aures.
Baldus, id advertens, parlat cum Cingare: - Magnus
piscis cum bocca mangiatur, parvus orecchia;
si bene Boccali meditor documenta periti.

Ecquid hoc importat? quid habent cum piscibus aures? -
Respondet Cingar: - Pansuttus stoppat orecchias,
fecit orecchinos de piscibus ille sotilis,
unde repurgat eas; aliam non penso casonem.
Pur, si aliam mentis tenet in forciria scosam,
dicat et ambiguos ab amicis toiat afannos.
- Toio - Bocalus ait, - dubium: iam hebdomada quarta
est hodie, quando mea coniux ivit a nodum,
aequoreque in medio calzas stringasque tiravit.
Nunc in mente mea stat prorsus grande talentum,
velle de illius statu sentire novellam.
Ergo meis alzo pescettos auribus istos,
ut certum faciant ubi stet, si mortua prorsus
aut si solazzet illa cum gente da bassum.
At mihi respondent: se natos esse pradessum,
unde negatur eis posse hoc agnoscere factum.
Sed maior natu, seniorque varolus et ingens,
cum quo tres tacite compagni dente ragionant,
dire mihi poterit melius de uxore negata,
qua propter liceat secum chiachiarare pochettum. -
Quo dicto fremuere omnes, habet ille rasonem,

non inhonesta quidem talis domanda videtur,
detur ei merito parlandi copia: piscis,
piscis testa sua est, quae fert soletta loquelam,
panza loqui nescit, muta est quoque cauda, sed ipsa
testa ragionabit, cui format lingua parolas.
Sic vulgus strepitat, sic stat sententia Baldi,
sic licet; et dictum factum testazza varoli
sistitur avantum Boccalo, a Cingare tolta.
Cingar adirato similis, qui ridet ab intro,
smergolat haec: - Esto, sublata est bocca varoli,
cuius lingua potest bramam complere Bocali;
esto, dat officium parlandi bocca, sed ipsi
cur oculi dantur? cur frons? cur coppa varoli?
grande mihi tortum faciunt, appello Gibertum.
- Sum contentus - ait Boccalus, - chare Giberte,
te rogo per caput hoc, voias decidere litem. -
Suscipit impresam leta cum fronte Gibertus:
tum sedet in banca, cunctisque oldentibus inquit:
- Dum rana et toppus faciunt insemma tumultum,
milvus ego hanc rixam dirimo. - Sic fatus agraffat
protinus in tavola testam, laudante brigata
esse satisfactum civilibus optime libris.

Et iam finierant, tavolis, trespisque levatis:
Cingar ad astrologas, Baldo mandante, facendas
tornat, et ingenio stabat Leonardus ateso.
- Mars - ait, - armipotens quinto versatur in orbe,
qui scorozzata semper cum fronte menazzat,
brasatos oculos guardando torcet adossum,
sanguineasque bavas sua labra colerica spudant.
Cristatam gestat galeam, chiusamque viseram,
totus azalinis semper cazzatus in armis.
Targonus dextro galloni, spada sinistro
pendet, et arzono taccatur mazza ferata,
quae centum libras pesat, non una demancum.
Talem portabat iuvenum fortissimus ille,
ille gaiardorum columen Gonzaga Lovisus,
quem male consulto quidam Rodomonta vocarunt,
quem bene consulto poterant chiamare Rugerum,
aut magis Orlandum, si cum virtute gaiardi
corporis est animi virtus pensanda coëllum.
Mars ruit in pressam, grosso galopante cavallo,
et bastiones sua circum castra gaiardos
vadit adestrando, turres, casamatta, reparos.
Non ibi telorum generatio quaeque bramatur:

ronchae, alebardae, partesanae, scuta, celatae,
spontones, lanzae, picchae, spadaeque, daghaeque,
corsaletta, elmi, maiae, cossalia, guanti.
Stendardique volant, banderae; timpana pon pon
continuo chioccant; sonitantque tarantara trombae.
Non mancant alii stromenti, cornua, cifoy,
gnacara, bussones, pifari, pivaeque bitortae,
et quidquid tandem doperatur tempore guerrae.
Talibus in cosis sua Mars pensiria ficcat,
solum squarzones delectans cernere carnis.
Huic caedes soror est, lis coniux, iraque mater,
huic livor pater est, rabies et stizza fiolae.
Hic hominum clamor strepitat, nitritus equorum.
Non ibi cagnones, bombardae, passavolantes,
non sagrae mancant, basilischi, non colubrinae,
suntque pavaiones, sunt tendae, suntque trabacchae.
Polvificant nebulas pedibus repetando cavalli.
Celsa fracassatae conturbant sydera lanzae,
non quod conturbent, sed conturbare videntur,
gestarum quoniam sunt hic simulacra cosarum.
Armatas densasque vides concurrere squadras,
ordine quae nullo bottis se grandibus urtant,

squarzantes maiam, schiodantes arma pesocchis
cum mazzis, stocchis, picchis, partesaque nonis.
Marsque roversatos ibi gaudet cernere mortos,
subque cavallorum pedibus stentare misellos.
At rex cunctarum stellarum Iuppiter, alto
in solio residens, sextum delegit olympum.
Urbs ibi campagnae in medio spatiosa repossat,
martello Steropis, Brontisque incudine, nec non
arte pyragmonica miris fabricata murais.
Non est calzinis, non est fundata quadrellis,
ceu Zenoa et Napoli, Florentia, Roma, Milanus,
sed tantum variis finisque gitata metallis
stampatur, veluti campanas Brixia stampat.
Merlos de duro gestat muraia diaspro,
possidet ignitum merlorum quisque rubinum.
Centum porfideae toccant ibi sydera turres,
fundamenta iacent duro de marmore bronzi,
cristallumque nitent frisorum cingula schiettum.
Culmina sunt aurum purum, quibus alta volazzant
continuo vexilla, aquilis recamata grifagnis.
Rupibus argenti videas hic stare colonnas,
sustentare arcus ad sydera summa levatos.

Hic thermae ingentes, hic magna palatia surgunt,
hic ve colossaei gyramina larga tinazzi,
hic circi et campi, fora multa, theatraque multa,
naumachiae, colles, aquaeducti, rostra, colossi,
archi, pyramides, templorum millia crustis
marmoreis fabricata, domusque, casaeque deorum,
quas super aspicias ter centum mille caminos,
semper fumantes nunc myrrha et thure brusato,
nunc rosto et lesso atque alio nidore culinae.
Hic sua fundarunt omnes palatia divi,
in medio quorum sua Iuppiter atria struxit.
Dedalus, artificum columen, primusque murator,
atque marangonus primus, primusque magister
architectus, ibi perfectas condidit artes.
Centum balcones alti, centumque fenestrae,
pars hac, pars illac, pars hoc, pars illoc apertae,
omnia lontano venientia semper adocchiant.
Porticus in gyrum, sex centum fulta pilastris
bronzineis, late circumserat omne palazzum.
Mille dei, totidemque deae, nymphaeque galantae,
semper ibi praticant, spatiantes ordine tondo.
Porta superba patet, quae numquam chiusa videtur,

vestibulumque suas largum tenet ante vedutas;
ponitur in quadro super octo pilastra levatum.
Porphideus blanchis in postibus eminet arcus,
circulo et in medio tria formidanda locantur
fulmina, quae magno sunt propria tela Tonanti.
Continuo andatu divorum tota cavantur
limina, sint quamvis alabastro condita duro.
Suntque cadenazzi portarum, suntque seraiae,
et chiodi, et cancri, de argento supra dorato.
Atria praeteriens, intras perystilia, centum
qualibet in banda claustrorum longa cavezzos,
ac diamantineis circum munita pilastris.
Quaeque columna suam mira tenet arte misuram,
quas proprio duras Vulcanus sanguine fecit.
Becchus erat, becchi sic sanguine reddidit ille
mollia, quae nimium diamantis saxa rigescunt.
Basilicae locus est amplissimus, undique cinctus
sedibus ex auro, quo tractant numina causas,
fata hominum, sortes, breve tempus, mille travaios.
Ad caput alta Iovis stat scragna levatior altris,
quam deus argenti, deus auri, omnisque ricchezzae
fossor et inventor, fabricavit, et omnia riccha,

et pretiosa magis sic sic buttavit abunde,
ut spazzaduras buttat Vegnesa quotannis.
Pensa igitur, quam bella illic cadrega sedetur.
Diique deaeque omnes hic prendere iura frequentant,
Iuppiter his fatum trutinat, sortemque misurat,
Fortunamque super mattum facit ire cavallum.
Nulla datur deitas aliis, ac nulla potestas,
ni Iovis annutu signentur brevia, bollae,
certa quibus pendet ratio de rebus agendis.
Iuppiter est etenim cunctorum papa deorum,
cui basare pedes inchinant imperatores,
dum centum rubeae circumstant agmine testae.
Quottidie divûm grege cortezatur, at ille
suscipit exultans omnes; bona chiera brigatis
omnibus, aut poveris aut ricchis, semper ab illo est.
Laeditur interdum, cur non? deus alter ab altro:
Vulcanus de Marte dolet, Veneremque ribaldam
esse cridat; vultu Ganimedem Iuno traverso
guardat; et ipsa Ceres raptam Plutone fiolam
lamentatur; agitque reum dea quaeque Priapum,
qui scherzat propriis cum nymphis absque mudanda.
Iuppiter ergo omnes utraque ascoltat orecchia,

campanasque audit iudex utrasque sonantes,
inter quas tandem discrimine iudicat aequo.
Si tamen ipse deis fuerit quandoque noiatus,
fulmina ferre iubet, reboare tonitrua mandat,
terrificatque homines, coelum cascare putantes.
Sed quando apparet Ganimedes, oraque basat,
blandidulisque illum codegonem scannat ocellis,
cui quoque dulciguli recat aurea pocula musti,
protinus ira cadit, fugiunt e pectore sdegni,
nubibus exonerat coelum, novus emicat et sol,
soleque sub claro surgit flos imbre cadutus.
Sic quandoque homines magni, grandesque maëstri,
et qui dicuntur signores esse bachettae,
plus aliquando potest apud illos forma regazzi,
quam sapientiloqui sententia docta Catonis.
Insurgunt scalae regales culmen ad altum,
pars de corralo, pars marmore, parsque dyaspro.
Quaelibet ipsarum scandit nonanta scalinos,
per quas semper eunt, redeuntque, deique, deaeque.
Passant per cameras doras, dorosque salottos,
quorum solari, nullo lignamine facti,
tantum ex argento tavolas, auroque travellos

ostentant, multaque nitent ibi luce saphyri.
Hic illic famuli divûm, famulaeque dearum
diversis lectos bene cultos floribus ornant,
lenzolesque albos tendunt, riccasque copertas,
quas mira nymphae recamarunt arte galantas.
Namque Minerva, Iovis cerebro nassuta, scolaras
hic habet ad studium spolae curamque conocchiae.
Ultima Saturni fieri parlatio restat,
ultima namque illi regio lontana tocavit.
Hic habet uxorem, quae tres insemma fiolos
parturiit tales, quales peperisse dolebat,
namque patri proprio membrum genitale secarunt,
bacchettamque sui regni per forza tulerunt.
Hic magrus est nimium vecchius, bolsusque crevatus,
sbavavazzatque sibi naso scolante bocazzam.
O quis amorbator maior, maiorque carogna?
Non unum retinet dentem massilla galosi,
atque omnes flatu putrido, quum parlat, amorbat.
Malpettenata grisis sordescit barba pedocchis,
lendinibusque riget semper caviata molestis.
It gobbus terrae, numerat bastone pedanas,
de passu in passu bolsat, spudatque macagnos.

Fert sgarbellatos oculos, nec sbercia mancat.
Pellizzonus eum usque ad calcanea coprit,
sed tamen ille facit tremolantos tempore quoquo.
Eius bassa domus plorat pro humore nocivo,
plorant muraiae, plorant solaria, plorant
omnia Saturni quo non Saturnior alter.
Occupat et guastat rumatica muffa vivandas,
namque ibi splendiferas non mandat Apollo fasellas.
Praticat hic semper nigris nox bruna tenebris,
qua barbagiani, qua guffi, pippaquestrelli
strident noctivagi, qua locchi, quaque civettae
semper gnao cantant, semper gnao nocte frequentant.
Tristitia hic habitat, macies, genus omne malorum:
angonaia, malum costae, quartanaque febris,
mazzuccus, lancum, carbones, morbida pestis,
flegma, tumor ventris, vermes, colicique dolores,
petra vesigarum, cancar, giandussa, bognones,
franzosus, fersae, cagasanguis, rogna, varolae,
defectus cerebri, rabiesque frentica, chiodus,
stizza canina, dolor dentorum, scroffa, puvidae,
phistula, galtones, tumefactaque lergna cadentis
testiculi, brofolae, tegnosaque codega, lepra,

schelentia, gulae sicitas, et pectoris asma,
nec non tenconus, nec non morena, podagra,
muganzae, febres tysichae, tardaeque pedanae:
infirmitates non totas dicere possum.
Ista fameia senem Saturnum semper honorat,
sed male fida quidem, nam bursa vodatur ab ipsa.
Hanc medici preciant, sed in altro corpore ficcam.
Ergo Saturnus supremo praesidet orbi,
de qua cascatus possit sibi rompere collum.
En vobis coeli septem descripsimus orbes,
quos male scripserunt veteres, peiusque moderni,
seu sit Aristotel, seu Ginus, sive Macorbi.
Restat ut octavam veniamus dicere zonam.
Sed quid ego (lassus) video? num cernitis? ecce... -
Talia dum parlat Cingar, cito Gabia clamat:
- Fustae, sunt fustae; - quo dicto curritur armis.
Astrologus Cingar subito se attrigat, oportet
astrologare aliter, quam nocte spiare Bootem.
Tuque tuas, Mafelina, satis, mea Lodola, stellas
cantasti, astronomis ignotas tempore longo.
Nunc melius poterunt grossam ingannare brigatam.

LIBER SEXTUS DECIMUS

Togna caput mundi, Cipadae lampada, quam nunc
quanta sit, atque fuit quondam, vel eritque futura,
ipsa ruina docet, quam fecit circa lasagnas,
dum cantare parat, stupidasque sonare bataias,
ecce venit, venit ecce furens: guardate, botazzi,
hinc sgombrate viam, zainae, plenique barilli.
Vestra ruina venit, bibet omnia more todeschi,
deinde fracassabit totos sdegnosa fiascos.
Nescio quid referet, vos ergo audite, brigata.
Plura secuturus de primis, deque secundis
causis, ecce procul tres fustas currere Cingar
viderat, et sociis digito monstraverat ante.
Non ita praecipitat coelo falconus ab alto,
cum venit apiombum, cui bracca levaverit ocam,
qualiter ecce ruit galeottis fusta gaiardis,
qui stant ad remos, nulla religante cathena.

Intus piratae, corsari, gensque ladrona,
qui seu non credunt in Christo, sive negarunt:
- Vela - cridant, - heus, vela cito bassate, presones
vos estis nostri, navem smontate, sonata est. -
Vix ea finierant, altra huc bastarda galaea,
altraque post illam veniunt infretta bravantes.
Hic vir magnus adest, gentis capitanus, et urget
remigeros fantes tanquam praesentia Turni.
Non fuit in mundo quidquam crudelius unquam,
quem ladrum ladrae gentes dixere Lyronum.
Ferreus aspectu, cui barba cruore recenti
semper olet carnesque hominum ceu bestia mangiat.
Tres igitur fustae veniunt demergere navem,
et freta vorticibus retro spumantibus implent.
Baldus ad arma volat, sfodratum corripit ensem,
imbrazzatque rotam scuti, bassatque viseram.
Ipse Leonardus se Baldo firmat apressum,
stansque parecchiatus stoccum tenet atque rodellam.
Viderat interea dispostos nauta barones,
nil timet, imo rotat timonem contra galeas,
seque parat guerrae, qua non prigolosior altra.
Chiozzotti et Schiavi, gens telis apta marinis,

arma piant, animantque alios animositer omnes,
implent sulphureo strepitosos pulvere schioppos,
martinulosque rotant, curvas flectendo balestras.
Pars ratis ascendit gabiam, pars restat abassum,
quadruplicant forzam, Baldo praesente gaiardo.
Totaque mercantum spes Baldum cascat in unum.
Iam venit una prior remis impulsa galaea;
circum circa fremens gyrat, tunc nauta timonem
praticus advolgit, veluti si advolgat habenam.
Vidi Franciscum de Feltro saepe Mariam,
cuius in exiguo regnat dos maxima busto,
villanum Spagnae leviter manigiare poledrum.
Docta manus seu frena tiret, seu lenta remittat:
ille statim redenae paret, dominique volero.
Pirlat, et a testa descernit nemo culattas,
tam subito voltatur equus, tam praestus arancat.
Non minus ingentem barcam cito nauta maneggiat,
semper habens zuffum prorae qua fusta menazzat.
En cito scioppetti scaricantur ab igne tresenti,
milleque laxantur vertones extra nosellas,
nemo sagittarum posset numerare bachettas.
Iamque comenzarant ad nubes surgere voces,

innumeri quoniam primo piagantur asaltu.
Saxa volant, grossique trabes, pegolaeque brusatae:
artificiosus focus arma virumque squadernat.
Tunc animosus aper, Baldus despiccat ab alta
prora terribilem saltum, supraque galeam
hostibus in mediis balzat, ferrumque cruentat.
Cingar eum sequitur, magno targone copertus,
atque samitarram toto conamine vibrat.
Inde Leonardus de schena tollitur alte,
ac super unius corsari tergora balzat,
quem, feriendo alium stocco, trabuccat in undas.
Baldus in introitu primo, velut impiger haeros,
nocchiero fustae sese provistus acostat,
pungentemque rotans stoccatam more trivellae,
ex una banda trippas sbudellat in altram.
Corsari, magnis tunc urlis astra tocantes,
intornum Baldo largam fecere coronam,
at solitas barro furias in pectora chiamat,
se totum lassat quo maior calca videtur,
ac ibi principiat disquistellare piastras.
Hi subito largam pavidi fecere piazzam.
Cui terit ille elmum, cui scudum, cuique celadam,

cui spezzat cufiam, spallazzum rompit, et urtat,
atque tridat carnes; nilque elmi, nilque corazzae
stant saldae ad Baldi colpos orlanditer actos.
Testas et bustos pariter dat piscibus escam;
et quod flamma facit, Borea sofiante, canellis,
id facit et Baldus stricto praedonibus ense.
Non scampare potest qui pugnat in aequore: sive
inveniet mortem per spadas, sive per undas.
Tantus afogatum Baldum furor incitat, ut non
sancto Francisco potuisset habere riguardum.
Non illum Cingar pigritat seguitare, nec illum
forza Leonardi: dant sorbas ambo cotoras.
Hi tres compagni, quid sit colpire, maëstrant,
qui sint mandritti, quae puntae, qui ve roversi.
Totum sanguificant pontum, terrentque diablos.
At Lyronus adest bastardam supra galaeam,
fertque alebardam, testasque superminet omnes.
Non vir, sed paret grossi statura pilastri.
Hic iubet ad spallas navis gyrare galeam,
dum se contra duas alias deffensitat illa.
Praestus obeditur, navem postremus asaltat;
hic ve menans vastis alebardam forzibus, uno

truncavit fendente gravem de retro timonem.
Tunc se spazzatum iam cogitat esse paronus,
namque suo mancat frenum, redinaeque cavallo.
Ille manus taccat, navem crudelis et ipsam
iam montare parat, nec opinio fallit homazzum,
nam, licet obiiciant chiozotti saxa, travellos,
sulphureas faculas, pegolas, rasamque fogatam,
ille valorosus, sociis seguitantibus altam
se rapit in poppam, mediosque ruinat in hostes,
quos cimigare facit sine brazzis ac sine gambis.
Non curat schioppos, non arcus, atque balestras,
patronoque ratis colpo caput abscidit uno.
Fac, lector, contum, si quis intrando botegam,
plenam pignattis, boccalibus, atque scudellis,
incipit a circum grossam manegiare bachettam.
O quantas facit ille scaias, facit ille menuzzos!
Sic Lyronus agit, scapolantibus undique Schiavis.
Quos taiat, strazzat, squarzat, sbudellat, amazzat.
Boccalus, qui forte uno cantone latebat,
valdeque formidans strictum de retro tenebat,
nec scit nec maium curavit scire bataiam,
stabat ibi quacchius, spectans quid sortis acadat:

vel vincat navis, vel vincat fusta, quid inde?
Arte bufonandi victorem vincere sperat.
At quando vidit grandem montare gigantem,
longeque testarum coelo mandare borellas,
extemplo moruit; quid agat, fantasticat amens.
Forte videt solitum schifettum stare paratum,
ire, redire cito, nautis portare vivandas.
Providus hunc pelago buttat, iuttante Giberto,
amboque discostant sese, portante batello.
Non erat hoc tanto de casu Baldus acortus,
scilicet ut navis Lyrono praesa fuisset,
sed magis arditus provas facit ense cruentas,
atque scadenatus tanquam leo rugit et omnes
vel penitus mortos lassat vel valde feritos.
Eius ab aspectu furibundo quisque paventat,
ac in abandonum potius buttantur in undas,
ut faciunt pisces, qui saltant extra padellam.
Hic illic taiat, hac illac pungit et urtat,
totus mortorum sbroiatus sanguine boffat.
Possanzam sed non basto contare Lyroni:
in qua parte suas dat brognas, stygmata parent.
Sanguinolenta cadens carnes alabarda staiezat,

unde omnes fugiunt, ac post atque ante relinquunt
pulmones, milzas, ventres, redicella, figatos.
Nil nisi sentitur clamor, fremitusque morentum,
horrendique cridi stridoribus aethera fendunt.
Altri clamabant Christum, sanctumque Nicolam,
altri cornutum Macomettum, altrique diablum.
Non fuit auditus, postquam nascuntur orecchiae,
tam grandis rumor, strepitus, guerraeque fracassus.
Parte alia Baldus, rabiosi fluminis instar,
quod, praeceps veniens alta de rupe, marinas
findit aquas, aperitque maris vortigine schenam,
sic per Evangelii Baldus se ventilat hostes,
donec amazavit cum Cingare, cumque Lonardo,
cotantos penitus coquantos fusta tenebat.
Plus quam barberii bacillus netta remansit.
Et iam Lyronus barzam acquistaverat omnem;
o quantum gaudet talem fecisse guadagnum!
Dumque repentinus consurgit flatus ab austro,
totos in navim piratas scandere mandat.
Et grossum ponens alium de retro timonem,
sgombrat iter liquidum, vento spirante secundo,
succeduntque duae cantanti voce galeae,

quas tres esse putant Lyronus et altra brigata,
nam per alegrezzam mens nostra fit orba soventer.
Ergo volant, hiniantque preso unusquisque botino.
Nulla sed in Baldo gaudendi causa relicta est.
- Heu quid - ait Cingar, - sic sic incaute gabamur?
Saepe guadagnandi nos ingordigia fallit.
Balde, vides? en navis abit, quo presa menatur? -
Baldus, id aspiciens, se signat fronte rapata,
statque tacens, nescitque loqui, parlatque nientum.
Semet at incepit Leonardus battere pugnis:
- Ah mala sors - inquit, - nimis es contraria nobis!
Surripiuntur equi, tamque acres, tamque galanti,
quam nunquam maium terrae pars ulla creavit.
Quos nisi vel per aquas retrovabo, vel per abissum,
iuro deos omnes, mihi met volo tradere mortem,
hanc ve coracinam nunquam spoiabo da dossum,
donec ego inveniam ladrosque, ducamque ladrorum,
quem vel amazzabo, vel ego amazzabor ab illo. -
Incagnatus erat Baldus, coleraque brasabat,
nam seguitare ladros sese non posse videbat,
non est qui menet remos, vacuamque galeam.
Cingar ait: - Gaude, spero scattare cavallos. -

Dixit at haec Cingar pro confortare Lonardum,
attamen interius dubiat, mentemque burattat:
quove modo aut guisa valeant uscire galaeam.
Damangiare nihil retrovant, mancumque dabever,
littora nulla vident, non circum circa terenum,
omnia sunt oculis pelagus, sunt omnia coelum,
estque marisellus faciens smaltire budellas,
unde fament, vellentque famem scazzare, nec ordo est.
Cingaris at cura, Baldus premit atque Lonardus
cordoium ingentem, ponuntque dabanda temenzam,
sperantes: et quod destreros ille raquistet,
et quod in hac fusta quidquam mangiabile trovet.
Non ea barrones decepit opinio, namque,
dum Cingar totam buttat sotosora galaeam,
multa retrovavit de sub fundamine puppis,
quae consolarunt animos prius, inde budellas.
Dumque recordari sociis vult Baldus amicos
Giubertum iuvenem, charumque insemma bufonum;
Giubertus iuvenis, charusque insemma bufonus
ecce procul veniunt, remis fugiente batello,
et cridant tuttavia: - O o aspettate fradelli. -

Aspettant laeti, nam quo partire volebant
si nullus remex et remi in frotta superchiant?
Hos igitur, picola cum barca insemma levatos,
Baldi forza tirat sursum, dentrumque reponit.
Giubertus narrat, qua fugerit arte Bocali;
dumque alternatim passata pericla recordant,
Cingar formigat per fustae mille latebras,
et tandem reperit damisellum fronte galantum,
qui iacet, a testa calcagnos usque ligatus,
et lachrymans orat longo de carcere trari.
Confestim accurrit Cingar miseratus: in illum
aspicit, atque hominem quondam vidisse recordat.
Ast in quo bosco, seu Fundi sive Bacani,
nescit, et in dubia sibi grattat mente tosottos.
- Dic - ait, - ecquis tu? quae patria, quaeve cathenae? -
Respondet: - Fuimus tres nunc insemma sodales:
Falchettus, Moschinus ego, magnusque Fracassus,
qui cum sex, carichis moresca gente, caracchis
Italiam versus zephyris vela alta dabamus.
Tanta sed alzavit montes tempesta marinos,
quod pars armatae rupta est, pars gita traversum,
ac ita tres charos mala sors divisit amicos.

Verum ubi regressa est, Phoebo ridente, bonazza,
ista ladronorum classis fuit obvia, meque,
non sine strage sua, capitanum gentis in ista
nave cadenarunt, sperantes praemia taiae.
Caetera gens una cum nave perita negatur.
Quo tendant alii caporales, nescio, verum
quam doleo, si nulla datur vindicta baronis,
illius egregi barronis, nomine Baldi. -
Cingar id ascoltans, veluti cagiada tenellus,
deleguat dentrum, simulat tamen, extraque tascam
fidam compagnam limas trahit atque tenaias,
unde, scatenatis, sic sic tuttavia loquendo,
compedibus ferri, quamprimum liberat illum.
Mox vocat huc Baldum, Baldus venit atque Lonardus.
Quid velit, ignorant, Moschinum Cingar ad ipsos
praesentat, relavansque oculos, sic versus olympum
alloquitur, clamans: - O laus, o gloria mundi,
o paladinus homo, qui nostra aetate coruscas,
en tua nobilitas quales tibi, Balde, sodales
conciliat, qualesque viros, quantosque barones!
Per mare, per terras, perque hinc, perque inde, requirunt
te, cortesiae speculum, te, robur honorum;

nilque maris pelagum, nil Scillam, nilve Carybdim,
nilque ladronorum fustas timuere timendas:
quo te magnanimum, quo te sine fraude realem
aut presone cavent, aut pro te morte necentur.
Dico tibi, et replico bis, ter, quater, octoque voltas:
tres te compagni cercant, cagione trovandi
haud in ricchezzis Croesi, haud in Sardanapali
delitiis porci, non summa in sede levatum;
sed magis hoc faciunt compagni denique veri:
ut vel in obscuro cum tecum carcere stentent,
vel dent diabolo pro te dissolvere vitas.
Per montes, valles, perque aequora, perque travaios,
huc, illuc sese ficcant, animasque refudant.
Nunquid acquistandi robbam cagione vagantur?
nunquid ut obtineant papae regumque favores?
Non, non, ast ut te longo de carcere ducant,
aut tecum ceppos, turremque per aëra portent.
Ecce cadenantur miseri, tristemque famati
sustentant vitam, quis tales trovet amigos?
Quot reperis, tot tu naso numerare valebis,
tempore disgratiae veri noscuntur amici.
Quid plus amicitia valet esse beatior ipsa?

Quid melius mundo, quid plus aggradat olympo?
Omnibus his cosis incago praeter amicis.
Quae gemmae possent, quae magni vena tesori
charum, secretum, fidum comprare sodalem?
Est poltronus homo, nec homo, sed bestia basti,
qui magis apretiat trippas implere busecchis,
quam reperire virum, sua cui pensiria dicat.
Ecce tuus Moschinus adest, o Balde; quid illum
cernis adhuc dubitans? heu tempore tempus obumbrat
vultum hominis, memoremque minus distantia reddit.
Sic referens Cingar, lachrymis sibi pectora bagnat,
atque facit nimia tenerezza flere sodales.
Baldus in amplexum Moschini currit et inquit:
- Tu ne, meus Moschinus, ades? tu ne ille mearum
quondam curarum requies, ac dulce levamen? -
Nec parlare valens plus avantum, strectus abrazat,
atque basat iuvenem, cui tunc vix barbula spuntat.
Posthabitis demum lachrymis Moschinus ad illos
omnia de sociis perdutis ordine contat.
Baldus ait: - Retrovare meos dispono fradellos.
At quis nos istam deduxerit extra galaeam?
Non sunt, qui menent remos, qui carbasa tendant. -

Doctus ad hanc artem Moschinus, qui maris olim
viderat ad Pietoli zuffum plus mille fiatis,
passaratque fretum San Zorzi ad Vasa Ceresi,
respondet: - Pocam facio de hoc aequore stimam,
qui magnum oceanum Bugni, golfumque Cipadae
sulcavi toties per drittum perque traversum.
Ne dubita, dum prosper adest Levantus ab Euro,
ad totam per trenta horas nos ibimus orzam.
Ergo spiegamus velam; tu, Cingare, cordam
hanc tira; Leonarde, iuva; tuque, hola, quis est hic?
Bon compagne, mihi fer opem distendere velam. -
Cui Boccalus: - Ego? sum praestus, en, sia factus. -
Moschinus rursum: - Sta tu istic, Balde, timoni.
Cingare, tira, tira, day day, tira, Cingare, tira.
Issa, Lonarde, issa, i, o, succurre, Giberte.
Iam satis est, orzam scurta, preme, Balde, timonem.
Bon compagne, sede, satis es male praticus, horsu
ad nomen Christi, cordam paulisper amolla. -
Cingar: - Hem, sociis, qualis fortuna secundat.
Tu quoque, Balde, sede, lassa me stare timoni.
Labra mihi sunt aspra siti, quam bramo bocalum!
- En - Boccalus ait, - me vis? - Risere sodales,

et sic Boccalum tunc nomen habere Bocalum
novit Moschinus; post coelum guardat et inquit:
- Quam bene velamen gaiardus gonfiat Eurus!
Sancte, precor, nobis esto Nicolaë benignus,
qui nos semper habes curam defendere nautas;
assassina licet sit barcarola canaia,
non tamen attendas haec mancamenta, sed omnem
tolle annegandi prigolum, drizzaque caminum. -
Cingar ait: - Quid tam sanctum chiamare Nicolam,
ut tibi det ventum? potius prega, det tibi panem,
namque affamato crepitant mihi ventre budellae,
magraque Boccali facies lanterna videtur. -
Cui cito Boccalus: - Tua nec grassedine colat. -
At Cingar de more suo rugat huc, rugat illuc,
biscottosque trovat quodam cantone latentes
semimufolentos, et avorum tempore natos,
barba quibus canuta riget, corrosaque tarmis.
Post haec dulcis aquae mezarolam ducit, et ollam
persutti ranzi, secreta in parte catatam.
Haec sunt visa tamen sibi lac, sibi zuccarus et mel,
et giurant nunquam similes gustasse bocones.
Omnia consumant, nec zanza fit ulla tralorum.

Qui famet et comedit, si parlat tempora perdit.
Providus interea Cingar, post apta Molorco
fercula, se fustae gabiam rampavit ad altam,
rampatusque supra rodit tuttavia fenocchios.
Hinc oculos per aquas largat, lateque vedutam
spantegat, et stricto cilio freta larga traversat,
si piet ex aliqua banda, scoprat ve terenum.
Sed campos tantum immensos discernit aquarum.
Prosper erat ventus rapidae tunc forte galaeae.
Moschinus tendit nisi non guidare timonem,
saepe iubens nunc trare sogas, nunc solvere funes;
quam Baldus curam dexter facit atque Lonardus.
Cingar cantabat, lingua frifolante, vilottas.
Ecce propinquantem fustae procul aspicit unum,
nescio quem, medias nodantem forte per undas:
Esse prius lignum pensat, mox esse cavallum.
Alter ait: - Butta est; - Non sic - ait alter, - hic est bos. -
Inde vident chiarum, non esse nec ista nec illa,
ast homo certus erat, vivus, nodansque per undas.
Sed nodando tamen, solitam non servat usanzam:
scilicet ut pariter gambas et brachia menet;
brachia non menat, non spingit ab ore liquorem,

imo super fluctus apparet tota giuponi
forma, nec a bigolo sursum lana ulla bagnatur.
Tantum crura menat, pedibusque per aequora solis
enatat, et dardum dextra scudumque sinistra
fert animosus homo; reliqua sed parte sotacquam
findit inaequalem, velut ales aquatilis, undam,
sive sit ocha Padi varcans nodando canalem,
sive folenga, giocans fangosa in valle Comacchi.
Ille venit contra fustam, veniensque menazzat,
namque ladronorum pensaverat esse galaeam,
quae sibi non pocum tulerat per alhora botinum.
Obstupuit Baldus quod vir sub pondere ferri
tam facilis nodet, nec brachia prorsus adopret.
Ast ubi Moschinus placidos gyravit ocellos,
clamat alegrus: - Hic est noster Falchettus, et heus o,
o Falchette, veni, Baldus te, Baldus, et ipse,
ipse tuus Cingar manet hic, affretta, camina. -
Proh puta, quando suos compagnos sentit adesse,
quos partim mortos, partim praesone seratos
crediderat, scudum subito, dardumque relinquit,
quattuor et gambis, pariter brazzisque duobus,
enatat, imo volat, medius canis et medius vir.

Quando etiam Cingar Falchettum vidit in undis,
quem Baldo excepto super omnes semper amavit,
exuit extemplo faldam spoliatque camisam,
et stoppans nasum digitis, ex arbore navis
cum capite innantum se ficcat in aequora tuttum.
Sex brazzos descendit aquae, mox ecce videtur
desuper orecchias scorlare liquore pienas,
oreque boffanti salsos respingere potus;
dumque ferit palmis et crebris calcibus aequor,
scindit aquas, rumpitque levi sub pectore pontum.
Denique iunguntur; Falchettum Cingar in undis,
ut valet, abrazzat, veniuntque insemma natantes,
atque ragionantes, donec, manudante Lonardo,
unus post alium trantur de fluctibus ambo.
Absque ullo numero faciunt sibi mille carezzas,
passatos casus, passata pericula narrant,
perque susum guaios toleratos, perque dabassum.
Talia dum parlant, chiachiarant, unaque moteggiant,
insperata procul discoprunt culmina terrae,
horrentes nemorum sylvas, montesque levatos.
Haec erat, aut, dicam correctius, esse parebat,
insula, quae pinis, fagis verdeggiat et ornis.

Hac visa, incipiunt laeti saltare barones.
- Terram - Cingar ait, - terram quin cernitis? ecce. -
Huc celer, huc Baldus timonem torcere mandat,
ad portumque facit versam inculare galaeam.
Anchoreus buttatur aquis rampinus, et omnes
saltant armati de fusta supra terenum.
Tangere quisque solum gaudet, damnatque marinam.
Ingrediunt boschos, si qua mangianda catantur,
nam biscotellos satis est mangiasse trigiornos,
aut unxisse gulam ranzi pinguedine lardi.
Ecce duas capras, binis seguitantibus albis
capreolis, cernunt prolixis currere gambis,
saltibus et magnis culum monstrare biancum.
Se citat ad cursum Falchettus, moreque veltri
pulverulentus abit, pedibusque viluppat arenam,
unde brevi cursu caprettos strangulat ambos,
quos butat in terram mortos; caprasque secutus,
unam acquistavit tantum, scampante sorella.
Cingar ibi laetus matrem, natosque gemellos,
accipit, et, factis solito de more cavecchis,
scorticat et capram, et caprettos scorticat ambos.
Non ibi Boccalus fuit ultimus: omnia versat,

omnia sollicitat, facit hoc, iubet illoc, et omni
cazzat in impresa nasum, faciendo bufonem.
Baldus fraxinea detruncat ab arbore ramum,
optime quem sbroccat foliis et rendit aguzzum.
Hunc piat altandem Boccalus, et ipsa caprarum
frusta, per hunc spetum sic factum, ponit arostum.
Ipse Leonardus iam traxerat extra galaeam
ignivomam petram, lescam, durumque focile;
multiplicat colpos, dum saxum chioccat azalo,
scintillasque cavans, tandem flammarier escam
inspicit, unde ignem pochetino sulphure brancat.
Iamque altus focus est, Moschinus ligna trabuccat,
plurima tum Cingar fert instrumenta coquinae,
smenuzzat trippas, bis, terque, quaterque lavatas,
inque pignatonem, quem tunc aqua calda netarat,
cum sale, cumque oleo ponit, faciendo menestram.
Boccalus rotolat spetum, iam fumat arostus,
supra quem Baldus lardi scolamina buttat.
Quasdam frondosas Giubertus praeparat umbras,
sub quibus est agium coctos mangiare caprettos,
namque cicala canit, giugno brusante terenum.
Denique iam omnes cocto refrescantur arosto.

Cingaris incoepit primus masinare molinus,
Boccalus mezam iam capram dente vorarat;
Baldus nil parlat, qui parlat tempora perdit.
Dat nunc Giuberto meliores, nunc ve Lonardo
boccones, quos saepe sibi Boccalus agraffat.
Moschinus frangit, nettum lassando taierum,
quem sibi de fundo scatolazzae fecerat ante.
Quisque suas implet caprina carne budellas,
consyderant nec adhuc Falchettum prorsus abesse,
tanta fames quandoque citat possanza talentum,
quod, quantumque supercharos, smemoramus amicos.
Non tamen hanc unquam Baldus servavit usanzam,
sed, qui dilectis procurat semper amicis,
sic ait: - Heus socii, non hic Falchettus habetur,
quo nam discessit? nostra est vergogna daverum.
Ille capram rapuit manibus, rapuitque caprettos,
cui pars debetur maior, meliorque boconus,
et nos mangiamus, non illo adstante, codardi.
Surge cito, Cingar, Moschini suscipe piccam,
vade per has macchias, compagnum cerca, camina. -
Surgit amorevolus Cingar, gittatque taërum,
corripit et piccam, sylvamque subintrat opacam.

- Heus o - cridabat, - heus o Falchette; - sed - Heus o Falchette - respondet ei de rupibus Echo.
Interea iuvenis Leonardus prestiter escas
deserit, et cingens spadam ferrique brocherum,
terribilem boscum post gressum Cingaris intrat.
Texuerat sibimet tortam de fronde coronam.
Nuper enim dixi, raucas cantare cigalas.
Cingar abit, magno spacio lontanus ab illo,
nescit heu, nescit miserum seguitare Leonardum:
nam bene dicendus miser est, cui cruda paratur
mors, iuveni schietto, puro, similique rubinis.
Et quae causa necis fuit huius? foemina. Mirum,
si quid monstrum aliud quam foemina rumpere possit
mentem tam sanctam, castamque, Deoque placentem.
Oyme Deus, quantis grassa est nunc terra bagassis,
tantarum quae pressa gemit sub fasce luparum.
Dic horsu, dic, Togna, mei possanza botazzi,
dic rofianarum trapolas, soiasque rognosi
mille putanismi, et Veneris cagatoria nostrae.
Non desdegneris, quamvis sis foemina, namque
teque tuasque pares fas est dabanda relinqui.
Parcite, signores, si forza colerica me me

straparlare facit, bruttasve sfogare parolas.
Ah nimis importat tam bellum perdere florem.
Credite non mancum Tognae, quod dire parecchiat,
quam si respondens ad messam proferat amen.
Non plus merda nocet naso, non morta carogna,
quam mulier quae, se falsa beltate galantans,
cortigiana iubet, pariterque signora vocari.
O sporcum bruttumque nefas, o millibus unquam
non unctis, totoque orbis sapone lavandum!
Et quid agunt istae porchae, frustaeque lupazzae?
Heu iuvenes, audite, precor, sentite poëtam,
atque poëtissam Tognam, quae tacta bocali
fulmine dovinat verum, drittumque prophetat.
Sunt Romae, Napoli, Florenzae, suntque Venecis,
Millano, Genoae, sunt Bressae, suntque Bolognae
agmina vaccarum tantarum, quod mare totum,
flumina, stagna, lacus, borsaeque sugantur ab illis,
quas divas dominas, signoras, atque madonnas
turba gazana vocat, scribit, chiamatque fenestris,
atque madrigalibus, seu merdagallibus, illas
cantant humana cum voce, sonoque lautti.
Has tamen aspernunt illae sbeffantque losingas,

atque pochifaciunt versus mancante guadagno,
quo veluti mulae ostinatae infine domantur.
Simplicium sed amor iuvenum, visique galanti,
sinceri, purique agni, niveaeque columbae,
has faciunt nimia smaniare libidine cagnas.
Oybo, quis ascoltans non nasum stoppet et aures?
Ergo manus adhibent operi, cercantve caminos,
huc illuc varios nunc donis nunc ve sonettis;
denique fundatas nequeuntes flectere turres,
ut sua cunctivorans satietur aperta vorago,
quasdam consultant putrefactas tempore vecchias,
quae tabachinandi, quae dant documenta striandi.
Hae sunt carnivorae zubianae, suntque beghinae,
quae bigamas se se iactant, terzique sorellas
ordinis, et sanctas Cittas, dignas ve beatis
pizzocaras fusis ornari supra sepulchros.
Has ego per gesias hinc inde recurrere cerno,
candelasque brusant a tota plebe videndas,
atque paternostros talquales ore biassant,
saepeque tellurem basant, leccantque matones,
saepe manu chioccant stomachum, faciuntque sonare
pectus tamburrum don don, per forzaque striccant

ex oculis lachrymas, guanzis aposta tacatas.
Sparpagnant instar Crucifixi bracchia coelo,
barbozzumque menant sdentatum more caprarum,
cum grattaculos sgagnant, cardosque biassant.
Nunc gesias intrant in aperto, seque videndas
omnibus ostentant, nec per loca scura pregantes,
ut candelero sua det candela lusorem.
Nunc per mille busos, tanas latebrasque remotas,
perque tenebrosos cantones, postque pileros,
subque sepolturis, hae tygres, haeque mulazzae
stant quacchiae, tum cum celebrant altaria missas.
Et quid ibi tractant poltronae, quid ve cigalant?
quid sgarbelatae, rancae, putridaeque crevellant?
Seu chiachiaris cercant niveam ammacchiare putinam,
seu garzoncellum dictis corrumpere purum.
-Ah mal nate puer - dicunt, - mal nata puella!
Nam quid ego de te valeo pensare, quod ullam
non tibi procuras, velut est bonusanza, morosam,
non tibi de summo tenerum balcone morosum,
castroncella, tiras in lectum tempore noctis?
Scilicet est hominum de te grandissima cura,
si facias illud, quod non fecisse dolebis

mille dehinc voltas, et bestia matta parebis.
Haec tua quid giovat tibi fazza galanta? quid ista
frons calcedonii? quid ocelli, corda tirantes,
ut tirat in boccam donolinam rospus apertam?
quid ve rapraesentant dentes albedine perlas?
quid ve coralicios frustra natura labrettos
contribuit, niveasque genas insemmaque rossas?
Nonne lac et vinum vermeium fazza palesat?
Quid te, sic bellum, quid te sic esse galantum
cernimus indarnum, frustra, nulloque guadagno,
quandoquidem nec vis, nec sofris amare puellas?
Bellus es, ut placeas, ut ames, ut ameris, ut uras,
urarisque simul, non in fornacibus Aetnae,
sed magis in dulci, mellato, nectare pleno,
atque zucarato tenerinae pectore nymphae.
Vis ne, giovenaster, sine fructu perdere florem?
vis ne, malenconicum sine gioia incurrere fangum?
Spernis amare, puer? vecchius, sis certus, amabis.
Spernis amare, puella? fies mulazza diabli.
Nunquid vis fieri monachus, fraterque, vel alter
gentibus ex illis bufalazzis atque dapochis,
quos vel sempietas, vel desperatio duxit

ad fieri fratres, monachi, goffique romiti?
Nunquid lassabis te, menchionella, serare
grossibus in muris, et ad aethera summa levatis,
ut velut in paia nespol marcescere possis?
Nemo super terram sanctus, stant aethere sancti,
nos carnem natura facit, quo carne fruamur,
atque voluptates ingordo ventre piemus.
Nil Deus indarnum simul et natura crearunt.
Instituuntur aves, pecudes, piscesque, feraeque,
ut cazzatores, piscatoresque fiantur,
utque gulam variis saturemus ognhora guacettis.
Plantantur boschi, surgunt de marmore rupes,
quo naves, barcas, et tecta locemus et aedes.
Lana datur pegoris, gallinis pluma vel ochis,
quo molles adsint lecti, caldaeque pelizzae.
Sic etiam teneras mundo fecere putinas,
quas vos, o teneri, debetis amare, putini.
Talia sic istae sgualdracchae, propter aquistum,
per cantonadas, loca per sibi commoda, chiarlant,
utque damigellos inveschient, utque puellas,
ut sua bocca rosam iuvenum disverginet albam,
quorum si nequeunt solidatam flectere mentem,

idque trovant ferrum, quod pensavere piombum,
ad magicas veniunt artes, chiamantque diablos,
mille modos totidemque vias retrovare docentur
a Satana et Belial: seu tandem vincere pugnam,
sive suis miseros furtim guastare maliis.
Huc illuc scurrunt, secreta indagine cercant
grappas piccati, nascentis sputa putini,
cervellas gatti, cor talpae, stercora vulpis,
terram quae sepelit mortos, duo membra ranocchiae,
matricis lectum parientis, quo latet infans,
sed plures alias brevitatis causa fusaras
praetermittit, habens altros ad texere filos.
Hoc unum restat quod tanta est voia nocendi,
ut lac gallinae inveniant, fungique semenzam,
campanaeque sonum capiunt, ragiamen aselli,
calcagnum tenchae, zenzalae in pectore costas,
urinas ochae, gruis aurem, melque tavani.
Sed iam, Togna, casam redeas, tornesque camino
te modo lassato, de vacchis satque, superque.
Me dudum a studio chiamat fantesca: - Patrone,
iam depone cito pennam, calamaria, cartam,
coena parecchiatur, frigescit calda polenta,

compagni totam iam mangiavere salattam. -
Iste liber vobis finit, mihi coena comenzat.

LIBER DECIMUS SEPTIMUS

Ibat honestatis radius per coeca ferarum
lustra Leonardus, quo mors violenta vehebat:
ipse, ubi boscaias sylvarum intraverat altas,
perdidit infelix drittae signalia stradae,
saepe vocat socios, et clamans duplicat «o o»,
quas voces spargit fortuna ribalda per auras.
Iam super innumeris depictum floribus agrum
improvisus adest, ubi dulcis ventulus eflat.
Hic medio in campo saxi fontanula vivi
perstrepit, undiculisque suis nova gramina bagnat.
Circumstant fontem lauri, myrtique virentes,
limones, garbique simul, dulcesque naranci.
Cantant per frondes oselini mille vagantes,

invitantque omnes peregrinos sistere passum,
seu currentis aquae vitreos haurire liquores,
seu genium somni freschis gioire sub antris.
Semper ibi arrident tremulae venientibus umbrae,
quas nunquam splendore suo trapassat Apollo.
Huc igitur, sembiante loci tiratus amoeni,
forte Leonardus declinat, apudque riveram
se cristallinam vernantes buttat in herbas,
seque dat in praedam, disteso corpore, somno.
Ecce sed interea venit huc formosa puella,
formosumque videt solum dormire puellum.
Se duplici sfogare siti cupit illa repente:
venerat ut biberet, sed eam sitis altera coepit.
Haec erat et meretrix, et centum plena magagnis,
doctaque carminibus magicis iurare diablos,
quam rofianorum Pandragam turba vocabat.
Non bene bellezzam comprenderat illa baronis,
non bene leggiadram faciem, bustumque tilatum,
non bene puniceos imitantia labra coralos;
praesta dedit sporco squarzandum pectus amori.
Sed quid agat, nescit: timor hinc, amor increpat illinc.
Ne rompat somnum timor admonet; unde gelatur.

Ne perdat gioias, amor incitat; unde brasatur.
Saepe sibi parlat: - Sum grandis pazza daverum.
Tempus non tornat, sordis quod transvolat horis. -
Mox animum capiens, se proximat ore, nec audet
hunc toccare tamen, sed tanquam pegola brusat.
Deficit in solo visu, dare basia vellet;
dumque propinqua movet, propter basare bochinum,
se rursum retrahit metuens distollere somno.
Attrectare manu frontem magis ausa comenzat,
ille nihil sentit, somnum strachedo profundat.
Interdum violas decerpit vacca propinquas,
inque sinum ficcat, nihil oppugnante camisa.
His ausis tandem facta est animosa, nec ultra
perdere vult horas, sic sic scampare fretosas.
Ad latus angelici pueri, finique gioielli,
se butat, inde rosam vult infangare lavacchio,
laedammoque suo purum corrumpere fontem.
Protinus insuetos Leonardus senserat actus,
discutit a somno sibi mens castissima sensus.
Non aliter sese de floribus ille rebalzat,
quam quum tollit humo cifilantia pectora serpens,
qui, dum flammato godit sub sole, iacetque

herboso in strato, fit pressus calce romeri.
Barro super sese mirans adstare puellam,
ut fugit ante lupum agnus, lepus ante livrerum,
sic puer ante magam, sic angelus ante diablam.
Infuriata, magis Pandraga stigatur ab aestro
luxuriae, veluti stimulatur vacca tavano.
- Ah, demens iuvenis - parlabat, - me ne refudas?
Me ne, puer tenerine, fugis? sta, siste caminum,
respice quas habeo carnes, his utere liber,
dum prohibet nemo, dum sors dat pulchra favorem.
Non Leonardus eam scoltat, procul imo recedit,
cui minus una placet mulier, quam trenta diavoi,
ac genus humanum miserum putat esse per istud,
quod pro sorte mala muliebri ventre caghetur.
Ergo viam scampat, veluti scamparet ab igne,
per quem mille brusant troiae, semperque brusabunt.
Dumque fugit, secum loquitur: - Brevis illa voluptas
subripit aeternum coeli decus; o pater, o rex,
quem trepidant victi manes, cui coelica paret
militia, unum oro: da invictum pectus et arma,
daque triumphatis me me hostibus altius ire. -
Candida virginitas quam pulchro in corpore praestat!

At Pandraga vocat retro: - Me aspetta puellam,
o puer, o formose puer, me aspetta puellam;
non ego sum tigris, non sum leonissa, nec ursa,
non draco; mi pulcher Narcisse, quid ah fugis? ecce,
te seguito, atque pedes rupi seguitando tenellos,
et patis indignans tenerinae damna puellae?
Dispietate nimis, saltem me cernere voias,
et me, quam fugis, aspicito, si sim fugienda,
sive sit apta tibi mea frons inferre pauram.
Deh moderare fugam, deh tantum respice quae frons,
quae mihi sit facies, aetas iuvenilis et ardor. -
Cor Leonardus habet diamante probatius omni;
quo magis illa vocat, surdis magis audit orecchis.
Hinc tumuit sfondrata Venus, bardassa Cupido.
Ambo simul removent Pandraghae a pectore flammam,
crudum ubi flant odium, serpas lacerante Megaera.
Praesta diabolicum traxit Pandraga quadernum,
quem relegens ursos constringit adire feroces,
atque comandat eis iuvenem squarzare tapinum.
Non fugit ille ultra, sed firmat littore plantas,
imbrazzat scudum, stricto se praeparat ense;
atque facit testam, disposto pectore, bestis.

Ursa prior, rabiosa magis, levat aethere saltum,
rugit, et hirsuto pillamine dorsa rabuffat.
Esse comenzatam cernens Pandraga bataiam,
sdegnabunda illos postergat, et inde recedit.
Cingar at interea Falchettum cercat, et illum
saepe vocat: cifolat, blastemat, giurat, avampat.
Baldus item, reputans quod eorum nemo retornat,
ingreditur nemus, ingenti targone copertus,
Moschinumque iubet ladris guardare galaeam:
cum quo Giubertus remanet, buffonque Bocalus,
qui tres, a somno victi, ronfare comenzant.
Septem igitur socii, quo tempore stare dunatos
mysterum fuerat, nec ab uno abscedere groppo,
ecce squadernantur, sic sorte menante tapinos.
Phoebus contradas sensim callabat in altras,
antipodisque suo giornum lusore ferebat.
Luna palesabat nobis ex aequore cornos,
atque impraestatos a fratre gerebat ochialos.
Falchettus sentit vacuos in ventre budellos,
quippe ingoiaret totum cum pelle vedellum.
Se modo compagni caprina carne replerant;
non habet ipse voiam, stomacho rodente, canendi:

poenituit cantare lupus cum ventre famato.
Ergo trahens gambas, mastini more cagnazzi,
quando caristiae castigat sferza vilanos,
aspicit a longe modicam de nocte lucernam,
huc mandat pedibus ventrem portare famatum,
qui iacom iacom faciunt, mancante fiato.
Illius en tandem retrovatur causa lusoris,
namque casuzza fuit crudis fabricata quadrellis;
hanc sine chioccatu portae, sine dire coëllum,
intrat, et intrando spadam tenet atque rodellam.
Invenit hic hominem scherzantem circa bagassam,
quae brutti vecchi temnit sdegnosa carezzas.
Bruttus erat vecchius, quo non manigoldior alter,
tergore delphini, facieque colore safrani.
Densque suis nullus massellibus extat apiccus,
nasazzusque colat tanquam lambiccus aquarum.
Interdum tamen illa senem cativella zelosum
sustinet, et basos tolerat poltrona bavosos,
mellitisque piat cornutum vacca parolis,
illeque per nasum, bufalazzi more, tiratur.
Haec est illa quidem Pandraga malissima, qua non
altera vaccarum melius tibi cornua plantat.

Quando igitur contra Falchettum movit ochiadam,
protinus amplexu patefacto suscipit illum,
ut solet optatum uxor carezzare maritum.
Pro gentilezza tanta stetit ille balordus,
nescit menchionus quas uset porca taiolas.
- Da - inquit, - damisella, precor, mangiare famato.
Sunt modo tres giorni, quod trippam gesto vodatam.
Te rogo, per si qua est bellis compassio damis,
da mihi tochellum panis, tibi schiavus habebor. -
Cui vecchius respondet: - Habes duo mille rasones;
arreca, Pandraga, cibos, succurre tapino. -
Illa, sochinello vestita galantiter albo,
se movet, et gestu, risu, garboque putanae,
expediens epulas, huc se travaiat et illuc.
Nec bene finierat mensas onerare vivandis,
in pede stans drittus, panem Falchettus agraffat,
quem veluti pilulam, nil dente tocante, trabuccat.
Post illum binos alios, tres inde, nec unquam
tregua fuit, donec septem periere bufetti.
Non tamen hunc anchum stimulabat voia bibendi;
sed facit assaltum, celeri cum dente, cadino,
quo, velut argentum spezzatum, millia vallis

Iosaphat ossa trovat, non aspernanda famato:
colla gallinarum, gambas, gelidosque magones.
Omnia Falchettus, servando silentia, mangiat.
Denique, non pochis saturato ventre boconis,
accipit ambabus manibus, sine forbere musum,
bottazzum ingentem, quamvis sibi zaina paretur.
Ac miser, absorbens opiati pocula vini,
protinus ad terram somno devolvitur alto,
distesusque iacet, tanquam si mortuus esset.
Perque caput diversa volant pensiria noctis.
Tangarus ille senex, Beltrazzus nomine, ridet,
ridendoque aperit sdentatas ore ganassas,
namque facit festam, vecchius malus iste Susannae,
sic trapolare suae peregrinos arte putanae.
Ipse quidem plus mattus erat quam trenta cavalli,
filius invidiae, galloque gelosior omni,
tam incarognatus, tam presus amore bagassae,
quod solo parebat eam trangluttere sguardo.
Si quandoque super guanzas frontemque puellae
musca reposabat, nec scazzabatur ab illa,
ibat adulterium metuens cito pellere muscam;
dumque fugabat eam, dicebat: - Guarda diavol,

mascula num musca est? an foemina? porca ribalda,
tu mihi cornarum, dubito, cimeria ponis. -
Talia parlando, currebat protinus, atque
moschettam brancare manu pulicemque studebat,
cercabatque inter gambas signalia maschi.
Ipsemet ergo ligat Falchetti membra cadenis,
nec vult officium per damam tale fiatur,
ne dormentato stupretur adultera moecho.
Illa, diu sciocchi mattezzis usa mariti,
ridet, et hoc risu dat pazzo intendere vecchio
in puteo lunam, stellamque negare Dianam.
Beltrazzus ghignat pariter ghignante puella.
Quisquis troppus amat, cum ridet amasia, ridet,
nec non, cum plorat, plorat menchioniter idem.
Tollitur ergo lapis, sub quo latet atra caverna,
in quam Falchettum longo cum fune calarunt:
inde, superposito saxo, bocca illa seratur
carceris; et nunquam quisquis chiavatur in illo
hinc se posse putat dissolvi, et cernere giornum.
Haec ea dum tali rerum vertigine passant,
scilicet ut vivus soteretur Falco, Lonardus
mortuus a nullis sit humatus, fraude puellae,

hunc repetamus, ovemque ursis buttemus edendam.
Ursa, diabolicae rabiis uscita Megaerae,
valde travaiabat, maschio adiutante, Lonardum.
Ille, pudicitiae fidus defensor et acer,
mille daret vitas, si mille teneret, ob illam.
Cum leva obiectat scutum, dextraque frequentes
stoccatas vibrat, nunc bassus, nuncve levatus,
nunc retro, nunc ante pedes agitando legeros.
Ursa ferox, et dira magis, se cazzat inantum:
quae male formatos ursattos liquerat antro.
Cui punctam in ventrem torquet Leonardus, at illa
destra sinistrorsum balzat scansando repente,
inde super gambas derdanas ritta levatur,
ongiatasque manus aperit, panditque bocazzam.
Barro sed in medium mostazzi, dando roversum,
colsit eam tandem, fecitque tomare stravoltam,
dentatamque simul spiccavit ab ore ganassam.
Ursus adiratur, sociam videt esse feritam,
sanguine quae largo flores malnettat et herbas;
unde Leonardo stizza maiore sotintrat,
cumque manu dextra zampatam vibrat apertam,
quae, quantam gremiit faldam, de corpore squarzat,

nudatumque forat duris ongionibus inguen.
Vulnere non tamen hoc persona gaiarda paventat.
Ursam, quae suberat rursus, fendente salutat,
sed levior gatto saltum facit illa dabandam,
ipseque, dum colpus vadit fallitus, arenam
percutit, ad manicum ficcans sabionibus ensem.
Hinc piat ursus atrox tempus, rapit unguibus ansas
elmetti, tum valde tirat, iuvenemque fogabit,
ni celer huic casu provisio debita fiat.
Ergo valorosus, dum forte tiratur ab illo,
pungit abassato ferro, panzamque trapassat,
et tamen absque elmo, nuda cervice, remansit.
Proh dii! quando suum videt ursa morire maritum,
vivere dispresiat; nunc dextra, nuncve sinistra,
nunc vicina fremens, nunc se lontana retirans,
tam celeri balzat studio quod apena videtur.
Est verum, quod nulla suis in dentibus est spes,
stringere qui nequeunt, una mancante ganassa;
sola stat in duris sibi confidentia branchis;
cum branchis agit illa operam, furit illa per ongias.
At tribus e bandis iam versat barro cruorem,
nec mundi contornus habet cor firmius illo.

Se videt extinctum, nihil est tamen ille minutus
excellenti animo, nec mens sibi conscia recti
formidare potest niveam deponere vitam.
Semper adocchiabat nudam fera bestia testam,
huc acuit griffas, huc zampas drizzat aguzzas,
hanc tamen et scuto defendit et ense guererus.
Denique non patitur tam longius ire bataiam.
Proiicit a brazzo targam, manibusque duabus
incipit, et colpos illi sine fine ramazzat.
Se movet ursa levis, nunc huc nunc emicat illuc,
mandrittosque omnes paladini reddit inanes,
quem dum destituit sanguis, sed maxima crescit
et magis atque magis virtus animosa guerero,
spada, gaiardiam non sueta capescere tantam,
heu peccat, medioque operae fit iniqua patrono.
Frangitur ad manicum, lamma cascante tereno,
infelixque puer dextram sibi sentit inermem.
Ambo statim currunt contra, se amplexibus ambo
fortibus abbrazzant: premit hic, premit illa fiancos,
ut non dura magis stringantur ferra tenais.
Tandem affogantur pariter, pariterque cadentes,
sic sic complexi, fato periere medemo.

Non tamen ad vitam seguitata medesima sors est,
ille volat coelo, iacet ista cadaver inane.
Aspicis, alme Deus, pro te quamque impia, quamque
fert indigna puer tuus iste, simillimus agno,
iste tuus puer innocuus, puer iste fidelis,
aspicis ut pro te tam dira morte necetur?
Nonne hic expulsor Veneris, columenque pudoris,
quo datur ad vitae, via, lux, aditusque, coronam?
Siccine mortales tanto nos munere fraudas?
Felices o vitae hominum, felicia secla,
lapsa quibus coelo est animi praestantia tanti.
Cingar at interea sylvas peragraverat omnes,
Falchettumque suum iam rauca voce cridabat.
Denique speluncam sancti trovat ille romiti,
portellamque casae bussans petit: - Heus, quis aloggiat?
-
Ad quem vox intus sic rettulit: - Ave Maria. -
Cui Cingar: - Nobis semper laudata sit illa. -
Quo dicto, angustae crepuit portella celettae,
canutusque senex, cui pectus barba covertat,
costumatus adest, et quid vult ore comandat.
Cingar ait: - Venerande pater, deh dicite, quaeso

(si mea verba tamen non dant fastidia vobis):
vidisti ne hominem medium, mediumve catellum?
Quaero per hunc boscum, vidisti forsitan illum? -
Subridens senior dixit: - Mi splendide Cingar,
quamvis non video te nunc (quia lumine privor),
te tamen interius cerno, teneoque palesum.
Quaerere Falchettum frustra, tibi dico, laboras.
- Me miserum ! - clamat Cingar; - quid, mi pater, inquis?
Mortuus an fors est? morerer, si morte perisset.
- Non - respondet ei vecchius; - non ille morivit,
nam Beltrazzus eum tenet atro in carcere vinctum,
non certe mortum, sed valde morire bramosum.
Cui meretrix Pandraga dedit mala pocula somni.
Ille catenatus centri manet intra budellas;
non hunc inde trabis, nisi porcam fune ligabis,
nec meretriceae gabberis fraude losinghae.
Illa spudat blando tantam sermone carognam,
ut nimis incautos ad guisam pestis amorbat. -
Cingar ait: - Deh quaeso, pater, monstrate caminum,
qui me scanfardam subito deducat ad istam.
Se teneat, si me scapolat, scapolasse diablum.

Verum, sancte pater, per barbam perque capuzzum,
per si qua est charitas hoc in gestamine sportae,
oro, mihi vestrum voiatis dicere nomen.
Namque pur est grandis facenda, stuporque mirabel,
vos me, vosque meum socium, vosque omnia nosse.
Numquid vos Balaam? aut Balaae bona mula prophetae
vivit adhuc? vestraeque godit praesepia stallae? -
Respondet senior: - Nostrum si nomen habere
vis ad noticiam, quod saxis dormit in istis,
huc prius ad me me velis deducere Baldum.
Inde tibi, Baldoque meum volo pandere nomen. -
Obstupuit Cingar vecchium cognoscere fratres,
appelletque suo Baldum de nomine, seque,
Falchettumque suum; magnum putat esse prophetam,
ad quem vult penitus compagnos ducere secum.
Ergo cuncta illi promittit, et inde caminum
brancat eum proprium, sibi quem sant'alma palesat,
atque ad speluncam meretricis denique venit.
Candentes lunae paulatim aurora colores
scurabat, clarumque diem portabat Eous.
Cingaris adventum quando Pandraga spiavit,

protinus incontra saltaverat extra cavernam,
fronteque rididula et brazzis currebat apertis.
Cingar, amorosos quando guardavit ocellos,
fat ter signa crucis, velut illa diabolus esset,
mancavitque pocum, tam pocum, tamque pochinum
quin trapolaretur, ceu vulpes vecchia taiolis.
Sed cum Falchetti grandem rammentat amorem,
praestiter indretum scura se fronte retirat,
et mostazzonem talem cito porrigit illi,
atque manu replicans roversa vibrat un altrum,
quod duo denticuli cascarunt extra ganassas.
In terram cadit illa ruens, squarzatque capillos,
arrabiata cridat, stridosque ad sydera mandat,
lamentisque petras montagnae spezzat aguzzis.
Ecce, senex crevatus, adest Beltrazzus: ad illum
currebat strepitum, si currere dicitur ulla
testudo, aut portans limaca in tergore stanzam.
De passu in passu tussit, mollatque corezzam,
sbolsegat atque sonat magno cum murmure cornum.
Pro Satan, ut vidit sub Cingare stare morosam,
quam male nunc pugnis nunc calcibus ille burattat,
atque ad misuram carbonum donat acerbas

Pandraghae sorbas, asinamque melonibus ornat,
irruit atque hosti currit, ceu porcus, adossum,
dentibus et strictis, quorum pars maxima desunt,
vult ingiottitum tribus in bocconibus illum.
Cingar at in medium stomachi dat protinus urtam;
illeque, cascando, maroëllas rupit abassum,
saltaruntque foras lergnae, schioppante braghero,
et pover antiquus levasusum denique fecit.
Interea similis rabiosae foemina cagnae
se levat, et raspis, ut gatta, lavorat aguzzis
Cingaris in fazzam, et morsu talvolta canesco
multaque barbozzo streppat pilamina barbae.
Ille tamen miseram per trezzas corripit, atque
perque vias fango, perque invia plena rovidis
trat retro, veluti trat ladrum coda cavalli.
Prosequitur Beltrazzus eum: - Manigolde - cridabat, -
ah ladrazze, meam sic fers lacerare putinam?
Mille tuo nascant cagasangui ventre, gaioffe.
O mea, mi, Pandraga, decus: tibi dura cruentant
saxa caput tenerum, spinaeque insemma ribaldae?
Nec te tutari, nec te defendere possim?
He heu quanta meum desleguat doia magonem!

Candidulas rumpit cardorum copia guanzas,
blandidulos guastat campus lapidosus ocellos,
sta, beccone, latro, sta, furcifer: oyme tapinus!
Oyade sum mortus, spazzatus, et absque socorso.
Sum straccus, ruit ille ladro, volat ille diavol.
Crudeles spinae, crudelia saxa, rubetis
siccine de tepido tam bellae sanguine damae? -
Talia dum creppat, plus avantum ire vetatur,
nam parit aegrotas aetas vecchiarda pedanas,
strassinatque pedes retro vecchiezza cavalli.
Se trigat ergo, sedensque gravi spiramine boffat;
et velut antiquus seu bos, seu buffalus, ansat.
Ecce sed interea strani persona gigantis
huc improvistus sylvarum sbuccat ab umbris,
qui nunc oyimisonos Pandraghae senserat alte
rimbombare guaios, nec rem tamen ille sciebat.
Non erat in toto plus mordax bestia mundo,
plusque asino similis, scopertis namque pudendis
ibat, iensque nigro siccabat semine flores.
Hanc monstri spetiem veteres dixere Moloccum,
quod rofianorum nec non puzzore luparum
miscetur, fitque atra simul corruptio grossi

aëris, unde animal tale hoc deforme cavatur.
Est homini similis, quantum quod drittus et alto
incedit vultu, sed totus bestia restum.
Dentiger ut porcus, cagnazzi more pilosus,
moreque serpentum vomitat simul ore venenum,
flammatasque simul schizzat de retro corezas.
Illico Beltrazzus, visto de longe Molocco,
plus bove leggerus se drizzat apena, cridatque:
- Day day, para, pia, fer aiutum, chare Molocche.
Chare Molocche, tuam tibi raccomando signoram;
ecce, cavester eam poverinam quomodo trattat,
quomodo malmenat, strassinat, quomodo pistat! -
Talibus admonitus, properat slanza ille foiada,
pestiferumque spudat patefacto gutture flatum,
post quem abbrasatam spruzzat culamine loffam.
Cingar, amorbatus nimio puzzore, bagassam
deserit, et tracto brando petit alta gigantis
moenia, nec poterit cum scalis iungere testam.
Sed tenet ad bassum, basso truncone taiato
arbor it ad terram; bassis dat vulnera gambis.
At male provistus dum punctam concite laxat,
tanta venenati sbroffantur flumina sputi,

quod cadit attonita Cingar cum mente balordus,
atque velut mortus se se distendit in herbam.
Prestiter accurrit brazzis mastinus apertis,
impositoque levi conatu Cingare spallis,
ambulat, ut sic sic tepidettum, sic ve recentem
deglutiat digitosque untos pinguedine lecchet.
Ipse sed interea Beltrazzus abrazzat amicam,
hanc ve quasi mortam plorat, ploransque carezzat,
basat ei boccam, frontem, basatque biancum
pectus, et annorum centum puer omnia tentat,
quae tentare senex annorum trenta puderet.
Cingar fratantum de peso fertur in alto
tergore Molocchi, ceu fertur vulpe galina.
Nil sentit, quoniam tenet illum forza veneni:
desdottum certe buttavit alhora tapinus,
namque desesettum buttaverat ante Moloccus,
dispositus mangiare tribus bocconibus illum,
ut quoque mangiarat, nec non mangiare solebat,
tot quot vacca suis captat Pandraga taiolis.
Illa gigantescas humana carne budellas
replebat, faciens ventronem saepe satollum,
atque adeo plenum, quod avanzum carnis et ossa

mille lupos ac mille canes, corvosque cibabat.
Sed Molocchus eam nunquam satiare valebat
carne sua propria, quae nocte dieque dabatur
ante lupam rabidam, et nullo cozzone domandam,
quae stracca interdum, nunquam satiata manebat.
Ergo desdottum Cingar buttavit alhora,
sive gigantazzo pransus, seu coena fuisset,
ni tunc, in puncto stesso spacioque medemo,
porrexisset ei subitum Centaurus aiuttum.
Est Centaurus homo medius, mediusque cavallus,
qualis ab Ancroia paladina ignarus et acer
Tarrassus fuit amazzatus, teste Beroso.
Ipse gerit binos dardos, targamque copertam
desuper azzalo, et fodratam pelle draconis.
Ferrea dependet gallono mazza sinistro,
unde vocabatur Virmazzus nomine ficto.
Quando is Molocchum vidit, quem tempore multo
noverat, et voltas cum secum mille provarat:
- Pone, lupazze, agnum - cridat; - volpazza, polastrum.
Non, renegate, tui cibus est ventraminis, ola
cui dico, poltrone? nimis coena illa stimanda est. -
Sic dicens, torquet dardum vibrante lacerto,

cuius in hirsutum ficcatur puncta galonem.
Molocchus grandem smagonat vulnere cridum,
Cingareque abiecto terrae, stizzosus avampat,
Centaurumque suis bellandi scontrat usanzis:
ignitam faculam culamine vibrat aperto,
nec puzzolentos curat spudare macagnos,
namque sciebat eos Centaurum laedere pocum;
qui sibi tum nasum, tum polsos, tempora, corque
unguento ungebat multa virtute probato,
quod sibi donarat medicae doctissimus artis
Serraffus, qui gesta vigil paladinica curat.
Ecce autem dardum vasto rumore secundum
fulminat, idque volans sonat ipsa tonitrua coeli,
per mediumque bigol post tergum prompsit acumen.
Ille ruit moriens veluti si quando vilanus,
praticus officio agricolae, contemplat in agro
stare piopazzam vecchiam, segetique nocivam,
hanc ad radices assaltat vulnere ferri,
taiandoque facit volitare per aëra scheggias.
Illa cadit tandem stirpata disutilis arbor,
nec dapoca novas iam strangulat amplius herbas.
Bestia sic nostra haec, turpi concepta ledamo,

cascat morta solo, moriensque culamine bilzat,
ut bilzare solent brodam chrysteria ballae,
Centauroque pilos barbae scintilla strinavit.
Nondum Cingar erat de somno redditus ad se;
hunc bonus imponit spallis Centaurus equinis,
et iactos relegens dardos hinc cedit onustus,
fontanamque aliquam nunc huc nunc quaeritat illuc,
ut bagnatus aqua tornet smemoratus acasam.
Pervenit ad rivum tandem campumque virentem,
infelix ubi stat mortus Leonardus et ursi.
Huc volgens oculos guardat, relevatque, stupentum
more, supercilios, rugaeque in fronte rapantur.
Formosum iuvenem squarzato gutture mirat,
qui quoque tunc ursam mortam brazzatus habebat.
Cingara deponit spallis prope littora fontis,
formam garzonis pulchri contemplat et annos;
cumque diu stupuit, lagrymasque gittavit ab occhis,
hunc levat amplexu, bramans donare sepulchro,
namque recordatur tumulum vidisse vetustum,
quem cercans peragrat sylvas, portatque Lonardum.
Interea Cingar paulatim corde resentit,
ut solet a somno cum quis non illico surgit.

In pede saltatus, coram putat esse Molocchum,
dumque samitarram pugno se pensat habere,
hunc vibrat, ventumque ferit, pazzusque videtur.
Mox sibi medesmo rediens, circunspicit, et nil
Molocchi prope stare videt, nilque ultra puellae,
nil quoque Beltrazzi, neque scit conoscere quare.
Dumque petit fontem, Leonardi retrovat ensem,
atque duos mortos apud ensem conspicit ursos.
Protinus expavit, putat illum, non putat illum
esse Leonardi stoccum, dumque omnia cercat,
ecce videt carmen sic summo in fonte tacatum:
«Quanta pudicitiae sit laus, hic morte probatur.
Maluit occidi quam se violare Lonardus».
Carminis authorem nymphae dixere Seraphum,
qui modo se Phoebi, modo se Zoroastis alumnum
ostentat, famaeque ornat splendore barones;
et memoravi illum, et mox memorabo frequenter,
tanquam praesagum rerum, geniique ministrum.
Iam iam non dubitat, iam iam conoscit apertam
Lonardi mortem Cingar, culpatque bagassam,
namque bagassarum scit mores Cingar et artes.
- Proh Deus! - exclamat, - periit Leonardus, iniqua

sic fortuna tulit? morietur Baldus ob iram,
ob coleramque sui, puero quem portat, amoris.
Heu quid agam tapinellus ego? quo me ultra reducam?
O sfortunati socii, tot casibus acti!
Exanimus ne iacet Leonardus? forte ferarum
ventribus esca fuit? non saltem cernere mortum
possumus? obscuro Falchettus carcere stentat?
Baldum non video? Moschinus longe moratur?
Siccine dant forzas scanfardae sidera tantas?
siccine propitiant cagnazzae fata putanae?
Non tibi parco unquam: non, non, disponor ad omnes
iandudum prigolos, mortem non estimo ravam.
Sic fatus Cingar, quamprimum corripit ensem,
sylvas inde subit foltas, leporumque coattos,
de passu in passu meditat chieditque Lonardum,
donec terribilem nemora inter frondea sensit
rumorem, quo terra tremit, sonitantque riverae.
Intrepidus, cupiensque mori, quo murmur habetur
portat iter, speratque illic acatare ribaldam.
Sed videt ecce duos tandem pugnare barones:
alter erat Baldus, summa canegiatus in ira,
qui modo Centaurum incontrans, Leonarda ferentem,

crediderat tanti mazzatorem esse baronis,
unde smisurato vibrabat robore spadam,
menteque ficcarat Centaurum opponere morti,
mox super occisum semet scannare Leonardum,
nam centum mortes nihil amplius aestimat heros,
postquam compagni privatur imagine tanti.
Centaurus multo Baldum sustentat afanno,
quem sibi mazzatas cechi dare sentit et orbi.
Torserat indarnum dardos, frustraque menabat
bastonem ferri, tamen alto corde repugnat.
Non procul in terra Leonardi busta iacebant,
quem quoties guardat lacrymoso lumine Baldus,
maiore in furia Centauro currit adossum,
crudelesque illi rotolat sine fine stocadas.
Cingar adest plorans; quo viso, Baldus, ab imo
pectore singultans, cordis superante dolore,
non manet, at sensus velut urget passio nostros
tramortitus abit terrae, sentitque nientum.
Quo casu horrenti, Centaurus constitit in se,
atque suprasedit, reputans non esse belopram
(ut generosus erat) si lapsum vulnerat hostem.
Cingar ibi ad superos lacrymantia lumina drizzat,

atque gridat: - Vos, o superi, pietate carentes,
sufficiat vobis nostrum rapuisse zoiellum,
nostram virtutis perlam morumque tesoros;
vultis quin etiam validum prosternere Baldum?
Si sic saevitis, si sic crudescere vultis,
eya age, quid statis? quid adhuc indusia tardat?
Me quoque, Falchettumque meum, sustollite mundo.
Quae mora? num rabies satietur denique vestra. -
Sic ait, et voltus Centauro turbidus inquit:
- Quae, Centaure, tibi fama est, que gloria tanta
occidisse agnum, quo non mansuetior alter? -
Centaurus respondet: - Ego? te fallis, amice.
Non mea, sed sola est Pandraghae culpa ribaldae.
Sicut apud fontem poteris cognoscere verum,
ad quem bagnandum cum te, barone, tulissem,
ut sbroffatus aqua posses cazzare venenum,
hunc reperi iuvenem, crudeli caede necatum,
quem quoque dum tumulo saxi tumulare parecchio,
affuit hic novus Orlandus, novus affuit Hector,
imo nec humanas tales volo dicere possas. -
Cingar suspesus paulum stetit, inde favellat:
- Quae, Centaure, tuas me sors buttavit in ongias? -

Tunc Virmazzus ei narravit cuncta per orden;
Cingar in amplexum fraterno currit afettu,
tercentumque illi basos in pectore stampat.
- Per te - inquit, - mihi vita datur? licet illa noiosa
posthac semper erit, semperque bramosa resolvi
ossibus his, postquam tanto viduamur amico.
Iste valorosus, quem iecit doia tereno,
est Baldus: Baldi scio te sensisse prodezzam,
quam sensere poli, terraeque, maresque profundi.
Huic similem cunctos non est reperire per orbes,
dico gaiardiae similem, saviique governi,
quem tibi germanum reddam, fidumque sodalem.
At precor interea, per amoris vincla novelli,
fac mihi servitium, neque me domanda vilanum. -
Cui Centaurus: - Ego faciam quaecunque iubebor.
Manda, comanda mihi; dictum, factumque putato. -
Cingar ait: - Subito Pandraghae quaere capannam,
ne nostras scelerata manus evadere possit.
Hanc teneas donec veniam; veniamque debottum.
- Sic faciam - respondet ei, tunc illico sylvas
per densas strepitat cursu, ramosque fracassat.
Cingar it ad Baldum, bassa qui voce gemebat.

Cingare mox viso, sic fletum sustulit altum:
- O Leonarde puer, sine te quid vivere prodest?
o Leonarde puer, sine me quid morte teneris?
o Leonarde, tuae sum solus causa ruinae!
o Leonarde, meae tua mors est causa gravezzae!
o Leonarde, tibi nimis improba fata procellant!
o Leonarde, mihi vita est odiosa tapino!
sed quae dextra dedit tibi nunc saevissima mortem,
mortem non mancum mihi det saevissima dextra. -
In pede saltatus, sic Baldus dixit, et ensem
perstringens manibus, Centaurum credit adesse,
mandrittumque tirat (velut ingens forza doloris
insanire facit) quo antiquam tempore querzam,
atque repugnantem valido per saecula borrae,
ad sabiam voltat, mozzo troncone, stravoltam.
Cingar eum, tanquam delapsum cardine mentis,
confortat parlans: - Erat, o mi Balde, Lonardus
vassallus mortis, sic nos, sic ipse vel ille,
tertius et quartus, Martinus, barba Philippus.
Si lacrymae possunt huic toltam rendere vitam,
spargamus lacrymas, horsu, nosmetque pichemus.
Non tamen ignoras, quod quidquid nascitur orbi

tam remanet vivum, quam gonfius ille sonaius,
ille sonaius aquae, qui fitur tempore pioggiae,
hic cito comparet, citius disparet in unum
buf baf, et quod erat quidquam nil illico restat.
Non tibi bombardae pulver mage praestus avampat,
quam volat ad mortem quidquid tuttavia creatur.
Mors nulli parcit, nullum fert illa ritegnum.
Respectum nec habet temeraria personarum.
Omnes affattum proscribit, prendit, amazzat.
Papas, caesareos, reges, aliosque tyrannos,
furfantes, sguataros, sbirros, aliasque canaias
mors ad sbarraiam menat, deque omnibus herbis
fat fascem, nec stanca piat quandoque ripossum.
Ne, mi Balde, fleas mortos, nam, teste Cocono,
fletur id indarnum, quod scantonare nequimus.
Debemur morti, nos nostraque, pulsat et aequo
mors pede nobilium turres inopumque botegas.
Non hac perpetuis in terra ducimur annis.
Patria, quae nostra est, in coelo constitit alto.
Non haec, quas mittunt lachrymas tua lumina, possunt
esse Leonardo gratae; non ista, gementi
pectore ducta, placent animo suspiria laeto.

Foemineum est plorare, virum decet esse virilem.
Mors haec vita fuit, nunquam moritura, Lonardo,
qui, ne virginei tenebraret lumina solis,
coelestem accepit vitam, mortemque peremit.
Sufficit has paucas tibi promulgasse rasones.
Non Centaurus eum, non, o mi Balde, puellum,
ut pensas, mazzavit: habes hoc crimine tortum. -
His dictis, Cingar seriem narravit ad unguem
passatae impresae, tam quod Pandraga ribalda est,
quam quod Centaurus vir optimus ac bonamicus.
Baldus humi ficcos oculos tenet instar aheni,
marmoreique viri, qui stat stabitque milannos,
vel super altarum gesiae vel supra pilastrum.
Cingaris eloquium distesis brancat orecchis,
una parolarum non perditur onza suarum.
Mitior imprimis apparet, at inde solutis
ex improviso lachrymis, non fronte dolorem
dissimulare potest, nam quae frons schietta, lealis
non portat sculpita sibi pensiria cordis?
Vox, quae tenta prius fuerat cagione pudoris,
sic tandem erumpit, sic tandem erupta comenzat:
- Cor, qui curarum factum es mihi vena ferarum,

sis lachrymarum etiam, donec miserabile corpus
in lachrymas abeat totum; cor perdite, plange,
plange, nec a planctu per te cessetur amaro.
Quid maris interea confinia, quidve colonnas
quaerimus extremas terrarum? vivimus ergo?
vivimus an frustra suscepto vulnere mortis?
Spes mea dempta mihi, mea lux, mea gloria. Plange,
plange, nec a lachrymis tua, cor, precordia cessent.
O male felices socii, num vivere prodest,
si mors solamen vitae tulit improba nostrae?
O decus, o requies mea, mi Leonarde, vocanti
non mihi respondes? sum Baldus, sum tuus ille,
sum tuus ille, miser, miserabilis, arca dolorum,
poenarum Phlegethon, lachrymarum flumen et aequor.
Proh superi! qualem voluistis perdere, qualem
fata trucidastis! dolor, heu dolor, heu dolor, heu dol... -
«Or» tacuit Baldus; sed iam nudaverat ensem
in se conversum, ferro iam pectus adhaeret.
Corripit hunc humeris Cingar, spadamque repente
divellit manibus, pavido cadit ille tremore,
fronsque repentinam contraxit pallida formam
mortis, at in somno mens consolata quievit.

LIBER DECIMUS OCTAVUS

Alta soporifero mens Baldi aspersa liquore
iverat in partes, ubi se sua candida stella
auricomo coniuncta Iovi, Venerique benignae,
traxit et in fati secreto sistitit horto.
Hic sua docta fuit sors inter caetera, quantum
futile sit studium titubanti haerere columnae,
scilicet in rebus quidquam sperare caducis.
Cingaris in gremio testam tenet ille chinatam;
amboque sub quercu, vigil unus, somnius alter.
Interea Centaurus habens pro Cingare voiam
ad centum prigolos mortis deponere vitam,
it quacchius quacchius Pandraghae ad tecta ribaldae.
Quove potest picolo strepitu premit ille pedattas,
ne sentire queat, fugiatque cativa ruinam,
quam sibi cognoscit, Leonardi morte, parari.

Vidimus interdum toto cum corpore gattam
ire chinam, seu post macchiam, seu iuxta muraiam,
quae, dudum aguaitans oculis cativella tiratis,
servat osellinum per opacos ludere ramos.
Sic Centaurus abit pian pianum per nemus illud,
dormentemque trovans (o gran ventura) ribaldam,
dormentem, dico, Beltrazzum iuxta zelosum,
hanc citus aggriffat, portans levitate medema,
qua portare lupum infreddatam cernimus ocham.
Sed quia sacratum fert iugiter illa quadernum
attritas inter mammas, frustasque Moloccho,
id quoque Centaurus liquido cognorat avantum,
cercat eum, sotosora manu versando pelizzam.
Repperit altandem secreta in parte latentem,
quo tolto magis illa cridat, magis illa cagnezat.
Cui Virmazzus iter vocis per guttura stoppat
viluppo herbarum, ne chiamet forte diablos,
qui veniant in fretta suae sucurrere vacchae.
Se iam spazzatam, se iam tenet esse brusatam.
Beltrazzus sequitat, desperat, trat via bragas,
sgrafegnatque visum, barbaeque pilamina streppat.
Senserat hunc pridem rumorem Cingar, et ipsam

testam paulatim Baldi declinat in herbas.
Se levat in pedibus, trat spadam, mirat atornum,
expectat quae nam sit tanti causa fracassi.
En Centaurus adest, Pandragam portat adossum,
ut portat quaiam griffis sparaverus aguzzis,
gallinamque velut fert vulpes extra polarum.
Cingar eum scontrat, cui cennat adire pianum,
ne tantus rumor de Baldo somnia cazzet.
At Pandraga cridat, mandatque ad sydera stridos,
unde, illi faciens boccam vi Cingar apertam,
sbadacchium ficcat, quo posse cridare vetatur.
Hanc ergo (ut nata est) dispoiant corpore nudo,
quam frustare volunt, totamque scopare palesam,
ut merito a cunctis puttana scovata cridetur.
Istud ad officium peragendum boia niunus
tunc aderat, nisi sors guidasset alhora Bocalum.
Ecce Bocalus adest, faciet galantiter artem.
Cingar ait: - Centaure, precor, nisi forte molestus
sim nimis, ad corpus redeas exangue Lonardi,
quod potes in notam Pandraghae ferre masonem,
hic vestiga locos omnes sub, subter et infra,
presonemque trova sub saxi mole seratam.

Hanc aperi officio clavis, si clavis habetur;
ast ubi clavis abest, spezzari porta tenetur.
Rumpe fores, ac tira foras de compede magnum,
magnanimumque virum, Falchettum nomine dictum,
cuius forma tuam similat; pars ultima tantum
pars magni canis est, non, ut tua, groppa cavalli.
Inde Leonardum medesmo in carcere serva,
ne retrovent guastentque lupi tam nobile bustum. -
Excipit hoc iussum Virmazzus; et inde recessus,
quo Leonardus erat sistit, brazzisque levatum
portat, amorevolis bagnans humoribus occhios.
At Boccalus, ubi Centaurus abiverat illinc,
colligit ex aspris bronchis spinisque flagellum,
inde, sibi faciens digitis sine veste lacertos,
incipit in colera gabiazzam battere frustam,
ut nova peccatum purget penitentia vechium.
Qualis villanus, cui forza liquore botazzi
creverat, humectat palmas utrasque spudazzo,
bacchettasque menat crebro, paiamque flagellat,
sic Boccalus equam Satanassi, fasce virentum
spinarum chioccat, totoque labore sigillat.
Illa dolorisonas calcat sub pectore stridas,

sbadacchiata quidem prohibetur fortius oymos
vociferare suos, qua propter maxima doia est.
En rivat ad tempus multo Beltrazzus afanno,
quem procul ut vidit, Cingar de sede levavit
et male cappatum post vecchium currere coepit.
- O - ait, - ad tempus venistis, domine pater.
Quo sic in frettam pueritia vestra caminat?
Expectate, habeo plures ad dicere causas,
inque vicem nostros poterimus rendere contos. -
Cingar hoc improperans sequitur, miser ille scapinat.
Cernebas daynum tardam seguitare galanam;
quem tribus in saltis per collum prestus achiappat.
Ille pregat veniam, surdas dat Cingar orecchias,
sed secum tuttavia menat retinendo cavezzum.
- Hunc - inquit, - Boccale, tibi comendo zoiellum.
Nil fit in officio boiae magis utile, quam si
puttanis humeros, vecchis culamina frustes.
Vecchius, amoroso qui damas corde vaghezat,
non aliam meritat castigam, quam scoriadae;
namque inamoratus vecchius pariterque zelosus
est puer annorum centum, dignusque cavallo
alzari et nudas chioccari supra culattas.

Ecce tuam, Boccale, scolam novus iste scolaris
ingreditur: tener est, praestissimus omnia discet.
Hunc per passivos doceas componere normas.
Non est discordans tam discordantia, quam non
hic puer ad sonitum scoriatae praestus acordet. -
Suscipit hanc curam Boccalus, fitque pedantus,
fitque reformator, pedagogus, fitque magister.
Sbarbatum vecchium, rimbambitumque gaioffum
dottorare parat, si qua est dottrina staffili,
si qua sculazzatis castigat mamma fiolum.
Tolserat interea Centaurus ab ore cavernae
saxum ingens, Falchettumque foras cum fune tirarat.
Hic, exangue videns Leonardi forte cadaver,
flevit, et, intesa mortis cagione, momordit
stizzosus digitum: caveat Pandraga ruinam,
partitas siquidem multas scontare tenetur.
Ergo hic deposito Leonardi corpore, donec
congrua tanthomini fiat iactura sepulchri,
discedunt pariter, veniuntque trovare sodales.
Paulatim Phoebus descendit ab aethere scalam,
tresque appena horae giorni morientis avanzant.
Perveniunt tandem qua parte Bocalus afannat

se circum vaccam, dum pistat, dumque repistat.
At Cingar, mirans Falchettum accedere, currit
obvius, abrazzant, stringunt, lachrimantque Lonardum.
Post haec Falchettus, Boccalo dante flagellum,
incipit o quantis, o qualibus ille deratis
singentos numerare pilos, relevareque crustas.
Nata Satanasso, mortem Pandraga vocabat:
verum sdegnatur portare diavolus illam.
Baldus adhuc mentem per vera insogna volutat.
En subito comparet homo sylvaticus illuc,
extraque boscaiam saltat: cui barba diabli
sanguinolenta colat, musumque imbrattat edacem,
perque pedes portat Giubertum more capretti,
aut quum fert ocham mercato vecchia ligatam.
- En - Centaurus ait, - Furaboscus; hic iste Molocchi
est frater, proh dii quae fex, quam sporcus amorbat! -
Vix ea complerat Virmazzus et arma piarat,
ecce incalzabat Moschinus iugiter illum,
infestosque strales soriano scoccat ab arcu.
- Ah renegate - cridat, - deponas, ola, catellum.
Non est ille tuo pastus pro dente, lupazze. -
Sic clamans, tutavia facit strissare sagittas,

quarum nona caput per utramque trapassat orecchiam.
In pede Giubertus saltat, ruinante giganto;
ringratiatque Deum, magnam scampasse ruinam.
Baldus eo instanti, discusso corpore sognis,
se levat, accurrit Cingar, Falchettus, et omnes
de se ghirlandam Baldo fecere loquenti:
- O - dixit, - quantum Deus est laudandus, amici,
cui plusquam humanos innotuit esse dolores,
quos modo pro dira Leonardi morte ferebam.
Hunc mihi per somnum demisit ab axe superno:
o quam forma alium, gestu, fatuque Lonardum!
- Quid fles, Balde? - inquit; - quid fles, temetque dolentas?
Te fortasse piget, me ne bona summa tenere?
Ah cohibe tepidos, quos fundis inaniter, imbres.
Non id flere decet, per quod gaudere tenemur.
Summa bataiandi palma est superare seipsum.
Ista meum studuit meretrix violare pudorem;
fecissetque suum, me non obstante, volerum,
ni subito praesens mihi gratia summa fuisset,
qua magis in planum montagnas illa chinasset,
quam neque tantillum coitu me inflectere lordo.

Sordidius nihil est, quam se meschiare putanis. -
Sic fatus, brancare manum mihi visus, in altas
coelorum gioias per totum vexit olimpum,
meque videre cosas fecit, quas dicere possem,
si centum linguas, vocemque azzalis haberem.
Ultima quae dixit tandem mihi, verba fuerunt:
- Quaere tuum patrem, non longius ille moratur,
quem nunc sarcophago mecum soterabis in uno. -
Ergo simul, fratres, concordi pace manentes,
simus torrazzi fortunae contra bataias,
quas haec amicorum stentando lega patibit.
Per mare, per terras, per fundamenta profundi
ibimus, et nigri lustrabimus antra diabli.
Sed prius ad savios opus est andemus avisos
illius, qui me saeclo generavit in isto.
Quaerendus meus est genitor, quaeramus adunca,
quamvis nullus adhuc, ubi sit, comprenditur index. -
Cingar ad haec tostum facie respondit alegra:
- Penso tuum reperisse patrem, mi Balde; venite. -
Sic ait, anteriorque aliis fretolose caminat,
perque hac, perque illac boscos rammescolat omnes,
donec ad angustam venerunt denique grottam,

in qua solus erat sanctissimus ille romitus,
ad quem decrerat Cingar conducere Baldum,
et coniecturam nunc fecerat: esse talhommum
patrem, quem Baldo suasit cercare Lonardus.
Introëunt ergo; surgit cito barbifer ille,
quem facies Pauli decorat veneranda romiti,
nec non Antoni, nec non pia chiera Machari.
Protinus in brazzos trepida dulcedine Baldum
suscipit, et rivos tenerissime fundit ab occhis,
nilque per un pezzum valuit dissolvere linguam.
Non potuit Cingar, non Falco, et caetera turba
non lachrymare huius tanta spectacula facti.
Hic pater est (iam non dubitatur), filius ille.
Ambo abbrazzati pariter, strictimque tenentes,
intenerant lapides, non quod pia corda virorum.
Ut tandem potuere loqui, pater ipse sedendo
sic facit et natum, natique sedere sodales.
Mox ita, suspiciens coelum, parlare comenzat:
- O gobbae in terris animae, gentesque dapochae,
per nos ah quantum facies humana brutatur!
Nonne canes sumus invidia, grassedine porci,
vulpes inganno, stizzossi morsibus ursi?

Nonne gula rabieque lupi, tumidoque leones
orgoglio, et gatti, simiaeque libidine brutta?
Non est, qui cerchet drittae vestigia stradae.
Quisque suam pleno seguitat ventramine voiam.
O bene nassuti mundo, qui vana refudant,
sbrigatasque trahunt de terrae glutine mentes!
Nosco ego quid radiat coelum, quid terra virescat,
quid mare fluctivaget, quid denique tartarus umbret;
nec capitis grisos, nec longa pilamina barbae
cernitis haec frustra; freddum, caldumque provavi,
reddidit et finum me martellatio sortis.
Magna fui quondam francorum gloria Guido,
Guido rinaldesca natus de stirpe Sagunto.
Franza mihi testis, Germania, Sguizzera, Spagna,
Ongaria, quibus giostris, quibus atque batais
vincitor et princeps toto cridabar in orbe.
Noverunt itali, novit mala schiatta gregorum,
mori asini, turchique canes, et caetera norunt:
quod ducis ingenium quondam, quod robur in armis,
quae ve manegiavi multis stratagemata guerris!
Ut quid plura sequor? summa haec: mihi gratia tandem
tanta fuit rerum, quod franchi filia regis

me vidit, periitque simul, cepitque maritum.
At praestat reliquis donare silentia rebus.
Sufficit his paucis nostram concludere follam.
Ille furor rabiae, quem chiamat vulgus amorem,
qui tirare petras savios facit atque saputos,
atque altum, bassum, sicut sua voia talentat,
disponit, trattat, mundum sotosora travaiat,
nos de magnificis bassavit ad esse pitoccos,
esse vilanorum numerum, escas esse pedocchis,
ac ita furfantes non nostra superbia reddit,
ac ita quid sit homo scitur: fanfugola quippe,
et giocola, a ventis motu iactata pusillo.
Est homo stoppa foco, nix soli, brina calori;
non, ut se iactat, Caesar, rex, papa, vel omnis
qui ferat in Roma camisottum supra gonellam.
Hac in sorte tamen misera gaiarditer egi.
Principio uxorem gravidam, stancamve camino
non volui, hocve minus potuissem, ducere mecum.
Hanc bona suscepit miris persona carezzis,
Bertus, in hospitium fidum portumque segurum.
Ast ego dispostus vel amore, vel impete ferri,
aut certam acquistare urbem, aut perdere vitam,

protinus avisor praeclaro a vate Serapho:
esse mihi fausto nassutum sydere maschium.
Quantum alegrezzae tulerit mihi nuntius ille,
scire potest nemo, nisi patris amore calescat.
Sed mondanorum constantia nulla bonorum est.
Post malvasias, arsenica saepe bibuntur.
En iterum gramo denuntiat ore Seraphus:
esse mihi uxorem diro sub sydere mortam.
Heu quae non dixi toto convicia coelo?
O mors, clamabam, mors o correra diabli,
atque satanassi staffetta, citissima cunctis,
at mihi tarda moves, ceu longa quaresma, pedanas.
Tira, gaioffa, mihi renegato falce roversum,
aut mihi da cordam, qua desperatus apiccher.
Hac igitur persa, rammingus et orphanus ibam
mille per aguaitos, per mille pericula vitae.
At bonitas divina, pii miserata doloris,
quem pro te, Balde, orphanulo, pro uxore ferebam,
fecit ut in melius se se mea voia tiravit.
Nil, nisi stultorum gabiam, mundum esse notavi,
at bene scire mori, virtutum summa vocatur.
En quibus in bandis me solum, nate, catasti.

Usque modo fugiens hominum consortia, pascor
herbarum crudis radicibus, amneque puro.
Ipsa aetas, lachrymae vigilantia sustulit occhios:
occhios corporeos, inquam, sed lumina cordis,
quo minus inspicitur terra haec, magis astra penetrant.
Ipse prophetandi docuit me iura Seraphus,
quae sunt digiunis, longisque vegiare pregheris.
Illius ante oculos Deus orbem donat apertum:
rerum aditus, mentesque hominum, casusque futuri.
Hoc ego dignatus dono, tua semper in occhis
facta habui, sensique tuos, o nate, travaios.
Mantua non modicos tenuit te carcere giornos;
passus es imbriferas, vento sforzante, ruinas,
post quas corsari bellum crudele tulerunt,
quo facto tandem venisti ad littora patris.
Non vos disturbet magicas hic cernere burlas:
credite, sunt burlae, sunt baiae signa stryarum.
Insula non ista est, quae vobis insula paret,
non mons, non scoius, sed plurima schena balenae,
quam strya firmavit magicis Pandraga susurris;
supraque spallazzas eius, dorsumque peramplum,
arte diabolica fecit portare terenum,

montes, campagnas, boscos, animalia, fontes.
Sic ego, dum stabam solus solettus in antro
rupibus Armeniae, sensi me ferre per auras
cum grotta pariter, cum sylva et monte levatum,
hucve giusum poni pian pianum, more panarae,
quae sit vel freschis ovis vel plena becheris.
Tres modo sunt pestes, quibus aër, pontus, et omnis
mundus amorbatur, tres saghae, tresque diablae.
Haec Pandraga una est, Smiralda secunda, sed altra
Gelfora, cunctarum pessissima fezza stryarum.
Hae sempiterno se iactant tempore fatas
vivere, dante illis Demogorgone bevandam,
per quam mortalis vita haec sine morte trapassat.
Sic Fallerinam, sic dicunt esse Medaeam,
sic ve Dragontinam, sic Circem, sic ve sorocchiam
Morganae Alcinam, vel eam quae dicta Foletti
est uxor Sylvana: stryas sic mille brusandas,
quas paladinorum forti virtute Seraphus
continuo impugnat, simul impugnatur ab illis.
Theseus, Orlandus, Iason, Tristanus et ille
Hector nigrae aquilae gestator, et ille bianchae
Ruggerus, qui sunt tavolae fortezza rotondae,

talibus in studiis contentavere Seraphum.
Serraphus sacer est genius, magiaeque bosardae
asper amazzator, sed fortis bastio verae.
Ille hic Serraphus, cui solo vivere dudum
concessit mens alta Dei, cui fusa probatae
sensa prophetiae, magnique scientia coeli,
cui paladinaeos servandi cura barones,
ut quoque sint illi pro se giostrare parati,
quod sic usus habet pro iusto rumpere lanzas.
Mortuus est Orlandus, Aiax, Tristanus, et altri,
quos supra dixi cavaleros esse doveri.
Sic ego nunc ligni me me vestibo giuponem,
sub terramque ibo, mundi andamenta relinquens.
Et quoniam guerrerus eram, barroque Seraphi,
haec impresa manet Baldum: te, Balde, ribaldas
desertare magas liceat, namque una soletta est
Manto bianorei syncera Sibilla Seraphi,
qui tibi non poterit se se monstrare, priusquam
Guido ego non abeam de mundo ad climata coeli.
Hic illum cernes, hic, inter busta baronum
et simulachra virûm, rationis campio fies,
iustitiae, fidei, patriae, tavolaeque rotondae.

Qui melius brando guastabis regna stryarum
quam inquisitorum sex millia, quamque magistri
sacri palazzi cum centum mille casottis.
Eya age, ne timeas caput obiectare periclis,
perque ignem, perque arma rue, virtutis amore.
Dixi ego: destituor iam viribus istius aegri
corporis, et moriens coelum peto; nate, valeto.
Sic dicens iunctis manibus stetit altus, et haesit
par statuae, sanctamque animam spudavit in auras.
Nox erat et tanta est lux circum fusa cadaver,
quod quisquam dixit: - Non nox hac nocte videtur. -
Confremuere omnes, Baldumque in lumine guardant;
qui, postquam stupuit dudum, sic voce gementi
pauca refert: - Saltem, pater o sanctissime, vivo
has tibi supremas potuissem reddere voces. -
Sic ait, et curvans toto se corpore fixit
oscula per sanctos artus, quos fletibus omnes
lavit, et ah quali ter patrem strinxit amore!
Tunc ibi Giubertus tetigit modulantia fila,
taleque gorgisono modulavit gutture carmen:
- Nascimur et nati morimur, sua quemque moratur
iam praescripta dies: miser est quicumque cadaver,

et vitam pariter gelido sub marmore condit. -
Haec appena, quater moesta cum voce sonarat
(namque pari numero manes et funera gaudent):
contremit intornum mediam locus ille per horam,
qua stetit intrepidus firmato lumine Baldus.
Quid sit hoc, ignorant omnes, tacitique vicissim
aspiciunt se se, velut est usanza stupentum.
En quidam usciolus crocat in cantone celettae,
seque da sestesso leviter movestus aprivit.
Nulla tamen persona foras exivit ab illa.
Hanc in mente venit Baldo discernere cosam.
Intrat porticulam solus, quo intrante quievit
ille tremor terrae, Baldusque seratur in antro,
compagnique foras remanent ad busta Guidonis.
Vix erat ingressus barro, post tergaque chiusae
vix portae fuerant, se firmiter in pede trigat,
praestantique animo, sint aut oracula, sint aut
somnia, sint Phoebi responsa, remirat atornum.
Stanza erat in forma quadrati facta salotti,
cuius in umblico pendebat desuper ardens
lampada, quae claro sedias lusore palesat.
Trenta quidem sediae quadro stant ordine circum,

quarum quae maior super omnes alta levatur.
Hic Guido, vel potius simulachrum grande Guidonis,
constitit armatus, seditque, sedereque fecit
barones totidem, quotidem stant scamna senati.
Guido stat in medio, stant circum circa guereri,
quisque sua sedia, vestiti quisque corazzis,
atque inter se se vario sermone ragionant.
In pede stat Baldus, nec ab inde movetur un'onzam.
Si stupeat, pensare potes, qui vivere patrem
armatumque videt stare hic, quem liquerat illic
inter compagnos mortum sub veste romiti.
Mirat ibi atornum fortissima busta virorum,
atque gaiardiae flores, fideique barones
ornantes armas sola virtute biancas;
qui sua, pro specchio, Baldo simulachra palesant.
Horum quisquis adhuc vivit cum corpore vivo,
rex hic efficitur, non re sed imagine rei.
Ut puta, quando Hector, seu Theseus, sive Ferandus
Gonziacus vivebat adhuc in carne davera,
ille guereggiabat re vera in corpore vivo,
nec fabat alcunas impresas contra rasonem.
Sed sua fra tantum speties, vel imago, sedebat

intra gaiardorum princeps simulachra virorum,
qui certant solum pro dritto, contraque tortum.
Ergo fin adessum regnarat imago Guidonis:
nunc, ubi complevit giornos simul atque fadigas,
est opus a prima sedia descendat abassum,
succedatque sibi novus alter campio dritti,
quem paladinorum primum simulachra balottent.
Fitque balottandi ratio de mente Seraphi,
qui, quem proponit, talem a felicibus umbris
obtinet, et quidquid probat ipse, probatur ab illis.
Huc ergo ignarus causae, similisque facendae
nescius, intrarat Baldus, guidante Serapho,
miraturque viros tam gaios, tamque legiadros,
nunc hunc, nunc illum, nunc questum, nunc ve quelaltrum.
Hector ibi largus spallis, strictusque fianchis
exuperat, cui folta rubent pilamina barbae.
Nemo illo propius maiori stare cadreghae
cernitur: Aeneasque ipsi vicinius haeret,
qui stetit et stat nunc et stabit semper alegrus,
Virgilii meruisse tubam, quam nulla superchiat.
Theseus et Iason, nec non fortissimus Aiax

succedunt, unus post altrum, seque carezzant.
Hic tenet in dextra cettam Torquatus aguzzam,
pro qua iustitiae durat per saecla ribombus.
Non procul est Brutus, simili qui laude triumphat,
nec tam degeneres fecit mazzare fiolos,
quam dedit exemplum populis scazzare tyrannos,
qui sic per dominum nostrum satiare golazzam,
luxuriamque suam pensant, aliena robando.
Hic stat Fabricius, stat Cincinnatus, et ambo
paupertate sua godunt, nausantque dinaros,
contentantque magis frustum portare gabanum,
malque petenati taconatis ire stivallis,
supraque deschettum coctae discombere rapae,
quam vestire togas de raso, deque veluto,
et bandisones centum pransare ciborum.
Bon compagnus adest laeta cum fronte Camillus
qui nigras aquilas S.P.Q.R. que reportat.
Ipse comenzavit populis ostendere Francae,
quod sibi sortiret melius remanere delaium,
quam tanto illorum damno passare dequaium.
Huic duo succedunt austera fronte Catones,
qui numquam parlant nisi sit parlare bisognum.

Scipio stendardum Spagnae Cornellus inalzat,
cunque suo bassa fratello voce ragionat.
Maximus hic Fabius crespo stimat omnia vultu,
subque suo mundi dominam targone covertat;
cui simul et brando nudo Marcellus acostat,
et simul Aemilius vitae sprezzator apoggiat.
Hic est ille ducum primissimus, ille citellus
Scipio, qui mento spuntans appena peluzzos
totam Africam, sguerzumque Africae, facit ire legeros,
dum se vantabant rerum spoiasse madonnam.
Cui tenet ipse suam scragnam Pompeius arentum,
et facit et faciet diuturno tempore scusam,
non cagione sui sed Caesaris ambitione,
romanos in se ferrum voltasse medemos.
Cassius et Brutus simili ratione ribaldam
Caesaris inculpant voiam stravisse senatum,
cui pugnalatas tres et viginta dedere.
Hic Lanzalottus rutilat, Tristanus avampat,
qui propria de sorte dolent mancasse pedantis,
ut, velut hi spada furibunda per arma menabant,
sic isti pennam libros fabricando menarent,
multosque inchiostri possent vacuare bocalos.

O si Plutarcos, Livios, Crisposque Rinaldus,
Orlandusque ferox habuissent tempore Carli!
Hic tamen apparent alto cum vertice bravi,
struzzorumque albis umbrant sibi terga penazzis.
His prope Gonziacus Ferrandus, et ille Rugerus
Estensis, ambo gentiles, ambo gaiardi,
ambo quos Carli auspicio tremet Africa semper.
Hic quoque Sordellus Godiorum maximus astat,
de cuius stupidis scitur per ubique prodezzis.
Ergo ubi comparet magni praesentia Baldi,
ecce senex intrat venerabilis ille Seraphus:
suscipit et Baldum, primaque in sede repossat,
ipseque Guido pater Sordello venit apressum.
Baldus, honoratos se mirans intra signores,
non vivos quantunque viros discernit, at umbras,
nondimenus eis parlans oravit un'horam:
seque minus dignum tanti accusavit honoris.
Quo facto, en iterum subito locus ille tremavit,
in fumumque abeunt sedes, umbraeque sedentes,
quae tamen asportant secum pro rege creato
atque balottato Baldum, sed imagine tantum:
verus namque manet Baldus cum corpore Baldi,

fictus namque volat Baldus sub imagine Baldi.
Qui redit ad socios, atque illis omnia narrat,
seque valenthominum facies vidisse rubestas
vantat, et illorum iussu brancasse bachettam.

LIBER DECIMUS NONUS

Menter ego in Berghem lauratus, et urbe Cipada,
praeparor ad sonitum gringhae cantare diablos,
Fracassique provas, horrendaque facta balenae,
altorium vestro, musae, donate Cocaio.
Non ego frigidibus Parnassi expiscor aquabus,
ceu Maro castronus, quo non castronior alter,
dum gelidas Heliconis aquas in corpora cazzat,
agghiazzatque sibi stomacum, vinumque refudat,
unde dolet testam rumpitque in pectore venam.
Per quid? per quatros soldos; dum cantat in umbra
- Dic mihi, Dameta - tondenti braga cadebat.

Malvasia mihi veniat, non altra miora est
manna, nec ambrosiae, nec nectaris altra bevanda.
Scosserat a somno iam pulcher Apollo cavallos,
portabatque diem tam bellum, tamque tilatum,
quam non portavit per multum tempus avantum.
Ne volet ergo dies tam candida, sitque facendis
tota malenconicis consumpta, Boccalus ad ipsos
compagnos guidat Beltrazzum more scolari,
qui tremat atque cagat stopinos ante pedantum,
nam male cum numero casum grosserus acordat;
increpat hunc primo, facit inde levare cavallo.
Cingar equus, Beltrazzus eques, spronatque Bocalus,
qui dum bragarum sopraveste culamina scoprit,
ut queat impazzo menare stafilia nullo,
omnis in allegro versa est gramezza cachinno.
- Dic - Boccalus ait, - Beltrazze galante: «poëta»,
quae pars est? - Respondet: - Amen. - Boccalus ad illum:
- Optime respondes, si vellem dicere messam. -
Quo dicto vibrat scuticam, vibrandoque clamat:
- Non «amen», ast «ari» est, pru, sta, mala rozza, camina. -

Ille tremens poverellus ait: - Perdona, magister,
nescio gramaticam. - Boccalus menat un'altram,
unde cito respondet ei callante secunda:
- Ianua sum rudibus. - Risu tunc Baldus et omnes
se buttant herbae, seguitat sua coepta Bocalus,
datque alias centum nudo sine fine quaderno,
sic ve sculazzatus, Baldo mandante, fugatur
per sylvas, nec plus oltra comparuit ille.
Ast, ubi conditio patuit turpissima cagnae,
non disgroppantur Pandraghae vincula sic sic
per dominum nostrum; sed strictior illa tenetur,
ad cuius guardam stat Falco provistus in armis,
dum duo busta simul comites soterare parecchiant.
Centaurus, nec non pariter Moschinus abirat
quaerere marmoreum, quem vidit nuper, avellum,
in quo binorum deposta cadavera stabunt,
donec iudicii giorno taratanta sonetur.
Giubertus, Cingarque simul cum torzibus ibant
tollere Lonardum, portareque iuxta Guidonem.
Baldus retro manet solettus, et ossa parentis
componit pheretro, violas et lilia spargit
perque super corpus, perque altum, perque dabassum.

Ghirlandam lauri merito dat tempora circum.
Inque manu eiusdem floret frons congrua palmae,
congrua victori tot guerris, totque baruffis.
Centaurus tumulum lactis candore biancum
reppererat, qui sic vasto fabricatur in antro.
Inter montagnas alias, quas nigra nigrorum
turba Sathanorum, Pandraghae astretta parolis,
huc tulit, est Metrapas, quae lunam altissima toccat,
portat et in testa semper nebulosa capellum.
Ipsius in fundo scurissima tumba cavatur,
cuius in introitu primo suspenditur ingens
petra sepulturae, qua sic epigramma taiatur:
«Molchael et Bariel, alter magus, alter astrolech,
ambo governarunt isto sua membra sepulchro».
Quo lecto, Centaurus ait: - Ventura catata est.
Ut quid perditio haec, si non tenet urna coëllum?
Molchael, auditor Zoroastris, tempore Nini
floruit; an spatio tam longi temporis ossa
non sua putrescunt, et tandem facta nientum?
Bramo videre provam. - Sic dicens, fortiter urnae
desuper annellos brancat, pro alzare copertum.
En Moschinus adest, Baldo mandatus, et illi

porrigit altorium, donec dabanda gitatur.
Quo vix cascato, niger ecce diavolus exit,
atque super groppas Centauri balzat equinas.
Hic illum crebro pugnadis chioccat acerbis,
nec scortesus eum lassat repiare fiatum.
Hunc per curva tamen Moschinus cornua zaffat,
sed corlans testam muzzat levis ille per umbras.
Mox revolans iterum Centauri terga flagellat,
atque iubet (si vult lassari) ponere librum,
librum, quem tulerat nuper per forza puellae.
Centaurus reprobans certamen contra diablos,
illum proiectat terrae, pacemque domandat,
quem cito daemonium nullo prohibente rapinat,
atque facit festam, velut esset laetus habere
scartafazzum illud, fuerat quo saepe domatus,
et bastonatas susceperat ante cotoras.
Obstupidant illi, tum magno corde sedentes
constituunt penitus rerum cognoscere finem.
Ille super saxum levibus se balzat in alis,
nulla quibus forma est, nisi quam gregnapola portat.
Quattuor ingentes stant alto in vertice cornae,
binae coperiunt montonis instar orecchias,

binae incastrati surgunt bovis instar aguzzae.
Mostazzus canis est morlacchi, cuius ab ore
hinc atque hinc sannae vista panduntur acerba.
Non griphonus habet nasum, harpyaque becchum,
tam durum, sodumque, aptumque forare corazzas.
Barba velut becchi marzo de sanguine pectus
concacat, et magno foetet puzzore bavarum.
Plus asini longas huc illuc voltat orecchias,
deque cavernosis oculis duo brasida vibrat
lumina, quae diris obscurant sydera sguardis.
Serpentis caput est pars vergognosa davantum,
codazzamque menat pars vergognosa dedretum.
Gambae subtiles pedibus portantur ochinis,
sulphureumque magro culamina spudat odorem.
Tunc ibi Virmazzus Moschino parlat in aurem,
orat et ut vadat sociis hanc dire novellam.
It via Moschinus, Baldum trovat, omnia contat.
Cingar erat giuntus tunc tunc, tuleratque Lonardum.
Sic Giubertus adest cum Cingare, Falco vocatur.
Itur et insemmam, cupiuntque videre diablos,
si sit tam bruttus quam pingere vulgus avezzat.
Iamque subintrarant tacito cum murmure tumbam,

cuius in ore trovant vacuum sine tegmine saxum.
Centaurus latet hic quodam cantone copertus.
Surgit et incontra veniens cum calce legero,
voceque summissa parlat: - Guardate, fradelli,
ad mancam guardate manum, niger ecce diavol. -
Sic dicens illum, digito monstrante, palesat,
qui, licet astutus sit spiritus atque sotilis,
non tamen a Baldo se se putat esse vedutum.
Ergo facit danzam, guardat, sotosoraque voltat
librum sacratum Pandraghae, vixque videndo
esse putat verum quod sit liber ille tremendus,
quo rex Luciferus, quo gens inferna ligatur,
quapropter saltis balzat matazzus alegris,
scambiettosque facit varios, fingitque morescam.
Compagni rident inviti, labraque chiudunt
saepe sibi stessis, propter retinere cachinnos,
unde fadigabat mandare silentia Baldus.
Non satis hic ridet Boccalus, at omnis in omnem
se Baldum ficcat, nec lassat apena fiatum,
nam timet atque tenet strictum busamen aparum.
Post longas festas, alter volat ecce diavol,
voceque cornacchiae, passutae carne picati,

sic raucus stridet: - Quid agis, Rubicane? quid istic
te tenet impresae? num aliquod grafiabile speras? -
Cui respondet: - Ita est, venias, Libicocche galante,
nos hodie talem noscum portabimus almam,
qualem non maium sibi nostra Caina tiravit.
Ecce, viden? liber est nigromantibus ille sacratus,
qui tibi, quique mihi tantos dabat ante travaios;
an cosam nescis? de gratia, scolta pochinum.
Quinque cavalleri fortes, quos Taula rotonda
nuncupat errantes, capitarunt partibus istis,
et potuere dolos Pandraghae rumpere nostrae.
Illa quidem stat fresca modo: ter mille picatas,
sive scoriatas pro avanzo nuda tiravit,
unde magis vellet penitus meschina brusari,
quam sic squarzari, quam toto in corpore frangi.
Perdidit en librum, quo damno se tenet esse
spazzatam penitus, quia nos portabimus illam. -
Tunc Libicoccus: - Heu, squarza, Rubicane, quadernum.
Heu squarza, ne forte illum magus alter acattet,
et mala sint nobis peiora prioribus ancum.
- Non - Rubicanus ait, - liber est squarzandus adessum,
sed res a nobis facienda est ante galanta.

Omnes quippe volo baratri giurare diablos,
aut si non omnes almancum trenta miores.
O quantae, cernis? picturae! quaeso, pochettum
has, Libicocche, vide: plus centum, plusque milanta!
En Salomonis habet primum pentacula foium,
aspice: quam multis sunt compassata righettis,
quadratis, punctis, numeris, centumque facendis!
Pingitur en primo Zoroaster persa registro,
qui prior inferno misit per forza cavezzam:
tu scis, ipse scio, scit Pluto, sciuntque diabli,
quos nunc ad virgam traxit, posuitque cadenae,
nunc bastonavit, fecitque vogare tapinos.
Ecce magus Thebittus adest, destructio regni,
atque Picatricis sculpita tabella magistri,
per quam cum numeris ad amorem quisque tiratur.
Picta Michilazzi patet hic proportio Scotti,
qua sex effigies cerae, mox una piombi
fingitur, influxu Saturni, ac daemone Martis,
unde per incantum miracula tanta fiuntur.
Ecce idem Scottus, qui stando sub arboris umbra
mille caractheres circo designat in arcto.
Quattuor inde vocat, magna cum voce, diablos.

Unus ab occasu properat, venit alter ab ortu,
dat mediusque dies terzum, septemtrio quartum.
Consecrare facit fraenum conforme per illos,
cum quo fraenat equum nigrum, minimeque vedutum,
quem quo vult tanquam turchesca sagitta cavalcat.
En quoque designat magus idem in littore navim,
quam levat in nubes, octoque per aëra remis
navigat, et magnum tribus horis circuit orbem.
Humanae spinae suffumigat inde medullam,
atque docet magicis cappam sacrare parolis,
quae dum sacratur, sentita per aëra strident
murmura spirituum, quia nos per forza tiramur.
Hanc igitur cappam, seu mantum, sive gabanum
quisquis, seu maschius seu foemina, mittit atornum,
non vedutus abit quocumque talentus avisat.
Artaus en gladius, qui atrigat flumina, siccat
pascola, grandineat fruges et amazzat osellos.
En cessat calamita sibi coniungere ferrum,
si baptizatur, sed cor de pectore scarpat,
atque hominum carnes in amoris vincula groppat.
Cernis Apollonium Thianaeum? mox saracenum
incantatorem Granatae? deinde Magundat

quomodo chiamatis satiat sua vota diablis?
Hic paduanus adest, cernis? Petrus Abanus ille,
ille Petrus, physica doctor, sed in arte magorum
doctior; hic, comprans quae sunt mangianda vel altrum,
spendet abundanter scudos, buttatque ducatos,
inde casam rediens spesos sua borsa dinaros
ad se se revocat; sed qui modo vendidit, unum
nec minimum retrovat bezzum, solumque baioccum.
Imo putat clausam pugno retinere monetam,
quando vero aperit, plenus carbone catatur,
seu buschis potius, seu moschis, sive saiottis.
En tibi cuncta patent, bellis depincta figuris;
ut quid ego indusio? iam sconzurare parecchio. -
Sic ait, et circhium designat more magorum,
in cuius medio Libicoccum stare comandat.
Mox aperit cartas, legit has, relegit simul illas,
in terramque facit virga ter mille figuras.
Magnum Semiphoram vocat audax: - Aglaque ya ya. -
et quascumque magi faciunt, facit ille pregheras.
Ecce fracassatas per sylvas impetus ingens
advenit, atque facit totum tremolare paësum.
Barbarizza venit, secum baiante cagnazzo.

- Quid, Pandraga - cridant; - quid nunc, Pandraga, comandas? -

Verum sbeffatos se se Rubicane videntes,
o qualem faciunt schioppanti ventre risaiam!
Procedit Rubican folios voltare quaderni.
Tres quoque terrisono veniunt stridore diabli;
Calcabrina prior, quem Gambatorta sequebat,
terzus adest Malatasca, focum qui naribus efflat.
- Quid, Pandraga, iubes; quid nam, Pandraga, rechiedis? -
Uriel et Futiel magno huc rumore galoppant.
- Quid, Pandraga, vocas; ad quid, Pandraga, domandas? -
Farfarellus adest, illi Draganizza secundat.
Hi quoque ridentes se noscunt esse gabatos.
Vix quibus adiunctis Malacoda ruinat, et ipsum
insequitur Marmotta furens, Satanasque tricornis.
- Quid, Pandraga, petis; quid nos, Pandraga, molestas? -
Cum vero nullam Pandragam adsistere cernunt,
sed tantum magicae Rubicanem stare magistrum,
o puta si rident, scherzantque insemma gaioffi!

Astaroth in furiam properat, sic Belzebub unum
portat forconem, seguitat Malabolza, nec asper
Grafficanis, habens rascum, succedere tardat.
- Quid, Pandraga, spias; ut quid, Pandraga, ruinas? -
Asmodeus adest, Alchinus, Molchana, Zaffus,
Taratar et Siriel, omnes facto agmine sbraiant:
- Quid, Pandraga, novi est; ad quid, Pandraga, vocamur? -
Stizzaferrus item, Melloniel, Acheron adsunt,
quos Malabranca sequens Ciriattum guidat apressum.
Magnum quisque facit tenebrata per aëra murmur:
- Quid, Pandraga, iuvat; quid te, Pandraga, talentat? -
Zaccara, Scarmilius, Paymon, Bombarda, Minossus
denique concludunt festam, dicuntque medemum:
- Quid, Pandraga, iubes; quid nam, Pandraga, comandas? -
Postea, scoperta Rubicani fraude, cachinnis
talibus urlabant, quod terrae motus et ipsum
nimborum tonitrum, coelique ruina videtur.
Unde viri virtus Baldi generosa repente
se levat, et tollens animos in corde feroces
irruit in medios, brando rutilante, diablos.

Belzebub, ut princeps aliorum, baiat in auras
more canis, bruttamque aciem rastellat in unum.
Tamburrinus adest gobbus Garapellus, et, ipsum
tamburri ad lypitop - Arma, arma - cridatur ubique.
Belzebub a tombis, solo sofiamine corni,
evocat armatos sex centum mille diablos.
Lucifer ignorat causam, spiat omnia, vultque
scire quid importat cotantum fare parecchium.
Respondetur ei: non altras esse casones
maiores ista, quae tantos possit avantum
spingere diavolos, tantumque levare bagordum.
Ille bravus, bravus ille diu sentitus abassum,
et menzonatus tenebrosa per atria Baldus,
qui, velut in libris Seraphi Parca menazzat,
debeat inferni per forzam rumpere muros,
est nunc perforzo cuncti prohibendus averni,
ne veniat giusum, scalisque ad bassa trovatis
Tartara descendat, te nosque, ruinet afattum.
Baldus at inferni sbirros tutavia cridantes,
urlantesque simul, sbraiantes, atque tronantes,
ense sbaratabat nunc huc, nunc impiger illuc.
Illi cum forchis, forconibus, atque tenais,

oncinis, graffis, ungis, cornisque fogatis,
inforcant Baldum, grafiant, et cornibus urtant.
Illico Centaurus sibi stesso terga flagellat,
namque cavallus erat retro, paladinus avantum;
evolat, et Baldo succurrere prestus afrettat,
ingentemque travem fert pro bastone gaiardus.
Falchettus currit, Cingar, Moschinus; at ipse
Giubertus properat Pandraghae mittere guardam,
rizzatosque metu portat sua testa capillos.
Ast animi Boccalus inops, et privus aiuto,
implerat muschio, nimia formidine, bragas.
Hic illic quaerit latebras, huc illuc afrettat,
nec retrovare locum scit, sconderolibus aptum,
et quamvis aptum semper tenet esse palesum.
De passu in passu se signat mille fiatas,
optat aquam sanctam, quae scazzet longe diablos,
mille paternostros borbottat, Aveque Marias,
Salveque reginas, sed nescit dicere Credo.
At iuvat alquantos Baldi descrivere colpos,
qui diavolorum facit ire ad sydera cornas.
Maximus illorum squadronus pugnat atornum,
qui ferit in bandis, qui dretum, qui ferit ante:

nil tamen ille ungias, nil dentes, nilque rapaces
aestimat oncinos, forcas, rascosque tricornes,
et quascunque usant illi schittare corezas
sulphureas, pettosque olidos puzzore carognae,
qui nigras habitant Malabolgias, quique Cainam.
Fulminat ensigero baldensis forcia brazzo;
et cum mandrittis, et cum fendentibus, et cum
diversis guerrae tractis, at maxime puntis,
spiccat ab inferni soldatis brachia, gambas,
cornutasque facit volitare per aëra testas,
quas qui longe vident, non testas, brachia, gambas,
sed cornacchiones credunt, nigrasque mulacchias.
Cagnazzus, cui testa canis grossissima baiat,
dentibus assannat Baldo post terga galonem.
Ille roversonem, subito gyramine, tirat,
cui cornas cum fronte duas levat ense politas,
atque sub istesso colpo Malatasca trovatus
accipit in testam satis amplo vulnere crostam.
Ambo viam fugiunt, implentque cridoribus auras.
Barbarizza subit, magno forcone paratus,
et forconadam toto conamine lassat.
Baldus vero manu manca piat illico forcam,

dumque piat, stringit, spezzatque ladiniter illam,
atque tutantrattum callat sua dextra roversum,
cinquinumque facit naso largumque silacchum.
Uriel et Futiel scampant, quos Baldus atrigat,
namque, manudritto, sine gambis ambo caminant.
Farfarellus eos cito vendicare parecchiat,
rampinoque suo barronem taccat in elmo,
strassinare putans illum, seu tollere pesum.
Baldus ei rotolat versus ventralia punctam,
quae per vergognas de pisso ad stercora passat.
Sed quid agit Cingar? quid Falco? quid ve Vimazzus?
Moschinusque simul? Levius certamen habebant,
namque supratuttos vult solum Lucifer illum,
qui dare (si scampat) grandes sibi debet afannos.
Cingar abrazzarat se cum Rubicane, diuque
nunc gambarolis, nunc forza, nunc ve rasone
exercet lottam, tentans deponere sottum.
Sunt ambo astuti, sunt cimae, lanaque fina,
pettenanda (velut dicunt proverbia) saxis.
Falchettus bruschis Libicoccum pascit ofellis,
qui bene passutus nimio lignamine boschi,
vult scapolare viam, sed non scapolare dabatur.

Falco manu laeva tenet hunc, dextraque sedazzat,
burrattatque illi solido bastone farinam.
Huic dare se provat Sathanas quandoque socorsum,
quum tamen extra pilos polvinum surgere guardat,
quantum stare potest, stat dislongatus ab illis.
Zaffus afrontarat Centaurum fortibus ungis,
at valeat Virmazzus eum stimare nientum,
si duo diavoli non illum semper agrezent.
Calcabrina retro falsus traditorus aferrat
per caudam, firmumque tenet, nec senza casonem:
nullos namque potest sic calzos trare cavallus.
Dum tirat ergo unus retro, multum alter agraffat,
tertius en daemon fert Gambatorta tenaiam,
Centaurumque omnem nunc hinc, nunc inde tenaiat.
Ille sed, a tali muscarum sorte feritus,
dum sentit streppare codam, picigare culattas,
sentit et ad nasum pariter montare senapram,
cum bastone giocat, caudamque rescodit ab illo,
dansque manum Zaffo per cornu buttat aterram,
unde tenaiarum tantummodo restat arengus.
Non procul hinc Moschinus erat, Draganizzaque secum
affrontatus habet multo sudore travaium.

Hoc tamen in medio Malatascam Baldus amazzat,
qui mortus fugit huc, fugit illuc absque corada,
fertque suam testam, quam troncam Baldus habebat.
Inde Malacodam per caudam praestus achiappat,
et cazzafrusti de more volutat atornum,
inde manum slargans hunc lassat abire per auras,
qui procul octo mios vadit cascare deorsum.
Quo saltu, Marmotta fugit, fugit Astaroth, atque
Belzebub ipse prior longe calcanea menat.
Ecce gravem tundis bolzam Malabolza balottis
baiulat, et lanzat crudas boiazza nosellas.
Non tamen ad Baldum timidus manigoldus acostat:
sat sibi, quod feriat, nec non lontanus amazzet,
ut nunc qui schioppos, ut nunc qui tempore guerrae
archibusa ferunt, moschettos, paraque moschas.
Nonne saguratus quisquam, sguatarusque bisuntus,
atque pedocchiorum plenus, destructio panis,
nonne retro muro latitans, et quattus adocchians,
lontanusque pians miram, stringensque ribaldam
mozzandamque manum, resonansque per aëra tuf tof,
solus amazzabit, passabit pectora solus,
aut tibi, de Medicis fortissime Gianne brigatis,

terribilem cuius forzam scit mundus atornum,
aut, Borbone, tibi, francorum gloria prima,
cuius consilio nostra aetas floret et armis?
aut tandem Gonzaga tibi, Gonzaga Loyse,
cuius magnanimum pectus, forzamque leonis,
grandezzamque animi, provas sine fine parandas
omnibus Orlandis, imo Sansonibus illis,
qui spezzant montes, portantque in tergore scoios,
scit Carlus, Carlique duces, scitque ipse diavol,
cui saepe intrepida cartellum mente dedisti?
Sic Malabolza procul, nunc sub, nunc supra volando,
dardeggiat valido pomrancia ferrea brazzo,
quae tam praecipiti mandantur fulgure Baldo,
quam si bombardis ruerent scoccantibus arcem.
Baldus, ab impazzo tali retenutus, adirat,
dumque parat se se vindictae, dumque cotalum
vult sibi de pedibus omnino levare travaium,
ille manigoldus scampat, scampandoque monstrat
pro scherno guanzas culaminis, inde revoltus
trat de carnero ballam, slanzatque, nec unquam
fulminat indarnum, sed chioccat semper in elmo.
Qua re non opus est ut stet dormire guererus,

nunc saltu schivat, nunc se se chinus abassat,
poenitet et nullam secum portasse rodellam.
Belzebub hac sola bellandi sorte guadagnum
sperat, et hoc fieri Malabolzae munere victor.
Providus at Baldus, cernens non ultra cotantis
posse canonatis obsistier absque riparo,
Belzebub affrettat brancare, manuque sinistra
fortiter afferrat per folta pilamina ventris,
inde levans, stesumque tenens cum robbore brazzum,
sic sibi daemonium scuti facit esse reparum,
opponitque illum Malabolzae contra balottas.
Belzebub ergo, ducum princeps, archive diavol,
quantos discaricat Malabolzae barca naranzos,
tantos per schenam, panzamque invitus anasat,
unde comandatur quamprestiter archibusero:
ut caveat regis personam laedere tanti.
At nihil attendit simili Malabolza comando,
imo capit pomum, quo quondam stravit Adamum,
pomatamque tirat, non quam vibrare iuventus
napolitana solet, sed quam colubrina Milani.
Stridulat illa volans, ducitque fogata lusorem,
Belzebub hanc recipit, Baldo reparante, ceresam,

meschinusque duas sentit sibi rumpere costas.
Tunc ea militibus praesumptio troppa videtur,
totus in un solum Malabolzam exercitus arma
vertit, et hunc iam iam facient in mille bocones,
ni det ei aiuttum Baldus. Dat Baldus aiuttum,
perque pedes ambos, ambabus Belzebub ipsum
azzaffat manibus, fodrumque reponit in ensem.
Incipit (o bellam festam, giocumque galantum!)
hunc diavolorum capitanum supra diablos
valde menare giusum, totumque, per ipsa suorum
cornua, forcones, grafios, lacerare tapinum.
Sed tamen Alchinus, Siriel, Malabranca, Minossus,
quattuor egregii caporales, arma piarunt,
atque piare suos faciunt insemma guereros,
ut sint auxilio Malabolzae quippe cusino,
namque cusinus erat germanus quattuor illis.
Trenta miara ruunt - Arma, arma - gridantia coelo,
atque ad un trattum se totus inordinat ordo,
scinditur in partes geminas exercitus omnis,
quisque suam repetit banderam, quisque suumque
persequit alpherum, capitano quisque secundat.
Fama sub infernum properat, ferturque per aures

anxia Luciferi: gentem, cridat, esse levatam
in se medesimam, ducibus scordantibus ipsis.
Lucifer in mula, nullo sine tempore vecchia,
huc salit, et dictum factum desopra venivit.
Sentit longe sonos, tamburros, cornua, trombas,
aëra quae turbant sursum, Phlegethonta deorsum.
Asmodeus, apro similis, Melloniel urso,
cum sex mille lupis stygiis, totidemque cruentis
singiaris porcis, adversa per arma feruntur
praecipites, guerramque nigram manegiare comenzant.
His Acheron, Paymonque simul, squadraeque suorum
cornibus obsistunt, ronchis, ronchonibus, atque
dentigeris grugnis, quibus ossa miara teruntur.
Taratar ante alios celsis se cornibus effert,
provocat atque hostes, si voiant prendere gattam.
Stizzaferrus aprit bocchae bene quinque cavezzos,
sannutusque vomit meschias cum sanguine bavas,
Molchana non tardat, nec Zaccara, nec Graficanis,
signa movent raptim, octo mille sequentibus illos,
hos Malabranca prior, post quem Ciriattus afrontat,
denique terribili veniens Bombarda fracasso.

Iamque spaventoso miscentur cuncta bagordo:
scopius auditur cornarum maximus, atque
sentitur grugnire sues, nitrire cavallos,
mastinos baiare canes, mugiolareque tauros,
exurlare lupos, tygres squillare, leones
ruggere, sed diros alte cifolare dragones.
Baldus atrigarat se iam, non dante veruno
amplius impazzum seu forchis sive balottis,
namque bimembris erat contentio nata fralorum.
Nil tenet in manibus, quo plus combattere possit,
spada quiescit enim, nec vult exire guainis.
Belzebub, officio mazzae iam functus un'horam,
iverat in centum settanta miara bocones,
inque manu Baldi tantummodo manserat unus
pes ochae; sed membra quidem sua caetera, partim
arboribus pendent, ut milza, corada, budellae;
partim, per Baldi brazzum tridefacta minutim,
aspersere nigram faciem cuiusque diabli,
unde tapinellus, sua quo desgratia menat,
ibat membrorum quaerens fragmenta suorum.
Certamenter habet pro doia plangere causam,
sed quae membra sibi doleant nessuna trovantur,

non qui bagnentur pietosis fletibus occhi,
non quae lingua cridet magnis urlatibus - Oyme, -
non qui cum gemitu tampellent pectora pugni.
Cingar cum sociis Baldo retirantur apressum,
stantque simul stricti, nigram guardare bataiam.
Quale cremonesis plenum caldare fasolis,
quando parecchiatur villanis coena famatis,
seu quale in giorno mortorum grande lavezum,
impletumque fabis, subiecto brontolat igne,
magna fasolorum confusio, magna fabarum
est ibi, dum saltant, tomant, sotosoraque danzant;
tale diabolicum rupto certamen averno
mescolat insemmam bruttissima monstra baratri:
scilicet absque coda vulpes, cum cornibus ursos,
mastinos tripedes, porcosque suesque bicornes,
atque quadricornes tauros, atque ora luporum
inficata super spallas et colla gigantum,
montones, caprasque magras, simiotta, schirattos,
maimonesque gatos, baboinos et mamotrettos,
semileonazzos griphes, aquilasque dragonum,
semique gregnapolas, civetones, barbaque zannos,
et qui rostra ferunt guffi sed brachia ranae,

quique asinorum sub orecchis corna becorum.
Haec ea garbulio vilupantur monstra medemo,
diversumque sonum, neque talem forsan uditum
seu per passatum, seu praesens, sive futurum,
fant simul, atque simul sex millia mille fit unum.
Et nisi rex baratri veniat, magnusque monarcha
regnorum inferni praestissime Lucifer adsit,
cuius maiestas, cuius praesentia, cuius
caesareus decor irarum brusamen amorzet,
de se, deque suis est actum, terminat aula,
terminat imperium, res publica persa ruinat.
Ergo venit, venit ille ingens, immensus, et altus
mille quaranta pedes, horrendus, bruttus et asper
Lucifer, atque facit per postas currere mulam,
octoque post illum proceres galopando stafezant.
Grugnifer est primus, cui regis filia coniux,
Mosca, Cutiferrus, Dragamas, Ursazzus et illi
tres secretari: Calacrassus, Sesmilo, Poffi.
Murmura bellantum sentibant inter eundo,
sed per aventuram cappant ubi forte Bocalus,
non procul a cella Guidonis, fasce sub uno
spinorum nascosus erat, fabricando tremantos

atque tremolantos in zugni mense boienti.
Tum vero ut sensit strepitum post terga novellum,
respicit angustam per bucam quacchius in umbra.
Ecce diavolazzum, toccantem sydera cornis,
cernit, in ingenti mulazza currere postam.
O puta, quando videt monstrum tam granditer altum,
monstrum horrendum, ingens, deforme, superque mulazzam
horrendam, ingentem, deformem stringere gambas,
quae passando pedes grevos sibi ponat adossum,
deque sua panza stampet fortasse fritaiam,
protinus, ut vacuo surgit leporetta coatto,
quam braccus bau bau latrando catavit anasum,
sic levat attonitus, sbuccatque frattonibus illis;
per sortemque malam, spinas in veste tacatas,
machionemque illum, quo se per forza ficarat,
retro tirat fugiens, nec tempus habere videtur
tantum, quo possit se distrigare viluppis.
Quondam ego Merlinus portabar supra mulettum,
sat male cingiatum, velut est dapocago regazzi,
sat bene passutum, velut est man larga famei.
Dum fossum volui sprono saltare ficato

in costis muli, se bestia matta levavit,
sellaque sub panza cingis mollantibus ivit.
Ipse ego sub maltam teneram caput omne ficavi.
Sed veluti mulettus, habens sub corpore bastum,
se magis et magis ad cursum stimulabat, et alto
cum collo nec non drittis currebat orecchis,
sic, sua strassinans post terga Bocalus id illud
intricum duris de spinis deque rovidis,
se magis incalzat, punctus sperone timoris,
vestigatque locum, seu pozzum, seu cagatorum,
in quo non dubitat, non spigam stimat aietti,
zibetto merdae soterarier ambraque cano,
dummodo tanta suis de spallis susta levetur.
Grugnifer, hoc viso, post illum protinus urtat
sprone cavalazzum sine testa, et corpore magro,
cui fiaschi possent ab utroque galone tacari.
Boccalus cazzat se stricta in limina cellae,
mortus ubi et positus cadelaeto Guido iacebat.
Illeque spinorum mansit defora viluppus,
namque per angustum poterat minus ire foramen.
Grugnifer hunc seguitat dentrum, Boccalus achiappat
sic improvistus crucifixum praestiter illum,

qui pedibus morti, velut est usanza, tenetur;
non quod eum, pro se deffendere, vellet aposta,
verum nescio quae bona sors dat saepe socorsum
improvisa bono, qui nil pensabat, homazzo.
Prohque Deum atque homines! nam quae maravilia maior
esse potest? quae cosa magis tradenda librazzis
historiatorum? quod opus mage nobile dandum
est scarpellinis, pictoribus atque poëtis?
Grugnifer, ut vidit sanctos in imagine vultus
illius aeternique boni, summique Tonantis,
qui se consortesque suos castigat in igne,
illico ronzonem voltat, calcagnaque menat,
smergolat altisono clamore, petitque socorsum.
Boccalus, cui sors ad casum presa riescit,
cum signale crucis properat post terga diabli.
Lucifer imbattit, voltat quoque Lucifer, atque,
quanta cum furia datur illi currere, currit:
instat Boccalus, - Day dayque - cridando menazzat,
vexilloque Dei regem propulsat averni.
Cornutam Ursazzus toccat sperone giraffam,
Mosca sequens trepidus groppas bastonat Echydnae.

Inde Cutiferrus cogit trottare Chimaeram.
Fertque Minotaurus Calacrassum, fert Briaraeus
Sesmilon, et Poffi portante Geryone muzzat,
ultimus est Dragamas, crocodili terga flagellat.
Sic omnes insemma ruunt, vellentque tapini
cuncta magis tormenta pati, quam cernere Christum.
At nihil indusiat Boccalus currere dretum;
donec arivarunt, ubi grossus praelia campus
mescolat, et nigri currebant sanguinis amnes.
Ecce crucifixo procul apparente, diabli
protinus, inque uno subito, miliaria mille
stridentes abeunt in fumum, tantaque puzza
linquitur ut prosit nasos stopare nientum.
Omnes andati sunt in malhora, nec unus
munere Boccali malspiritus ultra videtur.
Ergo Boccalus vivat, vivatque botazzus,
vivat et antiquae domus inclyta nostra Folengae.

LIBER VIGESIMUS

Postquam, excazzatis crucifixi ad signa diablis,
Baldus avantarat longo sermone Bocalum,
inque sua dixit non pocas laude parolas;
postquam sarcophago patrem sepelivit in illo,
quem modo reppererat Centaurus, eoque medemo
condidit, appressum genitori, busta Lonardi,
haec dicta, in facie tumuli sculpita, relinquunt:
«Guido, pater Baldi, iacet hic». Quod nempe motivum
est breve, sed maior stat eorum notio saeclis.
Ipse tamen vates, Baldo rogitante, Gibertus,
postquam cuncta super tumulum suspensa fuerunt
arma Leonardi, et factum de more trophaeum,
sic cecinit, sic plura dedit nova carmina saxo:
«Haec ea, vestibulo quae primo adfixa, viator,
suspicis arma, piis quaeso venerare susurris.
Ipsa Leonardo decori, Leonardus et armis
ipse fuit, viguere simul, simul ecce quiescunt.
Martia Roma suis semper gratetur alumnis,
hinc ornata Ursis, illinc suffulta Columnis».
Talia finierant, ut ut potuere barones;

nam, rogo, quae frifolis est convenientia trombis
cum campanarum sonitu Chyrieque lysonis?
Quid piccas manegiare leves, disponere squadras
cum Requiem aeternam, Miserereque, Deque profundis?
Basta, quod almancum, devota mente pregantes,
signentam flexis genibus dixere coronam.
At restat pagare suum Pandraga doverum,
quam tenet arbor adhuc, cum soghis membra ligatam.
Parvum de stipulis secchis fecere casottum,
in quo, mandato Baldi, gabiazza brusatur.
Ipse tamen generosus abit lontanus ab illis,
cernere non passus miseri spectacula facti.
Ac ita finivit Pandraghae vita putanae,
ac ita finiscant tot quot retrovantur in orbe
sgualdracchae similes, ruptaeque utrinque gaioffae.
Sed vix tartareis descenderat illa paësis,
ecce repentino se se movet insula cursu,
spaventatque animos sic improvista gaiardos.
At mox pensantes, memorant hanc esse balenam,
quam modo Guido senex Baldo praedixit et altris,
quod, postquam stygias scanfarda calarit ad umbras,

ipsa teneretur non amplius insula monstro:
quae liquidas currit tam praesta per aequoris undas,
quod non bombardam velocius ire videmus
et iam motu oculi complerat trenta mearos.
Cingar desperans loquitur: - Qui trenta diavoi? -
Centaurusque stupet, quia sic non fecerat ante.
Falchettusque alios animat lassare pauram,
cernere namque novas plus fit laudabile cosas,
ireque per mundum, variosque patire travaios,
quam semper proprio panzam grattare paëso,
nec bastare animum pagnoccam linquere dretum.
At Baldus reticens novitatem masticat illam,
commandatque omnes in littore stare sedentes.
Boccalus buffonus ait: - Gaudere bisognat,
mysterumque facit, socii, quod stemus alegri.
Non poterit pedibus nostris mancare terenus.
Quid dare travalii tempesta marina valebit,
si mare passamus, sub plantis stante tereno? -
Hinc non poca quidem sociis est orta voluptas,
qui sbalzare vident de boschis, deque cavernis,
ursos, cingiales, leopardos, atque leones,
quos novitas rerum cogit se tradere ponto.

Inde reguardantes, aliam videre facendam,
quam Virmazzus eis, digito monstrante, palesat:
Guidonis post terga vident remanere sepulchrum,
atque super scopulum mediis fundarier undis.
Quin etiam anchoreo detenta est fusta bidenti,
in mediaque maris campagna sola remansit.
Ast alia en maior visa est maravilia longe,
namque super grossam navem persona gigantis
apparet, drittusque haerens, se se arboris instar
erigit, et brazzis velam sparpagnat apertis,
namque mari et vento proprius cascaverat arbor.
Dico quod antennam scusant duo brachia longam,
estque arbor bustum, torrazzo firmior omni.
Flent venti, si flare sciunt, saltentque per undas,
si saltare volunt, castrones aequoris albi:
tam poterunt magnum fortemque movere gigantem,
quam calzus moschae roccam murosque Trevisi.
- Doh diavol - ait Cingar, - quae cosa videtur?
nonne gigantonem, compagni, cernitis illum?
nonne tenens velam stat saldus more pilastri? -
Cui Boccalus: - Amen, o infelix illa taverna,
in qua tanta quidem se machina ventris aloggiat.

Integer huic minimum bos implet apena budellum. -
Ast etiam ipse gigas, veniens incontra, stupebat:
cur sic illa, velut navillius, insula currit.
Hi mirantur eum, qui praestat ut arboris instar;
ille stupet, quondam firmam, nunc currere terram.
Denique iungentes medio se gurgite, sicut
fit quando Paduae per flumen, nomine Brentam,
nunc andando rates, nunc se redeundo salutant,
incipiunt occhis se se guardare ficatis.
Falchettus subito laeta cum voce favellat:
- O Deus, insogno? est ne hoc phantasma? Fracassus,
ecce Fracassus adest, ille est qui carbasa tendit. -
Moschinus dictum confirmat: - Certe, daverum,
illa gigantaei tota est persona Fracassi.
O Deus, en quali foggia retrovamur amici!
Ire sub infernum tuti poterimus adessum,
postquam nobiscum venit haec montagna gigantis. -
Cingar alhora vocat laetus, cifolatque deinde.
Sed quum Fracassus se se chiamare Fracassum
audiit, abiectis velis, ex tempore saltat,
supraque currentem summa de nave terenum
saltat, et ipsius magno sub pondere salti

insula balenae pene est anegata sub undis.
Currere quae coepit maiori percita cursu,
nam sibi spezzantur costae, saltante giganto.
Quin etiam navis Zenovae grossissima, de qua
sustulerat saltum, retro ivit quinque mearos.
Naturalis enim mos est respingere barcam,
quando quis in terram se buttat navis ab orlo.
Illum quamprimum Baldus et Cingar abrazzant,
abrazzant, inquam, gambas vix supra cavecchias;
nec non Falchettus, nec non Moschinus, et altri
strinxerunt illum et multas fecere carezzas,
nam boncompagnum se vultu monstrat alegro.
Boccalus, saltu tremefactus, fugerat inde,
mox redit, et longam fert scalam, forte catatam.
Id rident fratres, nec scitur causa facendae.
Ut fuit inter eos, magnum petit ante Fracassum,
vultque suis spallis scalam accostare tamagnis,
quod nisi cum scala sursum montare valeret.
- Quid facturus - ait Baldus, - Boccale galante?
scala quid importat? vis ne altam prendere roccam?
- Non - Boccalus ait, - sed orecchiae dire parolam. -
Risit amichevolam Boccali quisque novellam,

ac nihil alterus comportat cuncta Fracassus,
ut bona cum schiettis compagnis semper usanza est.
Attamen ipse stupet, crispata fronte, stupendam
rem tantam, sensuque illam submaginat alto:
quod ve videt propriis occhialis, credit apenam.
Miracli bramat tamen huius cernere causam,
vultque quod effectum penitus sua vota sequantur.
En se despoliat nudum, retinetque mudandam,
ut nodare queat speditus, agente bisogno.
Stant ibi perplexi: quid voiat inire Fracassus.
Quos pregat ut pariter cum secum corpora nudent.
Id faciunt omnes, metuentes forte negari.
Ergo gigas, duro qui magnas corpore forzas
altus habet, nec se putat Herculis esse minorem,
extirpat vecchiam manibus de littore querzam.
Hinc tirat e fodro cortellum, panis ad usum
semper adopratum, cui brachia quinque misura est.
Hoc totam querzam disfrondat, more stropelli,
moreque flexibilis virgae, qua vigna ligatur:
et faciens partem, quae grossior extat, aguzzam,
ingentem fustum calcans in littore ficcat,
ut ficcare solet steccos oselator in agris,

seu quum pernices, seu quum vult prendere quaias.
- En - Boccalus ait, - porros mangiare bisognat. -
Baldus cum sociis ridet, multumque Gibertus
miratur tantis de forzibus esse gigantem.
Ecce magis fretolosa ruit prestezza balenae,
namque suis sentit costis intrare cavecchium.
Quo facto, longam drittamque rafrontat abetem;
hanc quoque tam facilem, ruptis radicibus, extrat,
quam facilis tenero scalogna cavatur ab horto.
Undique dispennat tronconem frondibus, atque
vult habeat formam remi, vogare parati.
Haec abies scusat remum; haec querza, tereno
inficcata, dabit forcam, cui remus apoggiat.
Tum bene fundatis pedibus, distendere schenam
incipit, et vogat balenae contra viaggium.
Contra, inquam, cursum balenae remigat, et non
onziolam lentat, magis imo magisque reforzat
terribiles tanto schenae conamine brazzos,
ut per nervigerum strepitent ossamina corpus,
deque alto caschet vultu larghissimus imber.
Confessat nunquam similem tolerasse fadigam.
Baldus, id aspiciens, aliis comitantibus, ultro

altoriare parat, quem scridat valde Fracassus.
- Desine, Balde, precor: totum sic ducere mundum
dat mihi nunc animus; rogo te, mi Balde, recedas. -
Illico cessavit Baldus, sermone Fracassi,
qui magis impellit spallas, gambasque, manusque.
Sudat et horrendo repiat cum pectore laenam.
Nil per tres horas balenae cursus atrigat,
nil tam praecipitem valet ille siare caminum,
concita namque nimis cavat undis bestia fossam,
et sforzata magis properat, nescitque trigari.
Hinc sdegnata quidem mens est altera gigantis.
Tres ibi puntadas tanto dat pectoris urto,
unam post aliam, quod naso tangit arenam,
sic basso, sic ille chino se corpore slongat.
Denique consequitur votum, iuxtaque talentum
sistitur, imo retro cursum balena reflectit.
Obstupuere omnes tam fortis robur homazzi:
quando hic sufficiens fuerit voltare caminum
tam magni piscis, qui regnum tergore portat.
Gambarus indretum sic sic andare videtur,
ut nunc retrogrado praeceps ruit insula passu.
Non tamen interea cessat vogare Fracassus,

vult per despresium naturae vincere guerram.
Navigat, ingentesque facit, dum navigat, undas.
Sed tamen impatiens tolti balena viaggi,
et quod per forzam retro sua poppa tiretur,
ecce improviso longam super aequora caudam
exerit, atque illa colpos menare comenzat
tam grandes crudosque simul, tam valde sonantes
ut strepitum nuper diabolica guerra minorem
fecerit, et, nisi succurrat possanza gigantis,
non poterunt certe nostri scampare barones.
Cauda erat (ut referunt annalia nostra Cipadae)
longa quatercentos, nullo mancante, cavezzos.
Hanc menat huc, illuc, per drittum perque traversum,
inque infinitos nodos aliquando viluppat,
ut fit quando piat truncum villanus aguzzum,
dormentemque viae serpam traditorus asaltat.
Dextriter ad testam punctam bastonis acostat,
inde premit, schiazzatque illi, velut ova, cerebrum;
dumque tenet fixum, nitens in littore, palum,
illa nihil rehavere potens ab acumine testam,
dimenat reliquum prolixi corporis, et nunc
dat baculo formam thyrsi, nunc chioccat arenam.

Sic tampellat aquas balena, tiratque roversos
terribiles, spezzatque ornos vecchiasque cipressos,
ipseque gran strepitus sentitur otanta miaros.
Tum quoque parte alia grossissima testa levatur
fluctibus e mediis, et boccam sbarrat edacem.
Pro quam magni oculi, quam larga foramina nasi!
Cui montagna caput, cui frons campagna videtur,
dentorumque altos pinos longhezza somiat.
Non, Fracasse, tamen brazzos arcare rafinas:
et magis atque magis duplicatur fortia schenae.
Hunc animat Cingar, dicens: - Fracasse gaiarde,
nunc te nassutum Morgantis semine monstras.
Sta saldus, stagnusque simul, paladine valente. -
Talia dum stimulat Cingar, balena coazzam,
fulminis ad guisam, tanto conamine vibrat,
quod, veluti paias, tridat plus trenta cipressos,
altaque truncones volitant per sydera virdi.
Mox venit ad spallas medesima botta Fracassi,
quae cantare animam facit illi in corpore vasto.
Protinus, abiecto remo, Fracassus aferrat
codazzam strictis manibus, retinetque gaiardus,
cui tales donat streppos, talesve tiradas,

quod mugire facit, grossasque molare corezas.
- Strictam - Baldus ait, - strictam, Fracasse, coazzam
detineas: pulchrum faciam tibi cernere colpum. -
Quo dicto, spadam de taio fortiter urget,
ut possit taiare viam de netto coazzam.
At nihil offendit, retro quia spada resaltat,
nam squamis passim duris erat illa coperta.
Presta caput, tractum medio de gurgite, voltat,
obscurasque aperit multo sofiamine boccas,
et parat, incutiens sannas, mordere gigantem;
cui pede dat calzum tam grandem tamque gravosum
ut smassellaret tres dentes extra ganassas.
Illa boans, reboansque simul, stridensque per auras,
aequora mugisonis coelumque revulnerat echis.
Inde, cruentosos vomitans super aethera spudos,
Iunonis bellas imbrattat stercore damas.
Mox iterum, dum sentit adhuc sibi stringere caudam,
testonem volgit propter boccare gigantem;
at Virmazzus erat brazzo dardoque paratus:
hunc iacit, et dextrum sfronzando ficcat in occhium,
punctaque cervellas intrans penetravit ad imas.
Cingar, Falchettus, Moschinus tela frequentant

conglomerare procul: festucos, saxa, quadrellos,
spinarum fasces, vulsos cum gramine cespos,
omnia convolvunt, ridentque insemma novellum
hoc genus armorum, nec non risibile bellum.
Assaltare lupum vidi talvolta vilanos,
quando fame ductus quaerit, quem devoret, agnum.
It bassus bassus per sulcos perque ruidas,
donec aquistatur quid quid sua voia bramabat.
Ecce fugit, portatque agnum, cunctisque palesat.
Turba vilanorum, velut est usanza gaioffis,
sparpagnata ruit, coelum sbraioribus implet,
cumque ruginosis spuntonibus occupat illum;
qualem rumorem dictis factisque viluppant,
talem barrones misturant contra marinum
monstrum illud, magnisque auras clamoribus implent.
Baldus habet voiam prorsus taiare coazzam,
non cessat punctas, mandrittos atque roversos,
sed quo plus chioccat, plus mancum vulnerat ensis.
Ergo viam gittat spadam, plenusque furore
se parat expectans: quod maxima testa resurgat.
En iterum stizzosa menat cum dentibus unum
terribilem morsum, sperans sorbere gigantem;

sed Baldus, qui nudus erat tunc corpore, tostus
saltat, orecchionem manibus prendendo duabus,
fortiter hunc retinet, subitus quoque Falco subintrat,
atque aliam sudando prius zaffavit orecchiam.
Cui tamen altorium donat Moschinus; at illa
granditer exululat, stridisque assordat Olympum,
fatque sibi forzam, pro se retirare sotacquam,
sed non posse datur, caudam retinente Fracasso,
nec sua testa sibi est in libertate primaia.
Illa tirat giusum, susum retirantibus istis,
quod fieri non posse tibi fortasse videtur;
accascasse tamen sic sic monimenta recordant.
Talia dum fortis Baldus sociique maneggiant,
ecce iterum sprovistus adest pirata Lyronus.
Hic simulac persam cognoverat esse galaeam,
quam sibi sustulerat Baldus, Baldique sodales,
hos quaerit, giuratque illis mangiare coradam.
Et iam sex centum leucas passarat aquarum,
atque Zibeltarri per stricta canalia corsus,
ire per oceanum spretis praesumpserat austris,
et voltans proram contra afros parte sinistra
venerat in pelagum, non ante vogabile maium,

cui sedet oppositum montagnae culmen adustae,
quae, quia sustentat cervice solaria lunae,
mons Lunae dicta est, quae busa est tota dedentrum.
Has Lyronus aquas sulcat, cercatque nemigos,
blasphemat coelum, quoniam non retrovat illos.
Armatas secum numero fert trenta galaeas,
in quibus ad remos noviter per forza ligarat
mille zenovesos, Colicutti ad littora presos,
quos Mutinae princeps Philofornus duxerat illuc,
perque tradimentum fuerat dux captus ab illis.
Fecerat et taiam Lyrono mille medaias,
quas Petrus Iannus fino stampaverat auro.
Lyronus tamen hunc solum cortesus honorat,
ast aliis nervo ventosat terga bovino.
Trenta vehit fustas (seu fustas sive galaeas)
namque, volens pelagi diversas quaerere bandas,
suspicat aguaitos inimica per aequora tesos.
Illum praecipue multi per regna tyranni
cercant denariis multis trapolare pagatis,
namque diavol erat, non lassans vivere quemquam.
Huc igitur properans, celerantibus ante galaeis,
praecipit ad littus schiavones flectere proras;

sed stupet, aspiciens caudam, testamque tamagnam,
nec minus ingentem bustum, possamque Fracassi,
qui smisuratam tenet alto corpore caudam.
Clarius hoc factum, meliusque videre talentat;
egreditur primus, mandatque uscire seguaces,
mandat et adduci sibi magnum Spezzacadenam
(Spezzacadena fuit Leonardi quippe cavallus,
quem navali olim tulerat certamine Baldo).
Saltat in arzonem armatus, sine tangere staffam,
destrerumque acrem nullo sperone maneggiat.
Cingar ait Baldo: - Num cerno Spezzacadenam?
Balde, viden? num somnus hic est? num visio falsi?
Ille quidem latro est, ille, inquam, boia diabli,
qui nostram rapuit navim, secumve cavallos. -
Impatiens ullum Baldus stimare periclum,
protinus accurrit contra, brancatque cavallum
per frenum, bravans quamvis sit corpore nudo:
- Sta, latro saldus - ait; - non altro nomine scirem
te nomare, latro es, dignus quem forca guadagnet.
Iste tuus non est, meus est, desmonta cavallum. -
Quando Lyronus equi briliam videt esse piatam,
obstupet in prima facie, pensatque pochettum

quomodo vir nudus sic possit usare brauram,
attamen in fianchis destrerum calcibus urget,
ut quatris pedibus paladino balzet adossum.
At Baldus, gatto similis, dabanda levatur
cum salto, pariterque tirans in pectora stoccum,
fecit ei mancare lenam, quae appena ritornat.
At mille interea veniunt in frotta latrones,
quos praecedit atrox quidam capitanius, Hippol,
qui frater Lyronis erat, corsarus et ipse:
scaltritus, guerraeque avidus, famaeque sititor.
At quum Centaurus bellum videt esse paratum,
armis armatur subito fulgentibus, atque
it celer ad fustas, armato milite vodas,
quos menat, exceptis cinquanta, citissimus Hippol.
Caudam balenae non audet linquere prudens
ipse gigas, dubius ne se velut ocha trapozzet.
Baldus ataccarat se fortem contra Lyronem,
quem trovat expertum guerrae, validumque guererum.
Circum circa illum, tanquam leonessa, regirat:
cui facit, existens nudus, sudare camisam.
Nudus osat certare, tamen non dextera nuda est,
sola sed armatur solito spadone, nec omnem

aestimat hic mundum tanti sub tegmine ferri.
Cingar alhora timet, sortem maledicit iniquam;
Falco sed hunc scridat, dicitque morire batais
esse decus magnum; quo dicto fulminis instar,
arma piat, ferroque omnem se providet, atque
it retrovare ladros, quos mille haud stimat ofellam.
Dumque ruit praeceps, cridat: - Mora, taia, retaia;
gens maladetta, cave, non gens, sed merda diabli.
Non solettus ego vos unum stimo lupinum. -
Et iaculans dardum, tres uno in vulnere passat.
Mox alium lanzat, quo corpora bina tramazzant
mortua, sanguineasque animas per guttura buttant.
Inde pians mazzam, cum qua bellare solebat,
incepit spezzare elmos, spezzare corazzas;
incepit schiazzare ossos, smaccare cerebros.
Qua plus folta videt gentem sibi flectere piccas,
se iacit, hastarumque facit de pulvere fustos.
Nemo suam spectat mazzam, vult nemo rosadis
se bagnare suis, vult talia nespola nemo.
Illi donat opem Cingar, qui armatus et ipse
efficit in terram currentes sanguine rivos.
Non discostus ei, Moschinus fortiter urtat:

sanguificantque omnes forbitas sanguine spadas.
Centaurus miseros buttabat in aequora ladros,
trentaque vodarat nigra de gente galaeas,
non quod solsolus tam sanctam fecerit opram,
sed, qui praeson erat, Philofornus viderat omnem
pro se proque suis tandem succedere sortem,
si Baldo et sociis compagniter addat aiutum.
Ergo valorosus trat spadam, menat et urtat:
seque provat factis et verbis esse fidelem
Centauro socium; squarzat, laceratque budellas.
Inde zenovesos Christi de gente cathenis
eripit, ac extra ferros trat mille tapinos.
Tunc data libertas animosos efficit illos:
- Arma - vocant, - arma, arma - cridant, simul arma requistant,
inque illos rabiem porcos e pectore sfogant.
Nam bastonatas vecchias, bussasque receptas
seu mescadizzi loris, seu fuste bovino,
valde recordantes, reddunt pro pane fugazzam.
Hos Philofornus enim deduxerat extra galaeas,
contraque mille ladros zenovesi mille bataiant.
Portat inhastatam modo toltam forte gianettam

Cingar, et altorium cernens, animositer omnes,
quot quot scontrantur, sbudellat, seque coralo
fecerat aequalem rossedine sanguinis, atque
magna suae memorat celebratae facta Cipadae.
At se Boccalus, se se Boccalus in antro
sconderat, utque lepus quacchiarat membra coatto,
nam qui non scampat mortem putat esse bachioccum.
Dudum mirarat zuffam fortissimus Hippol.
Obstupet armigeros tanta virtute barones.
Nescit enim generosus homo deducere spadam
cortice corammi, brazzumque intexere scuto,
namque voluptatem tacito sub pectore sentit,
dum Baldum, Baldique viros cum caede suorum
Orlandis guardat similes, similesque Rinaldis:
despiccant etenim testas, brazzosque, manusque,
inque poco spatio tam multa cadavera fundunt,
tota quod e mortis campagna coperta videtur.
Quisque facit provas ingentes, corde gaiardo,
purgantes miseram ladrorum stercore gentem.
O quis vidisset barbutas, quis ve celatas,
scheneras, faldas, nec non spezzarier elmos,
dixisset certe: - Nihil est horrentius orbi!

non terremoti, non fulmina, voxque tronorum! -
Sed tardare tamen nimium se viderat Hippol:
impetuosus equum Rocafortam stringit, et ensem
targonemque ferens, it aquosi turbinis instar.
Cingar, id adocchians: - Guarda, Falchette - cridavit. -
Ecce ruina venit, sta saldus, non tibi manco. -
Dixerat, et veluti nocchierus praticus, undam
prospiciens magno venientem murmure venti,
hanc spezzare parat ferrato pectore navis;
sic Cingar contra furibondos Hippolis ausus
firmus aparecchiat se se, nec ab impete scampat.
Hippol ad un trattum quod arivat fulminat ense,
Cingaris ac tanto cervellum robore chioccat,
ut bene non sapiat si nox vel giornus adesset.
Quum tamen oltraggium vidit Falchettus amico
sic fieri, colera succenditur ultra misuram.
Ferratam stringit mazzam, ferit Hippolis elmum,
ac dishonesta quidem fuit illa nosella barono.
Nec sorbam interea Falchettus tardat un'altram;
maiori, quam prima fuit, botta ipsa valore
iungit et ad terram pennazzum buttat ab elmo.
Mox ait: - Attenta, si nostra panada saletur -

atque menat colpum terzum pur semper in elmum,
unde coactus equi collum ferus Hippol abrazzat,
et bene tres voltas cascandi signa fuerunt.
Non Mongibellus tanto vampatur in igne,
quanto inflammatur collericus Hippolis ardor,
dumque furit boffans, tempesta marina someiat.
Exulutat, ferrumque manus perstringit ad ambas,
fendentemque gravem tantis cum forzibus offert,
quod, nisi Falco statim balzasset alhora dacantum,
in geminos illum squartasset nempe mezenos.
Non tamen interea cessat dopiare feritas,
nam, vix fendentem complerat, protinus altrum,
atque altrum lassat stizzosa voce roversum.
Non potuit Falchettus eam schifare ceresam,
quae sic brusca fuit, quae sic fuit illa gaiarda,
ut smemoratus humo caderet, guanzale tridato.
Viderat hoc Cingar, currit furibundus in illum,
atque super brazzum dextrum, qui deserat ensem,
percutit, ut strato Falchetto porgat aiutum.
Falchettus tamen ecce levat se saltibus altis,
dumque Hippol voltans brancat cum Cingare guerram,
dumque ferire parat, canto Falchettus ab altro

mazzatam donat; cui voltus, Cingare licto,
dum dare parecchiat, Cingar succurrit amico,
atque fiancalem spiccatum ad littora mandat.
Sic leo terribilis, cunctisque superbior, usat
intra duos ursos rabido combattere morsu,
qui vix tempus habet, spatiumque piare fiatum.
Dum squarzare unum quaerit, mordetur ab altro,
dumque istum retrovat, subito retrovatur ab illo:
sic erat in medio fratrum validissimus Hippol.
Tanta ibi corripitur rabie, tantoque furore,
ut focus ob nimiam stizzam vamparet in elmo.
Ergo, dum Cingar nimium se cazzat inanzum,
dat piatonadam toto conamine talem,
non supra schenam sed supra Cingaris aurem,
ut campanellos audiret mille sonantes.
Sbalorditus humo cascat, calzasque tirare
apparet, ranaeque instar se stendit arenae.
En cruor a naso, cruor ore, cruorque fluebat
auribus, et rubeum mandat per gramina rivum.
- Ah ladrone - cridat Falchettus, - brutte ribalde
bastardone, virum talem tantumque necasti? -
Dixerat, et stricto manibus bastone duabus

se levat in guisam balzantis ad aethera pardi.
Mox ferit hunc tanta possanza desuper elmum
quod, quamvis Hippol se sub targone covertet,
targonem tamen hunc spezzatum mandat ad herbas;
tamque pesenta gravat durae tartuffola mazzae,
quod Roccafortae groppas cervice flagellat
Hippol, et in sella stando portatur apertis
huc illuc brazzis magno galopante cavallo.
At corsarorum fratantum huc advolat agmen,
surgentemque suas in plantas Cingara trovat.
Non aliter rugit leo, cazzatore feritus,
quando, canes inter seu corsos sive molossos,
unguibus et morsu carnarum frusta minuzzat,
sicut alhora facit Cingar, quem Falco secutus
mazzatas orbi nunc huc, nunc dirrigit illuc.
Hi duo ben stretti simul agmina grossa fugabant,
ante suamque iram voltabant terga ladrones.
Baldus at interea distemperat ense Lyronem,
atque sui similem iam nudum fecerat armis
et nisi Fracasso trarupta haec gara fuisset,
absque ullo dubio finisset vita Lyronis.
Moschinus, Centaurus item, Philofornus in uno

groppetto stricti spegazzant sanguine terram,
atque coradellas, milzasque ad sydera iactant.
Nullus alhora quidem remanebat supra galaeas,
omnes in terra, tam mori quam zenovesi,
combattunt, multosque alios Centaurus in undas
iecerat, inde suis tornarat ferre socorsum.
Verum Giubertus, spatians in littore solus,
se viat ad fustas, intrat, nullumque retrovat,
et velut imbellis, nec usatus in arte scrimandi,
cernit et horrescit tantam guardare bataiam.
Per nubes ingens hastarum fractio bombat,
perque sinum ponti vocum fragor altus eechat.
Fiunt squarzones carnis, fiuntque cruoris
flumina, de mortis hinc inde fiuntur acervi.
More bechariae pulmones, viscera, trippae,
atque coradellae, panzae, ventralia, milzae,
arboreis ramis pendent, herbasque cruentant.
O crudas bottas, o vulnera digna Rinaldo,
millibus o doctis cantanda Maronibus acta!
Hic ferit, hic reparat, taiat iste, sed ille taiatur.
Squarzatas maias, tridasque omnino piastras
cernebas, avibus similes volitare per auras.

Ad bassum volucres tanto pro murmure crodant,
seque trabucantes fasso meschiantur in uno.
Et cervi et lepores extra boschalia saltant,
piscesque attoniti bacchantur in aequoris imo.
Et iam corsari voltant calcagna fugaces,
instant nostrates miseram cazzare canaiam.
Non tamen interea laxatur cauda Fracasso,
qui clamans socios commandat linquere guerram,
atque ad vodatas raptim properare galeas:
nam fare vult bellum tractum, dignumque corona.
Tunc omnes rati, non posse tenere Fracassus
amplius ingentem codam, quae lubrica muzzat,
ut muzzat manibus nequiens anguilla teneri,
concurrunt, veluti cernis concurrere gentem,
quae versus Paduam cupiens andare per amnem
Brentae, qualcunam mirat discedere barcam,
de cuius prora navarolus cridat: - A Pava. -
Baldus mandatum negat exaudire Fracassi,
spernit ab impresa guerrae se tollere fortis
campio, nec mortem curat mercator honoris.
Si cum destrezza valeat fortezza coëllum,
decrerat contra Lyronem vincere pugnam.

Iamque gigas tanto caudam conamine torquet,
quod, dum torta caput voltat balena Fracassum
boccatura, velut boccat bona cagna leprettum,
illico dimittit caudam, caput illico brancat;
inde pedes mittens, veluti si strangulet ocham,
quattuor in crollis testam de tergore spiccat.
Ecce mari medio pigritatim littora circum
incipiunt callare, simul surgente profundo.
Insula disparet, quam portat bestia secum,
et quisquam pedibus sentit mancare terenum;
dumque bisognat aquis mergi, desiderat alas,
in moia quoniam se trovat habere culamen.
Iam maris in fundo se se balena stravaccat,
boscorumque trahit secum sex mille biolcas,
per quos discurrunt pisces, novitate gioiscunt,
saepe cachinnantes rident: pars incubat ulmis,
parsque capellutas mangiant de robore giandas.
Miranturque capros, lepores, cervosque negatos,
nec minus humanas facies, bustosque taiatos,
et carnes, modo quas Baldi fecere sodales.
At super innumerae testae sofiare videntur,
arma, trabes, tavolae, capannae, millia rerum:

antea saltarant barrones supra galaeas,
atque zenovesi, quanti de caede supersunt.
Hi cuncti pariter fustas insemma tenebant,
ad quarum spondas, dum se attaccare volebant
corsari miseri, pietosa voce cridantes,
seu respingebant urtis et calzibus illos,
sive trabant susum per orecchias, perque capillos,
donec complessent remos, bancasque vodatas,
atque cadenatis pedibus statuere nodaros,
qui tam desconcis usantur scribere pennis.
Fracassus menat piscosa per aequora brazzos;
ingentesque facit cumulos, dum nodat, aquarum,
scindit eos manibus, gambasque racoltus inarcat,
inde viam faciens calcagnis aequora pulsat,
et puntando pedes, sofiandoque gutture pleno,
non tempestatem pelagi facit ille minorem,
quam Borra et Gregus, sibi contrastante Sirocco.
Dumque natat, casu vel sorte guidante, Bocalum,
qui nil mangiarat, retrovat sine fine bibentem,
cui quasi tripparum compleverat unda misuram.
Protinus hunc mittens in summo vertice campat,
nec mancum Boccalus erat securus alhoram,

quam castellanus seu Mussi, sive Salei.
Hippol fertur equo gaiarditer extra profundum,
sustinet aequor equum, sed equus quoque sustinet ipsum
Hippola, cui tantum schinchae bagnantur ab undis.
Cingar in excelsa maioris puppe galeae
stabat, et ad Baldum frezzosa mente cucurrit.
- Me miserum - clamat; - num Baldus forte sotacquam
piscibus esca fuit? pro dii, qui fata guidatis,
iustitia haec vestra est? tali ratione guidantur
fata hominum? Non, non, stellis incago ribaldis:
incago Marti, Phoebo, totaeque canaiae.
Et mihi recrescit non scribere posse corezas,
in vestrum quoniam dispregum grande volumen
dictarem, plenum de centum mille corezis.
Non dii, sed potius vos estis merda diabli.
Est sine cervello populus, qui pazzus adorat
vos, seu beccones ravaiosos, sive bagassas,
aut imbriagos, homicidas, aut rofianos.
Nonne Venus meretrix totius pubblica gentis,
nonne Iovis soror est Iuno, contraria Troiae,
Iuppiter accepit tamen hanc pro uxore gaioffam?

An poterant bastare Iovi de mille puellis
cinquantae numero? centae? tandemque tresentae?
Bestia matta fuit, qui te laudavit, Homerus,
menchionusque Maro, nec non scola caetera vatum.
Ecce tibi ficcas facio, stronzisque ledammo.
Cancar te mangiet, penitus restante niento,
qui totum tantis implesti fecibus orbem.
Dic mihi, merdipotens o Iuppiter, ut quid ab omni
gentili vulgo totius factor Olympi
esse putabaris? cum sit quod adulter, avarus,
quod stuprator eras castarum boia sororum?
Taiasti patri genitivos, ladre, sonaios,
ut non stamparet plures tribus ille fiolos.
Stuprastique tuam post haec, manigolde, sorellam.
Sforzasti Alcmenam, propter fabricare gigantem,
qui palmam semper vastis in rebus haberet;
hunc tamen una uno stravit muliercula sguardo,
ac in guarnello fecit filare gazanum.
Tu quascumque tuis oculis, gaioffe, placerent
seu consanguineas, seu non, sine iure, puellas
turpabas, faciens asinaliter omnia secum.
Ergo (si vivis) possis tibi rumpere collum,

postquam sic nobis crudelia fata ministras,
postquam virtutum Baldus candela stuatur.
Talia dum Cingar iactat, renegatque batesmum,
Fracassus guardans coelum, sic ore braveggiat:
- Iuro per hunc sacrum, quod porto in fronte, batesmum,
perque illum ventrem, qui me sborravit in orbem,
tantum cercabo per montes, saxa, cavernas,
per sylvas, boscos, per valles, flumina, terras,
mox diavolorum per tecta, per antra, per amnes,
et si conveniet per celsa palatia coeli,
donec seu vivum, seu mortum, sive malatum
inveniam Baldum, cum quo vel vivere semper
in coelum statuo, vel sub stigialibus umbris.
Sed prius arripiam Plutoni regna gaioffo,
cuius de testa pavidam streppabo coronam,
subque meo stabit sceptro diabolica proles. -
Mox ait: - O comites, animum deponite moestum.
Ut vindicemus Baldum tantummodo restat.
Me seguitate, precor, nigrumque calemus ad orcum.
Dixerat, atque omnes capitanos chiamat in unam
maiorem fustam, reliquasve seguire comandat.

Egressique undas finaliter, aequora lassant,
Fracassusque rapit sumpto bastone viaggium.
Moschinus seguitat, Falchettus, et altera turba.
Cingar vult solus cighilinum stare dedretum,
si mare fortassis tret morta cadavera ripis,
ipsius ut Baldi det membra negata sepulchro.
Centaurus remanet cum Cingare, caetera squadra
non sine ploratu vadunt post terga gigantis.
Quisque suam vitam non binas stimmat ofellas.
In qua parte via est magis aspera, tenditur illuc;
nil curant spinas, nil curant saxa, ruinas,
nil tempestates, pluvias, nil frigora, caldum,
nil tigres, apros, nil serpas atque ladrones.
Omnibus his, quae saepe trovant, gaiarditer obstant.
Si retrovant, mangiant; si non, - Patientia - dicunt.
Ad grandis tandem radices montis arivant,
quem appena queant ertum superare camozzae.
Non saliunt illum, tenebrosa sed ora cavernae
intrant impavidi, montagnaeque antra busatae.
Cercat iter pedibus, vadens Falchettus avantum,
insegnatque alios, quo debent ponere plantas.
Est opus, ut gobbo Fracassus tergore vadat,

nam grandazzus homo daret ipsa in saxa zucadas.
Cingar at interea per longam solus arenam
ibat, passeggiando pedes, grattandoque testam,
et ficcans oculos in terram plorat amicum,
quo sine scit certe non vivere posse quatrhoras.
Saepe sibi stesso cazzasset in inguina stoccum,
praesens Virmazzi nisi tunc persona fuisset.
At tandem gravis ecce venit de longe cavallus,
ille cavallorum meliorum maximus, ecce
Spezzacadena venit, portans se fluctibus extra
fortiter, inque suo (quis baiam non vocet istam?)
inque suo dorso duo grandia corpora gestat:
scilicet in groppam Baldum, arzone Lyronem;
nam Baldus, quum sensit aquas subcrescere, cumque
Lyronus subito voltasset fraena cavallo,
non se curarunt coeptam finire bataiam,
quod nimis importat barronibus ire negatum.
Baldus it in groppam saltu, brazzatque Lyronem,
cui Lyro datque manum, dat verbaque dulcia, dat cor,
amboque contraris fiunt in rebus amici,
hostes quippe facit fratres commune periclum.
Spezzacadena ruit, cuius tantummodo musus

apparet, testaeque hominum modo supra videntur,
et modo sub latitant, velut usat mergus et ocha.
Peiorem sed Baldus habet, stans retro, pitanzam;
saepe trapozzatus gorgadas tirat aquarum.
Is tamen alto animo divinum sperat aiuttum.
Cingar, id aspiciens, sperat, clamatque sodalem,
monstrat ei digito cosam de longe nodantem.
Quid sit enim, nescire datur, quia copia vistae
deficit humanae tam longos currere tractus.
Centaurus tamen ipse cito se cazzat in aequor,
parte cavallina nodans, tandemque rivatus
gurgite qua medio iam Spezzacadena fiatum
spingebat grossum, nimiae sub pondere somae,
suscipit extemplo Baldum, supraque groperam
hunc tirat, allevians straccati dorsa cavalli.
Prospicit haec Cingar, sentitque per ossa medullas
discolare suas, ut cera liquescit ad ignem.
Gustat enim tantam dolzuram intrinsecus, ut non
in brenta mellis voluisset habere culamen.
Denique perveniunt omnes ad littus arenae,
fit novus hic gustus basorum, fit nova festa,
mille carezzinae fiunt plus zuccare dulces.

Baldus amorevola sic sic piat arte Lyronem,
ut Lyro disponat Baldum seguitare per ignem.
Venerat ad ripam nec non gaiarditer Hippol,
cui iacet appressum sellis Rocaforta bagnatis.
Hunc Lyronus adit, strictumque abrazzat, et inde
supplicat ut sortis voiat incagare travaio,
seque valenthomini penitus committere Baldo.
- Sum contentus - ait, - faciam quaecumque comandas. -
Quo dicto, ad Baldum brazzis currebat apertis.
Baldus eum subito sembiante apprendit alegro,
germanosque sibi forti charitate cadenat,
pro quorum forzis non mundum prezzat un aium.
In Roccafortae post haec se arzone piantat.
Lyronus charum non lassat Spezzacadenam,
Hippol it in sellam Pardi, Philofornus at ipse
Centauri iussus groppas montavit equinas.
Cingar nil curans, stafferi more, pedestrat.
Iamque recedebant, quando sibi trenta galeae
in mentem veniunt, quas sic sine rege relinquunt.
Baldus Lyronem, fratrem quoque saepe pregavit,
ut classem tantam, pro seque suisque, nequaquam

prorsus abandonent: satis est quod ametur ab illis.
At nec Lyronus vult hoc audire, nec Hippol,
ac minus hanc voluit Philofornus prendere curam:
tanta sodalicii calamita tiraverat illos.
Ergo abeunt, fustasque omnes, gentemque relinquunt,
nam nimis importat mistatem linquere Baldi.
Solus it ad staffam Cingar, solusque pedestrat,
donec villanum qui binos menat asellos
obvius incontrat, pensatque robare coëllum.
Ast ille, ut vidit soldatos, protinus altrum
brancat iter, sylvaeque asinos per devia cazzat.
Cingar eum chiamat: - Quo, quo, sta, scolta, gazane.
Scolta parolinam solam; sta, dico, bonhomme. -
Cui respondet homo: - Blabla, chiz, felchena, gozca. -
Sic parlans, cursum duplicans calcanea menat.
- Quo diavol abis? - respondet Cingar: - adessum
te faciam gustare tuam, villane, paciam. -
Quo dicto, insequitur clamans tutavia: - Vilane
tangar, ni smontes, pentibis; scende, gaioffe.
Lege comandatur nostra, quod quisquis habebit
sive duas tunicas in dossum, sive gabanos,
det male vestito seu quellum sive quelaltrum.

Non aliter quicumque duos menat ante somaros,
iure viandanti donare tenetur asellum. -
Rusticus exurlat, neque vult smontare iumentum.
Non inthesus ait: - Flep, chelp, cocozina, boaster. -
Dumque suas similes baias sbraiando frequentat,
Cingar eum currendo rivat, caudamque somari
corripit, inde trigat, fossumque gaiardus in unum
patronem ac asinum, sociis ridentibus, urtat.
Quo facto, subitum spiccat de littore saltum,
supraque colaltrum balzat leggiadrus asellum.
Iam non francesum sub se voluisset ubinum,
non orecchiutas quas mulas Roma cavalcat,
nam portantino passu trampinat asellus,
foiadasque paret pedibus taiare minutim:
tichi tich et tichi toch resonat per mille lapillos,
ponitur in fallum pes nunquam parvulus, et non
pontigero suffert costas sperone tocari,
nam subito calcem laxat, pariterque corezam.
Miraculum, si asinus tret calzos absque corezis!
Ergo inter comites orta est non poca voluptas;
dum spronat Cingar, mollat celer ille fiancum,
et caput in gambas ficcans de retro levatur,

unde bisognabat Cingar tommare deorsum,
atque super littus maiores prendere bottas,
quam si frisonis caderet de arzone cavalli.
Talibus in festis compagni tempora passant,
donec arivarunt ubi maxima surgitur alpa:
alpa columna poli, quae saxi culmen aguzzi
ficcat in aethereas sedes, ac sustinet astra.
Haec lunae montagna quidem chiamatur, et illic
ad fundum socii magnam reperere cavernam,
totaque per circum grottis montagna busatur.
Centaurus norat vestigia pressa Fracassi,
terribiles quoniam mostrabat arena pedattas.
Cuncti gaudentes statuunt seguitare gigantem.
Baldus smontat equum, smontat Lyronus et Hippol.
Cingar asinaster, reliquis derdanior, inquit:
- «Qui stat retro seret portam», proverbia dicunt.

LIBER VIGESIMUS PRIMUS

Venimus ad pavidum Malamocchi denique portum,
gurgite qui medio fert centum mille diablos,
naviculamque meam fluctu sorbere menazzat.
Contra fortunam grandis matezza videtur
spingere schirazzum, quando est garboius in undis.
Ergo ego quid faciam? spicchetur ab arbore velum,
butteturque giusum maioribus ancora soghis.
Non bastat nobis animus transcendere passum,
passum tam durum, tam horrendum, tamque cativum,
in quo multoties barchae gentesque negantur.
Non mihi sufficiens cor est, non circa coradam
aes triplex, ut grande velim tentare periclum.
Impegolata pocum sub fundo navis, ab omni
parte forata, cagat stuppas, aperitque fenestras.
Ergo inquam, quid nunc faciam? timidus ne redibo?
Semper difficilis est scortegatio caudae.
At quia non modicum video mihi nascere scornum,
qui iam vogarim tercentos mille miaros,
non formidarim cagnae latramina Scillae,
non me terruerit rabies ingorda Carybdis,
et Malamochaeos trepidem tentare diablos?

Fac animum, paveasque, Striax mea Togna, nientum.
Grandis erit (confesso quidem) straccatio schenae,
dum contra pegoras opus est intendere brazzos.
Ergo sub infernas Baldum sociare masones
est opus, o Musae, populosque catare stryarum,
quos maris in fundo strya Gelfora sola governat.
Ibant obscuri Baldus, Baldique seguaces
nigra cavernosae peragrantes clymata tombae.
Nec mirum si dant crebras per saxa zucadas,
ac per inaequales petras si schinchibus urtant.
Quapropter rident, animoque feruntur alegro,
et boncompagni sua damna libenter abrazzant.
Non procul ante meant alii duo tracta balestrae,
scilicet insemmam quattri, post terga Fracassi,
qui testam ruptam banda portabat in omni.
En sentit tandem post se pistare cavallos:
quid sit, avisatur; cridat: - Ola, manete pochettum,
audio cum ferris contundere saxa cavallos.
Numquid erit Centaurus, equi cui forma dedretum est?
Vix ea finierat, Cingar veniendo, cridabat:
- O o, Falchette, o o, Fracasse, Bocale. -
Giubertus fatur laetus: - Vox Cingaris illa est.

Expectemus eum; - tunc illi firmiter adstant,
conveniuntque omnes, nec se discernere possunt.
Fracassus voluit brazzis amplectere Baldum,
sed tulit in saxo magnum cum fronte garofol.
Tum quoque Boccalus Baldum toccare volebat,
et quasi cum digito steso sibi vulsit ocellum.
Cingar ait: - Properate ultra, videamus abyssum.
Ipseque Falchettus praecedat, guida, caminum.
Quattuor in voces post haec cantare comenzant,
nam (velut accascat tal volta) fuere tralorum
quattuor insemma voces, cantare scientes.
Accipit ut gracili sopranum voce Gibertus.
Suscipit at firmum Philoforni bocca tenorem.
Gorga tridans notulas prorumpit Cingaris altum.
Trat grossum Baldus extra calcanea bassum.
Quattuor hi varios ita sic andando motettos
cantant, et simili nihilant dulzore fadigam.
Gorgula phoebaei frifolat magis alta Giberti,
deque «ci sol fa ut», modulanter surgit ad «ela».
Semicromas, minimasque notas sic ille menuzzat,
ut pratichi frollam trinzantis dextra vacinam.
Longas atque breves Philofornus pectore squadrat,

sustentatque omnem relevata voce camoenam.
Interdum pausas expectat quattuor, octo,
viginti, et trenta, velut est usanza tenoris,
dumque silet, ternis resonat modulatio linguis.
Non minus aure canit Cingar, quam voce peritus:
nunc usque ad coelum vadit retrovare sopranum,
nunc usque ad baratrum scalam descendit ad «are».
Nulla quidem vox est aliorum promptior, et quae
plus notulas nigras crevellet more farinae.
Baldus at educit tremulo de gutture bassum,
hunc quoque flamengum iurares esse canonem,
nam fundans simulat cannam, velut organa, grossam.
Est sibi pochettum, gamautti tangere cordas,
bassior at giusum canevae descendit in imum.
Plus ascoltantum sopranus captat orecchias;
sed tenor est vocum rector, vel guida canentum.
Altus apollineum carmen depingit et ornat.
Bassus alit voces, ingrassat, fundat et auget.
Cantus flamengos, talianos, atque todescos
hi cantant, quia sic passatur inutile tempus.
Sunt tamen insani quidam, pazzique balordi,
sunt quidam stronzi, dico, bis terque cagati,

qui tam dulcisonis plenam concentibus artem
esse legerezzam dicunt, tempusque gitatum,
plusque volunt aut esse asinos aut esse cavallos,
et tamen attracta reputari fronte Catones.
Plusque suam boriam preciant, et ventre pieno,
lardatisque gulae paffis, vultuque botazzi,
praelati insignes dici, quam scire coëllum
seu sit parlandi, seu sit doctrina canendi.
Imo macer quidam bos Chiari, tortus, et omnes
scomunicatus habens materno a lacte diablos
in gobba, hypocritus, gnato, vecchiusque crevatus,
est qui sbaiaffat, gracchiat de hac arte canendi.
Musica continuo versatur in ore deorum,
musica concordi fert circum cardine coelum,
musica nascendo humanos compaginat artus.
Cur hymnos, psalmos, cur cantica tanta vetusti
disposuere patres gesiis cantanda per orbem?
cur, dico, antiqui doctores atque magistri
ornavere libros responsis, versibus, hymnis,
Kyrie leysonis, Introitibus ac Aleluis?
Ite genus pecudum, pacchiones, ite gazani,
vos quicumque fero laceratis dente camoenas.

Cessarant comites cantu, nam Cingaris ipse,
Cingaris ipse asinus firma cum voce comenzat
canzonem cantare suam, mostrare volendo
non minus esse bonam sibi vocem, non minus esse
cantandi garbum lingua, gorgaque palesum,
quam fuit Agricolae quondam, magnoque Bidoni.
Vox asini grata est asinis, neque gratior altra
esse potest, quamvis frifolet Philomena per umbras.
Ingentem interea strepitum sentire comenzant.
- Auditis - Falchettus ait. Tunc quisque tacendo
stat chetus, ac longis rumorem brancat orecchis.
Cingar ait: - Seguita, quo te via praevia guidat.
Fortasse invenies quo causa cridoris habetur. -
Falchettus paret, tastatque andando petrarum
passibus intoppos, sociisque annuntiat illos;
et quem Cingar ait, curat captare viazzum,
namque vias quandoque trovant velut ypsilon ire.
Quo magis accedunt, sonitus magis ille rebombat,
et iam vix unus parlans auditur ab altro,
tam strepitus rumurque ingens assordat orecchias.
Horrescunt omnes, quamvis sint pectore franco,
seque putant venisse nigri Plutonis ad umbras.

Denique per quandam fissuram splendulus ignis
apparet, modicoque viam dat lumine claram.
Huc Baldus celerans alios restare comandat,
elevat hinc oculos, quantum lux parvula monstrat;
ecce videt portam, vario quae sculta metallo est.
Accurrunt, placet ire intus; Fracassus in illam
ter pede chioccavit portam, sed tanta ruina
fit martellorum quod nil sentitur ab intro.
Impatiens Fracassus eam bis tergore crollat,
atque cadenazzis rutpis sine chiave recludit.
Conticuere omnes martelli ferra domantes,
nec sonat ulterius tich toch incudine pulso.
Stant ibi ferrari centum, totidemque gaioffi,
qui carbonorum portant in tergore saccos,
qui quoque manticibus ventosis semper afogant,
quique domant ferrum martellis atque tenais.
In pede saltatus, vir grossus alhora pigrezzam
fert testudineam, et tanquam bosaccarus inflat
ingentem panzam, et plenum fece botazzum.
Tresque gulae cascant de mento ad bigolis imum.
Is Baffellus habet nomen, primusque boteghae
stat faber, e zoppi Vulcani semine zoppus.

Introit en Baldus, coetu seguitante, bravosus,
ut soldati intrant albergos tempore guerrae.
Cui Baffellus ait: - Nimium, compagne, superbis.
Tu ne meam sic sic audes intrare fosinam? -
Baldus respondet ghignans: - Te affretta, magister,
expedias bonas armas, comprabimus illas. -
Sic parlans rugat, buttatque sosopra botegam.
En rursum fabri nudo cum corpore menant
martellos magnos, candentia ferra domantes.
Pars facit huc, illuc vivas saltare favillas;
pars cum manticibus, pars cum carbone fogato
abbrasant durum venti sofiamine ferrum;
pars elmos limat cristatos, parsque corazzas,
aggroppantque tridas circum bragalia maias.
Sunt qui multifores, velut ars merscalca docetur,
excudunt ferros pro ramponare cavallos.
Dumque lavoratur, Baffellus praesidet illis,
dat quibus interdum crustas bastone cotoras.
Sunt omnes nigri, ruginentes, absque savone,
malque petenati, nudi, plenique pedocchis.
Nec Baffellus eis lassat mancare bocalum,
nam male ferrari martellant absque bocalo.

Dumque ita perficitur, parlantque insemma fradelli,
de penitus finis se se fornire piastris,
velleque vestiri rutilis per forza corazzis;
ecce suum Baldus sentit nitrire cavallum,
Lyronusque suum, quos nunc deffora ligarant,
atque asinus bis sex pontadis protulit - A a. -
Quid sit, nescitur; currunt ad cernere causam.
Spezzacadena magis nitrit, raspatque terenum,
Roccaforta simul magno rumore balanzat,
calzibus et duris cum Pardo marmora spezzat.
Vult Baldus saltare foras denantior altris;
sed pede vix posito super aerea limina portae,
maximus hunc spingit ventus, drentumque rebuttat.
Obstupuere omnes, iterum vult bravus apertas
transpassare fores, at flatus fortior urtat,
quem simul et socios alios sotosora butavit.
Ter sic tentavit, ter sic indreto tomavit.
Tunc Baffellus ait: - Grandis desgratia vestra est.
O sfortunati, vos nempe morire bisognat.
Sic sic ausi estis secreta subire deorum?
nec formidastis grottas intrare dearum?
Non hic mortales fas est calcare pedattas,

ni dea concedat vobis Smiralda caminum. -
Fracassus dixit: - Qui dii, quae Smerdola, quod fas?
Est Deus in coelo, quo lux nitet absque tenebris.
Vos mage diavoli brutti, lordique stryones,
qui fugitis radios giorni, qui semper in umbris,
more civettarum, gufforum, gregnapolarum,
vivitis, et vos met divos, divasque vocatis.
Iuro tibi: quod non discedam partibus istis,
donec iter retrovem, quod nos deducet ad orcum,
Luciferumque tibi patrem, fratresque diablos
discornare volo, totosque relinquere pistos.
Dic: quod nomen habes? - Respondet: - Tu ne Tiphoeus?
tu ne Briaraeus, quia me deitate segurum
sgomentare putas? Ego sum, qui fulmina magno
condo Iovi, praesumque istis sine fine cavernis.
Iuro deos: faciam vestras pentire pacias.
Hinc uscite foras, praestum: quid statis? an anchum
vultis, ego dicam bis vobis? ite deforas.
Vos altramenter tot porcos, totque cavallos
cangiabo, veluti dii transformare cativos,
malvagiosque solent homines in turpia rerum. -

Cui Fracassus: - Habes magnam, confesso, rasonem,
dummodo, qui faciant illam, retroventur adessum.
Attamen invenias seu divos sive diablos,
qui te, quive tuam possint defendere causam.
Non aliud ius nos, aliud non numen habemus,
quam cor magnanimum, spadam, mazzamque feratam.
Ergo, quid indusio? nimium parlare codardos
arguit; arma meis de compagnonibus: ut quid
me sguerzis guardas oculis? da praestiter arma. -
Sic dicens, calcem calidum vibravit eidem,
quem smagazzavit rafioli more tenelli,
merdaque corporeis cunctis de partibus exit.
Hinc alius, terrere putans bravegiando guereros:
- Praesti - ait, - o famuli, quid statis? prendite tela
scazzemusque istos temeraros extra fosinam.
Exite, o tristes asini, gentesque ribaldae. -
Ac ea dum parlat, martellum corripit unum,
et martellatam dat Baldo supra cerebrum.
Quando fabri nudi zuffam videre comenzam,
expediunt raptim martellos atque tenaias,
parsque graves limas, chiodos et azale fogatum,
hisque armis audent mastris se opponere guerrae.

Ridebat Baldus, nec fodro educere stoccum
se dignat, quamvis nesplum gustaverat unum.
Quamprimum festinus eos Boccalus asaltat,
seque valenthomum nuda inter corpora monstrat.
Sed poco in spatio cuncti periere ferari,
sunt etenim nudi: ceu fresca povina taiantur,
nec per miracolum mansit, qui viveret, unus.
Spezzacadena intrat per apertas denique portas,
ruptaque de collo pendebat soga cavezzae.
Se se cum Pardo cantonem tirat in unum.
Roccaforta tamen sentitur calcibus extra,
qui pistando petras frangit, qui boffat et hinnit
more cavallorum, quando fit gara tralorum.
Tunc Fracassus, equo cupiens praestare socorsum,
vult exire foras, sed grandis ventus in illum
ecce ruit, vastumque facit retro ire gigantem.
Baldus ait: - Certe guastabitur ille cavallus. -
Respondet Cingar: - Si sic fortuna repugnat,
quid nostras ultra cercamus rumpere testas? -
Hoc dicens, sotosora domum voltare comenzat.
Giubertus ponit carbones, excitat ignem
manticibus, rossasque facit dare lumina bronzas.

Lyronus retrovat vivo de marmore saxum,
quod removet, speratque aliquem accatasse thesorum.
Ecce repentinus fit terrae motus, et antra
undique tota sonant, faciuntque stupire barones.
Attamen interea saxum Lyronus abrazzat,
mox levat, et buttat per portas extra fosinam.
Ecce drago (horresco referens) longhissimus intrat,
intratusque ruit propter squarzare Lyronem,
qui sic arditus fuerat scoprire cavernam,
qua latet haeroum pretium, palmaeque ducarum.
Tunc causa hic patuit, quare tres ante cavalli
saltabant fremitu, quos luridus anguis agebat.
Hunc tamen accensi, tractique insemma, cavalli
calzibus assaltant, morsu, pedibusque davantis.
Nil drago deffendit se fortes contra cavallos,
imo venenoso cercabat dente Lyronem
sternere, dum grottam vult ille intrare scovertam.
Baldus et Hippol ei currunt praestare socorsum,
qui contra bissam crebro deffenditur ense.
At focus interea morzatur flamine venti,
quo tenebrae totum penitus rapuere lusorem,
nec possunt socii proprias cognoscere fazzas.

Baldus ibi clamat: - Nihil, eia, timete, barones.
Nostra quidem virtus magicas non extimat artes.
Sed precor intantum (quia sic lusore caremus):
nemo menet spadam, ne mutua vulnera dentur.
Sola cavallorum sit guerra incontra dragonem. -
Sic ait, atque animat stimolanti voce cavallos,
ut stimulare canes in porcos saepe solemus:
qui, nunc mordendo, nunc calzos trando, domabant
foetentem dragum; quamvis non vistus ab illis
quaeritur ad nasum solummodo, namque cavalli
nil penitus possunt tenebris discernere foltis.
Pardus agit calzis, nec lassat prendere flatum;
Roccaforta tenet portam, prohibetque volenti
se scampare fugam, tenet ac per forza dedrentum.
Ille sed interea, nigrum vomitando venenum,
sibilat, et se se tumefacto gutture gyrat.
Porrigit attentas quisquam compagnus orecchias,
interdumque suas per gambas ire tralorum
sentit, eumque procul sospingit calce Fracassus.
Omnes coguntur nasum stoppare, nec oybo
dicere tempus habent, tantus iam puzzor amorbat.
Tandem non potuit plus Spezza tenere cadena,

Spezzacadena dragum lassat scampare tirantem.
Ille viam liber scapolat, seguitantque cavalli;
alter cum calzis agitat, sed morsibus alter.
Ille fatigatus sibi iam ingrossare fiatum
sentit, ed intornum bassis volat anxius alis.
Fracassus validum menaret saepe tracagnum,
sed timet aut socios aut desertare cavallos.
Pardus, habens animum furiatum contra nemigum,
dum tirat calzum, percusso Cingare, fallat.
Cascat humi Cingar, Pardusque retornat, et ipsi
Boccalo supra schenam saltavit adossum.
- Heu - Boccalus ait, - succurrite, namque butavit
me sotosora draco, magis imo diavolus extat. -
Respondet Cingar: - Patientia, contra doverum,
contra meam voiam patientia, cara brigata.
Me quoque nunc fecit saligatam rumpere culo. -
Giubertus ridet. - Rides, Giuberte, facendam
istam? - Cingar ait, - mihi nulla est voia grignandi.
Scilicet hic habeo ventosas atque cirottos,
cum quibus acceptam possim medegare schenadam. -
Talia dum placidis mottis baronia solazzat,
egreditur cifolans oficinam denique serpens,

quem Rocaforta suis calzis prohibere nequivit.
Ille cavernosas vadit stridendo per oras;
dumque seguire parant guereri, protinus ecce,
ecce fores bronzi, portaeque serantur apertae.
At pede cum dextro, vasconum more, Fracassus
currit, et ad terram, scarpato cancare, mandat
cuncta sotosopram, clamans sic voce tonanti:
- Me seguitate ducem, quo nobis nostra codardis
forcia smarrita est? ubi nostra prodezza, diavol? -
Sic ait et signans se se, ruit extra botegam,
quem non ulterius ricolavit forcia venti.
Tunc illi imbrazzant scudos, brandosque filatos
disfodrando, foras armato pectore balzant.
Hos quoque destreri drittis seguitantur orecchis,
mortifer at dragus tenebrosa per antra vagatur,
tumbarumque cavas cifolis ingentibus explet.
Ad quorum strepitum socii vestigia drizzant,
tantonesque abeunt, quaeruntque per orba draconem,
quem vel habere volunt mortum vel perdere vitas.
Tum novus exoritur rumor, tantusque bagordus,
ut non esse putent nisi centum mille diablos.
Vox confusa procul loca per scurissima bombat,

quae venit innantum sensim, crescitque gradatim.
Est id cunctarum rabidissima schiatta ferarum;
quaeque suas reddit voces, ut usanza ministrat.
Dat leo rugitum horrendum, lupus elevat urlos,
bos bu bu resonat, bau bau mastina canaia,
nitrit equus, nasoque bufat, raspatque terenum.
Sgnavolat et gattus, et adirans eiulat ursus.
Mula rudit, mulusque simul, tum ragghiat asellus,
denique quodque animal propria cum voce favellat.
Hi pariter celerant incautos contra guereros,
duraque cum rabidis afferrant morsibus arma.
Si manegiare volunt spadas, est grande periclum
ne sibi medesimis mortalia vulnera figant.
Quisque suum corpus sentit morderier, atque
per tenebras ullam nescit comprendere cosam.
Longa cavernarum via, nigris plena latebris,
tomboat istarum vario cridore ferarum.
Fantasticarat multo iam tempore Cingar,
quam retrovare guisam possit dare lumen ad orbos.
Invenit ascortus, gratans sibi denique testam,
commenzatque petras azzalo tundere spadae:
quae, quia spagnola est finissima lama, favillas

per cecos passim busos facit ire micantes
et pocho alquantam praestat lusore vedutam,
unde avisantur saltem, gnarique fiuntur
compagni, si stent sibi retro aut ante diabli,
namque diabli erant, induti membra ferarum.
In quorum medio Baldus se primus afrontat,
ignudoque feras brando smembrare comenzat.
Fracassus, pariter, longe bastone butato,
cum manibus tantum brancat, perstringit, afogat,
atque caneggiatos duris necat unguibus apros.
Cum manibus, dico, tantum, cum dentibus atque
squarzat, et in tepido se totum sanguine sbroiat.
Virmazzus, nec non iunctus Philofornus apressum,
contra duos tauros magnam coepere baruffam.
Cingar crebra menat per duras vulnera cotes,
quem drago predictus post schenam falsus asaltat,
vultque vetare illum ne sic det lumen amicis.
Clamitat altorium Cingar; Moschinus aiuttat,
et spadam abiiciens, illi se buttat adossum,
per collumque tenens, manibus stringendo, cavalcat.
Serpa, viam currens, Moschinum tergore portat.
Viderat id factum Falchettus, donat aiutum,

insequiturque cridans: - Quo te, Moschine, diavol,
quo, Moschine, drago te portat? smonta, miselle,
nanque tuae timeo vitae, cito, salta deorsum. -
Moschinus non audit eum, sed fertur ab angue,
quem validis pugnis sempre ferit inter orecchias.
Ecce ambos raptim volucer Falchettus arivat;
ut giusum balzet, crebro clamore monendo.
Moschinus vero, post se cum sensit amicum,
quadruplicans animos, tam fortiter ilia serpae
stringit, ut illa cadat terrae, mancante fiato.
Falchettus subito per dextram zaffat orecchiam,
serpentemque retro nunc huc, nunc protrahit illuc;
Moschinus stat firmus equo, calcagnaque menat,
cumque manu armata guanto tampellat et urtat;
se retrahit serpens, nec vadere curat avantum.
Non aliter quum vacca neci sit tracta becaro,
plus redit indretum, quo plus guidatur inanzum,
squartatas quoniam cernit de longe sorellas,
inque cruentatis pendentia membra cavecchis.
Cingar ibi assistens totum dentaverat ensem,
qui iam non brandus sed dentea sega videtur.
Non tamen e saxis flammas excudere cessat,

exiguosque suis sociis praestare lusores.
Ipse drago noscit se mortum, protinus altram
vertitur in spetiem, quoniam (mirabile dictu)
quae nunc anguis erat, formosa putina videtur,
cui nomen Smiralda fuit, de gente luparum.
Cascat Moschinus, dum sub culamine longa
schena deest, formamque piat drago ille novellam.
Falchettus stupuit, cuncti mirantur in illam,
a capite ad plantas indutam vestibus albis,
quae manibus librum retinet, mussatque parolas,
seque coprit latitans ne sit compresa baronis.
Sed rapit in socca Falchettus praestiter illam,
cui fugit e manibus vestis; Falchettus, osello
praestior, hanc iterum per trezzas illico zaffat,
medesimoque actu scarpat de pectore librum.
Admiranda nimis comparuit ecce facenda.
Vix Falchettus eam raperat, librumque serarat,
omne repentinas animal se scampat in umbras,
imo abeunt in frotta simul sex mille chiapini.
At Smiralda cridat, planctumque comenzat amarum,
Falchettumque rogat supplex, sic ve: - Ayme - losingat,

-

ayme ego, non curans hominum consortia, vitam
his teneo castam grottis, servoque pudorem.
Ah miserere tuae famae, Falchette, nec istud
dignum laude putes, teneram offendisse putinam.
Quid facias de me, quae sum muliercula? de me,
quae sum de numero nympharum Palladis una?
Ergo, precor, voias toltum mihi rendere librum,
perque meam me andare viam permittere fas sit. -
Talibus ingannans, Falchettum porca carezzat,
barbozzoque eius digitis putanella duobus
fat squaquarinellum, velut est ars vera piandi,
sive carezzandi menchiones atque dapocos.
Venerat huc Baldus, Cingar, cunctique barones.
Hique simul quantum sit bella fiola stupescunt:
alter ait: - Scelus est bellam ammazzare putinam; -
alter ait: - Scelus est bruttam scapolare putanam. -
Dum tamen hanc Falco, mossus pietate, parecchiat
linquere, quae vadat quo se sua voia comandat,
dumque putat secum proprii dishonoris afettum,
ecce procul vox alta tonat, cum voceque lumen
apparet radians, quae clamat: - Prendite rursus,
prendite, barrones, lordam foedamque bagassam.

Mundus namque omnis tali pro peste ruinat. -
Lyronus repiat subitus per colla puellam,
quae se de teneris Falchetti solverat ongis,
hanc ve tenet firmam, donec barbatus arivat
illuc vecchiardus, similis gravitate Catono,
qui primum laeta compagnos fronte salutat.
Mox iubet, ut voiant magicum sibi tradere librum.
Illa statim cridat: - Ne des, Falchette, quadernum.
Iste malus vecchius vos ingannare parecchiat. -
Cui senior conversus ait: - Strya pessima, iam iam
tempus avicinat, quo debes rendere contum
de tot perdutis animis, ad averna gitatis
pro te, proque tuis paribus de prole stryarum.
Dic, meretrix Satanae; dic, concubina Chiapini:
dic nunc quae pars est? dicis, te Palladis unam
de nymphis, cum sis Porta ipsa Comasna Milani,
per quam tot gentes vadunt redeuntque frequentes?
O nimium te te passa est vindicta Tonantis;
quam dare iam poenas, quam iam decet ire sub orcum.
Eiice nunc, Falchette, librum, nunc eiice pestem,
carrognamque orbis totius et aetheris oybum. -
Falchettus Baldum guardat, cui Baldus acennat

barbato parere seni. Falchettus arenae
librettum gittat, nec apena butaverat illum,
ecce repentinus strepitus, motusque tereni,
turba diavolorum properant, zaffantque ribaldam,
quae meschina cridans tunc strassinatur ad orcum,
cumque putanabus aliis, sex millia voltas
per quancunque horam, cibus est et fezza diabli.

LIBER VIGESIMUS SECUNDUS

Nunc bastum caricare tuum, mea mula, gravoso
est opus incarico, sub quo sudando cagabis,
atque fachinando foenum speltamque padibis.
Tu mihi monta susum, tu mecum, Grugna, cavalca,
nanque necessamur coeptum complere viaggium.
Malferrata licet pedibus sit chiucchia davantis,
importanza tamen multa est acatare poëtam,
illum barbatum, vecchium, grassumque poëtam,

quem praecedentis sub fine voluminis esse
dixisti apparsum Baldo, Baldique brigatae.
Ut tamen ad plenum vatis chiarezza cotanti
nota sit, historiam primo repetamus ab ovo.
Est lagus Italiae, Degardam nomine dicunt,
quem mea cantavit soror olim Gosa Maderno
tempore quo Gardon vastabat regna Monighae,
inque Rivoltella cathedrabat papa Stivallus.
Hoc de ventre laghi grandis flumara cavatur,
quae, qua Pescheriae rocchae fortezza menazzat,
trottat praecipiti per pascola virda camino.
Menzus habet nomen, qui fregat moenia Godi,
donec Mantoae muros circumfluit urbis,
parque fit oceano, quum vastis calcitrat undis.
Ast ubi perque urbem properat, circumque muraias,
ventronesque menat zosum, cagatoria purgat,
en iterum stringit ripas, fit flumen, et ancum
currit ad ingentem retrovare Governolis arcem.
Primius ille tamen, quam tornet currere, factus
de pelago flumen, binas trovat ecce nemigas
per scontrum terras, quas inter Mintius ipse
defluit, atque tenet spartitas more luparum,

quae rapido vellent addossum currere morsu.
Sic Hosthya Padi Revero spartitur ab undis,
sic Stellata sedet Figarolo sgiunta per amnem.
Illas ergo inter terras sua flumina Menzus
fert vaga, ne vastis meschientur cuncta ruinis,
et male dispostos rabies diabolica stighet.
Altera stat valli, chiamata Pyetola dextrae.
Altera stat monti, chiamata Cipada, sinistro.
Illa bravat contra totos, ut Roma, paësos;
ista suas spresiat, veluti Chartago, brauras:
unde piat forzam capitalis guerra tralorum.
Sed quia Virgilium studiosa Pyetola vatem
gignerat, et se se decorarat nomine tanto,
morsibus invidiae marcebat flegma Cipadae.
Omnibus impresis nolebat cedere mundo,
hoc solo in factu sibimet Cipada corozzat:
quod nullis esset penitus fornita poëtis.
Quid facit? eligitur, sancto mandante senatu,
ambassator, habens lettras magnumque saperum,
qui doctoratus totum messale sciebat.
Is Curtatonis de portu ad regna gregorum
pervenit, et claram Nigroponti fertur ad oram.

Protinus accurrunt gentes, magnumque Cipadae
ambassatorem multo sumpsere triumpho.
Postea, quid tandem vadat faciendo, rechiedunt.
Ille sibi poscit guidam, qua ductus arivet
mons ubi Parnassus forat alto vertice lunam,
namque habet ut Phoebo parlet, Phoebique sorellis.
Praestiter admissus fuit ambassator ad undas
belorophontaeas, et, factis mille carezzis,
ambassariam scoltavit Apollo Cipadae.
Quae fuit: ut, veluti de vate Pyetola tanto
Virgilio godit, sic magna Cipada poëtam
possideat talem, qui nervo carminis ipsum
non tam Virgilium, sed Homerum buttet abassum,
qui nec sint digni sibi nettezare culamen.
At Phoebus, reputans cosam maturiter omnem,
sic tandem responsa dedit: - Diversa metalla
sunt, quae diversis soleo partire poëtis.
Cui datur argentum, cui stagnum, cui datur aurum,
fluxile cui plumbum, cui tandem cagola ferri.
His de materiis magazenus noster abundat,
praeter quod solos per Homerum, perque Maronem
scattola vodata est auri, nec dragma remansit.

Illi poltrones sicophantae cuncta vorarunt,
nec migolam fini liquere nepotibus auri.
Si mihi Pontanum proponis, Sanque Nazarum,
si Fracastorium, si Vidam, sive Marullum,
crede mihi, alchimia est quidquid dixere moderni.
Qua propter nostrum ne spernas carpere sanum
conseium, si vis impresae talis honorem.
I magis ad sguataros, et clara trovare procazza
regna lasagnarum, felix ubi vita menatur,
ocharumque illic verax paradisus habetur.
Sicut ego hic cytharam pulso, danzantque Camoenae,
intornumque mihi faciunt saltando coronam,
sic illic pivam Tiphis sonat intra sorellas,
quae sibi pancifico faciunt in frotta morescas.
Huc fretolosus abi, ne migam tarda caminum:
nullus adhuc illa praecellit in arte novella,
prima manet siquidem macaronum palma Cipadam. -
His ambassator sentitis, masticat alto
cuncta supercilio, Phoebumque rigratiat, inde
per Zibeltarri strictum canale trapassat,
oceanumque secans per drittum perque roversum,
cercat, vestigat, petit hic, interrogat illic,

donec acattavit montes finaliter illos,
gens ubi salsizzis vignas ligat, omnis et arbor
talibus in bandis tortas parit et tortellos.
Hic patrem alloquitur Tiphim, Tiphisque sirocchias,
grataque praestata est tanto udientia messo.
Ergo novam tandem tulit hinc Cipada recettam,
per quam trippiferum valet aquistare poëtam,
cui Maro sit zagus, et mulae striggiator Homerus.
Ergo putinellus clara de stirpe Folenghi
eligitur patribus populoque insemma dunato,
ponitur in medium, quem publica spesa Cipadae
nutriat, et tassis nemo scusetur ab illis;
utilitas quoniam cunctis est publica, quando
sit comunis honor cunctis nutrire poëtam,
qui sonet et cantet cum piva gesta Cipadae.
Mox fuit apparsum toto miracol in orbe,
quale aiunt magno quondam evenisse Platoni,
quem pascebat apum squadronus melle putinum:
sic quoque quottidie passabat nigra frequenter
merla Padum, portans infanti pabula becco,
qua propter nomen Merlini venit ab inde,
motivumque frequens coepit celebrarier illud:

- Merla Padum passat propter nutrire Cocaium. -
Traditur inde viro savio, doctoque pedanto
Merlinus puer, et versu prosaque peritus
cum sociis multis ivit studiare Bolognam,
et philosophastri baias sentire Peretti;
unde comenzavit super illas torcere nasum,
inque Petri hispani chartis salcicia coxit.
Ad macaronaeas potius se tradidit artes,
in quibus a teneris ungis fuit ille Cocaio
praeceptore datus, pinguisque poëta dicatus.
Dum Pomponazzus legit ergo Perettus, et omnes
voltat Aristotelis magnos sotosora librazzos,
carmina Merlinus secum macaronica pensat
et giurat nihil hac festivius arte trovari.
Ergo per obscuras dum praticat ille cavernas,
ecce hic apparet Baldo, velut ante notatur,
Smiraldamque magam iubet hinc portare diablos.
Mox acarezzanter Baldum, Baldique sodales
stringit, et abrazzat, ducitque in tecta fabrorum,
quos super adstantes faciens residere cadregas,
sic favoleggiat eis: - Bene nunc veniatis, amici.
Sunt anni centum, sex menses, octoque giorni,

quattordesque horae, quod ego Merlinus in istis
vos attendo busis terrae, grottisque diabli.
Sors bona me fecit tales meritare barones,
qui vadant penitus, magno guidante Serapho,
Gelforeas guastare casas, scornare diablos.
Conveniet grandes vobis passare travaios;
ut desperati vitae quandoque saritis.
Gratia sed coeli, quae voscum semper habetur,
non aberit vobis, nec vos possanza diabli
offensare potest, si rerum factor aiuttat.
Attamen, ut Giesiae vetus est retrovatio sanctae,
nuntio vos omnes: mihi confessare bisognat,
namque pretus sacratus ego sum lectus ad istam
legitime impresam, per quam peccata lavantur.
Nec confessandi vobis vergogna sit ulla,
namque bonum talis meritum rossezza ministrat. -
Cingar, id ascoltans, toto se corpore stringit:
o quam dura cosa est homini confessio pravo!
At Baldus, cui semper inest syncera voluntas,
laetus ait: - Nobis parlatio vestra gradivit.
Sic, Merline pater, tibi confessabimus omnes.
Dudum coelestis nota est clementia Patris,

qui non misurat quantum peccamus in illum,
sed nos optat, amat, tirat, salvatque ribaldos;
nos imo elegit, nos imo vocavit ad esse
iustitiae invictos soldatos atque barones.
Spondeo sic igitur, per iusti pignora dritti,
ille sibi fidos nos cheros semper habebit.
Vos agedum, socii, mentem brancate gaiardam,
quisquam nostrorum sua nunc malefacta sedazzet,
discutiatque suum veteri de sorde gabanum. -
Tunc omnes taciti subito loca singula prendunt,
seque sibi testam grattant, cerebroque travaiant:
utque sciunt, aut scire queunt, peccata recordant.
Cingar plus aliis habet, unde tapinus ab imo
pectore suspiret: nescit qua in parte galonem
voltet pensandi montes, pelagumque malorum.
Dum memorare studet, scelerum confusio surgit,
dumque malum putat hic, subito domenticat illic.
Baldus adest primus, deponit cingula spadae,
fronteque summissa, curvoque utroque ginocchio,
incipit, et miro sua facta sub ordine narrat.
Post quem Falchettus quidquid commiserat ipse
parte viri (ut naso, gustu, visuque) fatetur,

sed quae parte canis, tacuit, tenuitque budellis,
namque canes Gesiae non confessare tenentur,
et Falchettus erat vir ante, canisque dedretum.
Crimina Fracassi multum pochetina trovavit,
namque bonus certe semper fuit ille polaster.
Sat Lyronus erat caricus, sat plenus et Hippol,
corsarus quoniam fuit hic, fuit ille ladronus.
Moschinus sequitur, cantorque Gibertus; et ambo
defectus dixere illos, illasque fusaras,
quas aqua sancta lavat, quas pulsio pectoris arcet.
Centauri non longa fuit confessio, nam, quo
parte cavallina peccatur, culpa niuna est.
Inde satisfecit Philofornus, et inde Bocalus,
quem sibi quamprimum Merlinus ab ante levavit,
cogebatur enim gravitatem rumpere risu.
Casus quos dixit, censuras quas memoravit,
non Pisanella tenet, non Summa Rosaria versat,
non Deffecerunt, non altri mille libelli.
Manserat extremus Cingar, chiamatur ad ultim,
it velut ad forcam, montagnam portat adossum.
In primis nescit signum formare crosarum.
Postea confundens simul omnia, quidquid in ore

concipitur, spudat, clausisque eructuat occhis.
Baldus id advertit, suspiria Cingaris audit,
et mussando suis cum compagnonibus, inquit:
- Em em, stat freschus, colmus est saccus et arca. -
Illi non possunt non risum promere, quando
Cingaris advertunt, dum se confessat, afannum.
Quem suspirantem, quem fazzam saepe sugantem
contemplant poverum, stanchisque dolere ginocchis.
Confessus tandem, fuit assolvestus ab illo,
cui datur, ut potuit credi, penitentia grandis.
Omnia promittit Cingar; gran cosa parebit,
si de promissis attendet forte mitadem.
Illico se tollens a confessore, scapavit,
promittitque Deo: posthac, dum vita manebit,
non confessandi plus oltra piare fadigam,
qua non est maior, qua non stentatior altra.
Talibus exactis, surgit Merlinus et inquit:
- Eya cavalleri, quae vos indusia tandem?
Non est tardandi, quum tempus habetur agendi,
vos estis mundi, vos netti, benque sgurati,
quae tardanza trigat? tantum peccare cavete.
Peccantes iterum grandissima poena moratur. -

Dixerat et nullo biscottos zuccare factos,
persuttumque satis ranzum, modicasque nosellas,
apponit tavolae, cunctosque sedere comandat,
excusamque facit de rerum paupere mensa.
Denique post epulas et aquati pocula vini,
hos menat introrsum, petramque levare molini
praecipit: huic paret fortissima schena Fracassi,
dimidiam removet montagnam, vastaque rupis
bocca scovertatur, per quam datur ire facultas.
Tunc Merlinus ait: - Tombam rugate per ipsam.
Nil dubium, magna hic ventura catabitur, ite. -
Baldus it in prima: descendit mille scalinos,
succedunt alii, solo remanente Cocaio.
In fundum scalae porta ingens clausa trovatur,
cardine quam rupto cum calce Fracassus aprivit.
Introëunt altam, longam largamque masonem,
lux ubi tanta nitet, tantoque lusore coruscat,
ut iurare queas ibi solis stare palazzum.
Lucis causa petra est, petrarum maxima, carbon:
quae non gallinae, sed struzzi grandior ovo est,
et subterranae scurezzam noctis agiornat.
Protinus huc trahitur Baldus splendore rubini,

fulguritas cuius vistam sibi tollit ab occhis.
Circum circa salam sunt arma tacata murais,
pulchra nimis, totum nec talia vista per orbem.
Stant omnes stupidi, veterum gestamen honorant,
relligioque sibi est tales toccare facendas.
Ad caput ipsius camerae stat maximus elmus,
elmus Nembrotti longo surgente penazzo.
Baldus ait: - Nembrottus erat persona gigantis,
tuque gigantescam portas, Fracasse, staturam.
Ergo gigas cum sis, caelatam sume gigantis. -
Paret Fracassus, ferrique in vertice brettam
calcat, et altanum despiccat in aëra saltum.
Hectoris arma, nigris aquilis ornata, manebant
fixa similmenter muro, quae fina metallo
argento et auro, duroque azzale coruscant.
Temporis haec spatio godivit Roma totanto,
quot tanto tenuit mundi signora bachettam.
Ast ubi se stessam nimis alta superbia stravit,
arma retornarunt sub terram Brontis in antrum.
Quae modo magnanimus merito sibi Baldus adobbat.
Sunt ibi, quae greghi stiparunt corpus Achili;
sunt quae fortis Aiax, quae Theseus, atque bravazzus

Pirhus adobbabat, quae Orlandus, quaeque Rinaldus,
quaeque Durastantus, Rodomontus, quaeque Gradassus,
Zanque Picininus, Nicoloque et Gattamelada,
Barthoquelomeus, quem gens dixere Coionem.
Pendula stat travis etiam corrazza Goliae,
ipsaque Sansonis dentata ganassa gigantis,
ipseque Morgantis de pesis mille bachioccus;
Fracassus piat hunc, licto bastone, sonaium,
cum quo campanas inferni rumpere sperat.
Baldus ait: - Nulla hic armorum copia mancat.
Quae viltas animi, vel quae reverentia trigat
vestros nunc sensus, ut non bona tela pietis? -
Tunc ibi compagni, nudato corpore vecchis
protinus arnesis, ferro se se undique fino
circundant, fibiantque auro, gemmisque corazzas.
Inde piant scudos, targas, tondasque rodellas,
affectantque atris iam se meschiare baruffis.
Verum Boccalo non ullam contigit armam
proposito retrovare suo: butat omnia, versat
omnia, nec penitus, quod passim cercat, acattat.
Tandem vista sibi fuit unica cosa volenti:
Margutti squarcina, olim cantata Loyso,

in quodam cantone iacet, sine cortice fodri,
unde refulgebat multo rubiginis auro.
Hanc avidus brancat, basat, cingitque galono,
incusatque alios compagnos esse fachinos;
atque insensatos, omnique rasone carentes
clamitat, ut, nullis qui possint ire gravezzis,
en voiant sic sic ferri portare valisas,
sic ve fachinales usare ad pondera spallas.
Baldus, id ascoltans, inquit: - Boccale, quid armis
non te sicuras? en aspice, quanta superchiant! -
Respondet: - Non me ferrum natura creavit.
Sum de carne caro, sic sic de carne manebo. -
Cui Baldus: - Dagam Margutti quid geris ergo? -
At Boccalus: - Ego sensi, credoque quod ipso
sub Phlegetonte bonas anguillas illa brigata
peschet, et inflatas multa grassedine ranas.
Si tibi mancabunt illic, menchione, vivandae
dic: quid mangiabis? qua guisa, quove modello
anguillis poteris, vel ranis tollere pellem?
En ad propositum nostrum squarcina trovatur,
quae cavet anguillis soccam, ranisque camoram.
Suntque illic oleo caldaria plena boiento,

ut Bariletta docet predichis, fraterque Robertus;
frizere padellis quis ranas posse vetabit,
anguillasque illas ad arostum ponere speto? -
Talia dum rident socii, compagniter ipse
Baldus in aspectu magno se lanzat in auras,
leggiadrusque cavans brandum scrimire comenzat,
intornumque agilis ventos colpizat inanes.
Cingar in instanti trat de gallone spadettam,
verdugumque habilem cum cappa ferre stocadas,
subque rodelletta se totum curvus abassat.
- Quid tu - inquit, - bravas? pentibis forte, pochettum
stimo bravamentum rofiani, guarda, sta saldus. -
Sic dicens, tractum tres colpos fecit in unum,
mandrittum, puntamque statim, celeremque roversum.
Baldus cuncta schivat, nec semet aretrat un'onzam,
ridet et it circum, nec adhuc tirat, imo repossat,
miratque attentus quod Cingar porrigat unum
ante pedem; quod si faciet, sotosora tomabit.
Ergo piatonadam distesam denique menat,
et pede supra pedem posito simul, ecce repente
Cingar humi cascat, culoque sigillat arenam,
namque, pedem proprium calcatum sub pede Baldi

dum retirare putat, propter scansare roversum,
non potuit subito, Baldi sub calce retentus.
Inde statim, Baldo plantam relevante retrorsum,
in schena tomavit humi, iacuitque stravoltus.
Omnes quam subito laetos movere cachinnos!
Cingar et ipse ghignans sursum levat illico, cridat:
- Eya cito, fratres, quid statis? ducite spadas,
atque simul mecum Baldo chiocchemus adossum. -
Tunc omnes pariter brandos in fretta cavatos
menant de piatto, Baldumque toccare procazzant;
qui ferit in fianchis, qui retro, qui ferit ante.
Ast ita non pirlat, quum foemina fila revolgit,
guindalus, aut naspus, vel petra rotonda molini,
ut rotat hic Baldus nunc huc, nunc praestiter illuc
arduus, atque parans sibi muscas undique brando.
Denique toccavit cunctos, intactus at ipse
constitit et scrimmae ludique reportat honorem.
Tunc Cingar gemmam, cui par cum sole lucerna est,
despiccat muro, Baldique reponit in elmo.
- Hunc tibi victori - dixit - largimur honorem.
Per baratrique domos tali nos luce guidabis. -
Annuit huic barro, scalamque salire comandat.

Ianque superveniunt, stippati corpora ferro.
Tum Merlinus eis ita paucula dicta favellat:
- Dux eris, atque pater sociorum, Balde, tuorum.
Nulla superstitio poterit te vincere solum.
Sic tibi disposuit savii mens alta Seraphi.
Ite viam tandem, vos tandem lasso, valete. -
Dixerat, et clauso restavit solus in antro.
Cingar it allegrus, balzatque legerus ad auras:
sustulerat spallis vastum confessio pesum.
Bertezzat, burlat, soiat, titaloraque cantat.
Aures Falchetto tirat, nasumque Bocalo,
qui quoque Merlino salsa de carne mezenum
robbarat, quamvis confessus alhora fuisset,
et licet ad grepias restarant retro cavalli,
quos promittebat Merlinus pascere foeno,
seu Demogorgonis spelta, seu Pinfaris orzo.
Ipse tamen Boccalus, habens quod habere bisognat,
menabat caricum multis de rebus asellum.
Increpat hunc Baldus, poverum spoliasse romittum.
Cui Boccalus ait: - De mangia in pace biavam.
Et tu non portas in bocca forte molinum?
Scilicet ad baratrum poteris retrovare tavernam. -

At Baldus: - Plenae bastant de pane sachozzae.
- Imo - respondet Boccalus, - Norma recordat
quod «solo non pane potest homo vivere mundo».
Nonne caro carnem facit, attestante pedanto
Doctrinale meo, declinans nomina terzae?
Nonne flagellabat mihi saepe culamina propter
rectis «as es a»? qui mattus nascitur, unquam
non guarrire potest, etiam medegante Galeno. -
His mottis allegra ibat brigata per umbras.
Quisque piat festam pro Cingare, proque Bocalo
nam concurrentes sunt ille, vel ille magistri
arte Bufalmacchi, Neli, mastrique Simonis.
Vadunt praeterea follas narrando facetas,
ut via longa nimis videatur curta brigatis.
Baldus in excelso carbonem baiulat elmo,
qui nihilat grossas radianti luce tenebras.
Iamque caminarant miliaria multa per umbras,
quando novus rumor post terga auditur ab illis.
Stat Baldus, pariterque alii, drizzantur orecchiae.
En vox multa sonat: - Sta, guarda, vade, ritorna. -
Quali cum guisa regem sociare videmus,
mille alebarderos inter, totidemque barones,

per quos huc illuc dabandam stare iubetur,
dicitur et - Largum largum, - baculique menantur;
tali vicinat se se barronibus agmen,
qui non contra venit, sed post sua terga caminat.
Baldus ait: - Mirum! quo nascitur ista novella?
Disfodrate cito brandos, date brachia targhis. -
Dixit, et ad bandas stradae cito dividit omnes.
Fit via per puntas spadarum, utrinque paratas
sforacchiare illos, qui ultra passare menazzant:
sic sic per piccas seu guizzer, sive todescus
trapassare solet, crudeli morte necandus.
Ecce rivat tandem multae confusio gentis,
nulla sub alphero quos ordinanza coërcet,
sed variis foggis franceso more cavalcant.
It fretolosa cohors, spronatque trotone serato
non miga zanettos, curtaltos, atque frisones,
sed pro, num dicam? quis credat? nempe cavalcant
quadrupedes ligni scannos, tripedesque scanellos,
fornari gramolas, descos, misasque farinae,
concas, telaros, conocchias, guindala, naspos,
cadregas, cassas, cophinos, lettiria, scragnas,
barrillos, secchias, gratarolas, mille novellas.

Omnes ingentem faciunt per saxa tumultum,
trentaque para sonant, dum tirant retro per umbras
schiodatas tavolas, dum stringunt ilia buttis.
Per medios passant muti tacitique guereros.
Unde prior Cingar sbroccat de pectore risum,
postea conclamat: - Quae gens? ola, ola, quo itis?
quae vos fretta menat? nobis parlate coëllum. -
At nemo respondet ei, tutaviaque passant.
Rident compagni factum, tamen omnia cauto
stant mirare oculo, brandos menare parati,
si qua sibi forsan tunc noia fiatur ab illis.
Falchettus loquitur: - Longa est ea tira virorum,
credo tirintanam penitus hanc esse stryonum.
Est hodie giornus zobiae, giovedique triumphus.
Ad Demogorgontem properant, cursique madonnam.
Non tamen ulla mihi certezza; domanda, Bocale.
- Non - Boccalus ait - faciam; tu stesse, domanda.
Fortunam tentare nocet spessissime multis.
«Quando canis dormit, noli distollere somno». -
Vix ea finierant, extremior ecce ruebat,
atque stafezabat magrazzam supra cavallam,
scilicet in dorso magni grossique botazzi,

dumque ultra passat per spadas undique nudas,
Cingaris extremo toccavit pollice nasum,
quo facto ad totam briliam dat frena botazzo.
Res miranda statim comparuit ante vedutam;
Cingaris en se se nasus gonfiare comenzat,
ut fit quum flatu porci vesica repletur.
Iamque fluens giusum barbozzi ad menta calabat,
iamque bighignolus lambicchi paret aguzzus,
quo stillare solet bozas spetiarus aquarum.
Obstupet hic Cingar, nescitque movere parolam;
nescio quid monstri pensaverat esse, vel umbram,
unde manu reparare volens urtavit in ipsum
nasazzum, qui iam terrenum longus arabat.
- Me miserum - clamat, - quae cauda? quis iste budellus?
Unde mihi magnus subitano tempore nasus?
Cernitis, o socii? quo tanti copia nasi?
Qua mihi de banda nasorum maximus exit?
Nunquid totus ero crescendo denique nasus?
Deh per amore Dei, deh non permittite, fratres,
ut sit opus tanti mihi nasi ferre valisam. -
Baldus non potuit non fata dolere sodalis.

- Ne timeas - inquit, - ne fle, mozzabimus istum
nasonem petito, cui pristina forma redibit. -
Hinc Boccalus ait: - Nescis, marzocche, coëllum.
Imo tibi invideo de longi munere nasi.
Nonne manens drittus poteris nasare melones?
Nec peponessarum plus oltra chinabis odori? -
Quo motto risit Cingar. - Patientia - dixit, -
me iam per nasum bufali de more tirabis.
Sed quia trenta pedes iam nasi forma trapassat,
andantique mihi gambarum crura molestat,
hunc volo prolixum dare circum circa colengum,
deque meo naso triplicem formare colanam. -
Sic ait atque facit; collum ter nasus abrazzat.
Sed quia continuo crescens humore pesabat
tanquam bos Chiari, nec eum ferre ultra valebat
Cingar cum spallis propriis, nisi detur aiutus,
illico Falchettus, dulci compassus amico,
illius a collo nasum distorthiat omnem,
supra suosque humeros nasonis pondera gestat,
cui, mutando vices, succedunt saepe sodales.
En pater interea veniebat a longe Seraphus,
garzonesque duos uno menat agmine secum.

Alter erat mulus, greghesco patre creatus,
cui mater calabresa fuit: pensate, fradelli,
quae mistura brodae, quae messedanza salattae.
Barrus erat, giottus, latro, fur, forca, trufator.
Quid restat? stradiottus erat, queo dicere peggium?
Sed quia per guerras stradiotica semper usanza est
ferre scaramuzzas, aut appizzare baruffas,
inde attaccatis armis se trare dabandam,
Pizzacapellettus seu Pizzaguerra vocatur.
Hac hominis spetie sibi servit cura Seraphi,
impresasque novas ad efettum mandat ob ipsum,
sicut certa monet sibi constellatio cosas.
Alter erat iuvenis, quo non formosior unquam
Narcissus fuerat, non castior ipse Iosephus.
Is nihil omnino mangiat, pissatque, cagatque,
sed fortunato semper nutritur amore.
Bellus amat bellum, bello redamatur amante,
nec zelosiae squarzatur dentibus unquam,
nanque fit a stellis bene iunctis certus amari.
Haec quoque gratificat complexio diva Seraphum,
egregiasque facit, prout chiedunt tempora, provas.
Cui Rubinus erat nomen, cognomen Ubaldus.

Ergo hic Seraphus traxit de pectore librum,
dumque legit, magni tres cervi protinus adsunt.
Ore brias, ut equi, gestant et tergore sellas.
Hos montare iubet, redinasque molare, Seraphus,
unde simul strictis calcagnibus, oreque chiuso,
menteque raccolta per opaca silentia trottant,
imo volant, quoniam portantur supra diablos.
Itur ad orbescam quocumque guidatur ab illis,
inque oculi motu post Baldi terga fuere.
- Sistite - tum dixit Serraphus, - sistite cervos,
ecce mihi Baldi grottas illuminat elmus. -
Tunc dismontatur, cervosque andare iubetur.
Inde petras upupae signentas quisque stupendas
collocat in bocca, quo facto nemo videtur,
ast invisibilis vadit, neque cernitur usquam.
Ergo simul properant: alios comprendere possunt,
at non comprendi, velut est essentia rerum.
Inter compagnos Baldi compagniter intrant,
quo muti, taciti, cheti, nulloque veduti,
incipiunt menare manus ac ludere pugnis.
- Oyme - cridant omnes, - quid enim novitatis habetur?
-

Serraphus ridens Boccalo tirat orecchiam:
- Oy - ait, - oy, quis erit tantum indiscretus ut aures
de testa streppare mihi... - Dum dicere «voiat»
ille parat, chiappa culi picigatur in una.
- Vah cagasanguis, ego non possum vivere, cancar,
Balde, tibi veniat; quo me in bonhora guidasti? -
Pizzacapellettus gambam transversat inanzum
Lyrono, qua se simul ille intoppat, et ancum
it simul in terram, rumpitque cadendo ginocchium.
Hippol ait: - Nihil hic giovat portare lucernam,
cum sit quod nobis tollatur vista videndi.
En ego tampellor pugnadis, Balde, cotoris,
nec prorsus video, sed tantum sentio goffos.
Attamen esse tibi pazzus fortasse videbor. -
Sic ait, et colera tactus, chioccante Rubino,
incipit ad ventum palmas vibrare seratas,
morsibus et calzis foltas bussare tenebras.
Saepe menat gambas picigatus ubique Fracassus,
villanusque paret, qui scalzus tempore caldi
non valet a moschis gambas reparare caninis,
aut a zenzalis duram deffendere pellem.
Serraphus subito Falchetti e tergore nasum

Cingaris abstulerat, passimque menabat ut orbum.
Ille cridat: - Ducor per nasum buffalus, et quo,
et quis me ducat, minimum non cerno cotalum.
O gran cosa quidem, pazzi qui talia cercant. -
Vult illi Moschinus opem conferre, sed unum
accipit in fianchis punzonem, retroque factus
vindicare parat, schiaffumque roversat acerbum,
ut tres de bocca dentes smassellet ab umbris;
at rigidum colpit saxum, recipitque figuram
iuxta materiam, et meritum mercede pagatur,
namque super digitos sofiat, velut assolet ille,
qui nimium caldam properat mangiare polentam.
Multoties huc se voltat Giubertus, et illuc,
dum sponsonatur pugnis ab utroque galono.
Ipse similmenter trahitur Philofornus, et ictus
dum recipit stranios, banda se torquet in omni.
Denique post aliquod susceptum utrinque solazzum,
Serraphi iussu de bocca quisque lapillos
extrahit, et clari cunctis patuere visaggi.
O puta, si rident ac laeto corde solazzant!
Noscunt Serraphum, cui chinans Baldus honorem
rendit, et abrazzat Pizzam, iuvenemque Rubinum.

Supplicat inde: voiat, si alcuna potentia libris
est magicis, contra praestigia tanta stryarum,
Cingaris a vultu tam grossum tollere nasum.
Cui Serraphus ait: - Bene si consydero cosam,
Cingar habet tortum, proprium nec ad utile guardat,
dum bene fornitum cercat deponere nasum.
Si bene quidquid agat nescit retinere cerebro,
ad nasum faciat tres, quattuor, octoque groppos. -
Cui Cingar: - Serraphe pater, non curo quatrinum,
esse parum memorem, cerebrumque ostendere gatti,
dummodo tanta mihi scarichetur sarcina nasi.
Nam quis rinoceros naso nasutior isto?
Deh, per amore Dei, pactum veniamus ad istud:
tollite vobiscum nasum, totumque cerebrum;
tantum, quos habeo dentes, serventur in ore,
ut mangiare queam, si non memorare, quid inde? -
Tunc Serraphus, habens plenam de nescio quidnam
tascazzam, cavat inde, velut chirurgicus, unam
ampollam unguenti mira virtute pieni.
Ungit utranque manum sibi stesso, deinde perungit
nasonem leviter, pressatque tirando deorsum,
ut pressare solent qui mungunt ubera vacchis.

Ille calat sensim, candelae more brusantis,
quae venit ad virdum, parvo remanente mochetto.
Dumque redit primum guttatim nasus ad esser,
stat Cingar prontus, raptimque se ab ungue Seraphi
eripit, ut vidit sgrossatam denique codam.
Nec fuit ordo unquam posthac, sibi tangere nasum,
addubitans etiam prigolos incurrere nasi,
de quibus exierat sola mercede Seraphi:
cui grates reddit, docto sermone, galantas.
Inde vale dicto se compagnia diremit:
Baldus it ad bassum, Serraphus tornat ad altum.

LIBER VIGESIMUS TERTIUS

Iamque caminarant giornatas quinque per umbras,
donec ad extremum fines reperere cavernae.
Non datur ulterius procedere posse pedattas,
nam smisurato trarumpitur orbita saxo.

Hinc sibi destranium paret reflectere gambas
et replicare viam, tanta stracchedine factam.
Ergo impazzati restant, velut usus habetur;
quando formicae spatiantes ordine longo,
sive super murum, seu vecchiam supra nogaram,
vadunt et redeunt se crebro insemma basantes;
at si per medium squadrae transversa notetur
linea carbonis, faciunt ibi protinus altum
agmina nigrorum, seque omnis campus adossat.
Denique sub pedibus sibi petram Baldus adocchiat,
hanc ve alzare iubet, datur haec impresa Fracasso,
qui speditus eam, firmis in littore plantis,
elevat, et pozzum sub retrovat esse profundum.
Apponunt aures, si quid sentitur ab imo:
hinc auditur aquae strepitus per saxa sonantis,
cernere nil possunt in fosso valde cavato.
Cingar confestim pensat descendere bassum,
taccat se manibus pedibusque ad saxa cavernae,
tandemque in fundo se repperit esse calatum.
Hic trovat undantem lagum, sentitque per atras
montagnae tombas liquidum properare canalem.
Tunc ibi compagnos vocat alta voce deorsum:

- O - cridat, - o socii, baratri descendite scalam. -
Quo vix audito, spadarum cingula, nec non
cavezzam et cingias asini simul undique groppant,
perque sogam similem descendunt unus et unus:
de quibus ipse asinus prior extitit, inde Bocalus,
tandem se quisquam retrovat cum Cingare giusum.
Baldus ibi stagnum rutilo fulgore palesat:
elmus enim, cui petra nitet, fugat undique noctem.
Hic lagus ingenti grembo se largus alagat,
quo magnum egreditur flumen, neque magnius altrum
est reperire quidem, si flumina tota misuras.
Compagni ad longum ripae, perque arginis orlum,
ire comenzarunt, ceu flumen currit abassum.
Ecce procul medio cernunt in gurgite vecchium,
vecchium cui pectus longhissima barba covertat,
supraque longa sedet crocodili terga nodantis,
quem quoque tres alii crocodili pone sequuntur,
gestantes strato bellas in tergore nymphas.
Ut videt ille senex lumen procul, atque brigatam
ire solazzantem, brandos targasque ferentem:
- Quae nova res? - inquit - delibero noscere quare. -
Mox contra Baldum brava sic voce comenzat:

- Quo te, matte, pedes? quae vos per littora Nili
trentapara guidat? praesti reflectite gambas.
Guarda gaioffazzos, quae, quanta superbia menat. -
Baldus respondet: - Coelo cascamus ab alto,
imus ad infernum, nobis insegna caminum. -
Cui vecchius: - Facilis cosa est descendere bassum,
sed tornare dretum bragas sudare bisognat.
Attamen has nostras per stradas ire dolebis,
et nisi tantostum tornare fretabitis istinc,
dat mens quod veniet grandis desgratia vobis.
Vos ne, hominum stronzos, sanctum imbrattare paësum?
Ergo retornetis, vestrasque reducite plantas,
poltrones qui vos estis, bastonibus usi.
Ad quos parlo modo? num terzam dicere voltam
me vultis? asini, porci, gens plena pedocchis. -
Omnia supportat Baldus, prenditque solazzum
de rimbambito vecchio, cui flegma superchiat.
At non Fracassus dentrum tenet amplius iram,
sed crollans testam scridat: - Nunquid deus es tu?
Aut dii cornuti tombis versantur in istis?
Archidiavol eris potius, baratrique carogna. -
Cui vecchius, dictis alquantum mitibus, inquit:

- Gelfora diva mihi regnum dedit istius amnis,
hasque per aeternum tempus iam subdidit undas.
Nilus habet nomen, qui drizzat in aequora septem
undantes rivos, nec quo nascantur in orbe
scitur Aristotolo, Piatone, aliisque pedantis,
qui sua de innumeris scripsere volumina frappis.
Vos tantum nunc mente mala, nunc corde cativo,
nascimenta huius superis ascosa trovastis,
et pede mortali calcastis littora divûm.
Ista galantarum servit mihi squadra dearum,
sublimemque deum fluvii me Gelfora fecit,
quae maris in fundo sibi maxima regna locavit,
distribuitque suis barronibus atque vasallis
flumina, stagna, lagos, fontes, canalia, rivos,
deque deûm numero sum dictus nomine Ruffus.
Ergo, velut deus et plenus deitate deorum,
impero, commando, iubeo, scomunico, giuro,
desgratiae sub sorte meae, sub crimine forchae,
tollite carneros, praestique netate scapinos.
Et quibus haec mando? via, protinus, ite, ribaldi. -
Baldus ait: - Deus es merdosae forte latrinae,
si tamen, ut gracchias, tutus deitate probaris,

en te, scanfardasque tuas deffende ruinis. -
Sic dicens, chinus tollit de littore saxum,
quod iacit et testam crocodili spezzat in undis.
Ruffus it ad nodum, frustraque negando repettat,
extra tenet musum veluti ranazza lavacchio.
Turba puellarum commenzat batere palmas,
confugiuntque super crocodilos valde fugatos.
Intrarat sed iam medium Fracassus in amnem,
et Ruffo veluti pollastro colla tiravit.
Baldus it ulterius, facit altris lampade scortam,
multaque ragionant de Nili fonte latentis,
dumque simul tempus simili sermone trapassant,
ecce nigram boccam montis reperere forati,
quae totum largo sorbet sbusamine flumen.
Hic mancant ripae Nilo, totumque meandi
hic vanescit iter, drittas fluit unda per alpes.
Compagni fixas sabiae tenuere pedattas,
nulla pedestrandi conceditur ultra facultas,
nec datur andandi senterus euntibus illuc,
ni sibi sint pennae, seu nandi, sive volandi,
sed nec habent ullam barcam, nec Dedalus illic
ullus adest, qui tunc inceret bracchia pennis,

nec nodandi etiam modus est, aut tempus et ordo,
namque sub armorum peso traherentur ad imum.
Ergo hic Fracassus medias se balzat in undas,
quas spruzzare facit ter centum bracchia sursum;
et licet ingentis bustum manifestet homonis,
sgozzolat ipsa tamen madefactis braga culattis,
per moiamque menat grossos andando galones.
- Heus - vocat, - o socii, cunctis provisio rebus
semper adest, modo sit cordi prudentia nostro.
Supra meam schenam saltate gaiarditer omnes:
sum dispostus ego vos totos ferre per amnem. -
Baldus ait ridens: - Poteris, Fracasse, quid audes? -
Respondet: - Non vos, minimi qui ponderis estis;
verum, si sit opus, populum portabo Milani.
Herculus, ille gigas, fertur portasse cadregam
Iuppiteris, qua tota sedet fameia deorum.
Nec pulmonus ego saldus sub pondere stabo
octo putellorum, qui nostris forzibus estis? -
Tunc omnes saliunt schenam, spallasque gigantis,
ac si cum scalis fortezzam prendere voiant.
Lyronus dextrum caricat sine pondere tergus:
cui frater se se manibus tenet Hippol apressum.

Baldus at e contra laevae se brancat orecchiae,
Giubertumque tenet retro, iustatque bilanzam.
Nec somae, ut solitum, fuit addere saxa bisognus.
Calzarum stringhae Boccalus nectitur uni,
rampat in orecchiam Philofornus, rampat in altram
Moschinus, camerasque illic habuere patentes.
Cingar supra caput se rampegat altius altris,
Centaurus non vult adeo caricare gigantem;
sicut parte canis Falchettus crura dimenat,
sic quoque Virmazzus gambettat parte cavalli.
Solus retro manens, asinellus raggiat, et orat
non ita destitui solettus in ore luporum.
Ire per undosum cursum male semet arisgat,
nec sibi vult nulla guisa bagnare gonellam.
Hunc piat ergo gigas leviter, cubitique sub ala
collocat, et striccat faciens lentare corezas.
Sic facitur, quum piva sonat ventrone pieno,
quae cubito dum stricca canit dat musica versum;
sic bona dat chiaros asini proportio cantus.
Tot passarottos Fracassus ferre videtur,
totque graves pesos iurat pesare nientum.
Quo sustentatur, portat sua dextra bataium,

ac ita prolixis cum passibus ille viatur.
Se per gallonem quandoque revoltat eundo,
saepeque terribili sfrantummat saxa bachiocco,
nam trovat intrigos per stricta canalia multos,
transversasque petras azali stipite rumpit.
Tandem post longos tractus, multosque miaros,
ecce procul giornum cernunt, finemque cavernae.
Incipiunt cantando simul dissolvere linguas,
canzonesque iubet cantari Baldus alegras:
- Forselament, De tous, Dungaltre merque, Petite. -
At Cingar tandem cecinit cotale motivum:
- Postquam de coeca sumus hac praesone cavati,
Tur lu cantemus, Tur lu capra mozza sonemus.
Quid Ramacina facit quia non venit illa marito?
Cantemus tararan, cantemus tantara taira. -
Denique perveniunt ubi giorni lusor habetur,
ac ibi discarigat se pondere schena gigantis.
Non tamen extemplo potuerunt cernere lucem,
sed fecere velut facimus quum mane iacentes
poltronizamus nolentes surgere lecto,
quamvis ad mezam sol spargat lumina gambam,
sed quum fanteschae veniunt aperire fenestram,

slongamus cordas, asinorum more, lautti,
nilque lusimentum giorni guardare valemus.
Sic isti, egressi tenebris, vix lumen inalzant
sursum oculorum, barbaiati lampade solis.
Sed mox vezzati, mirantur quomodo possit
esse sub hac terra, aut terrae in viscere giornum.
Hic alium siquidem mundum catavere novellum,
hic ve novum solem, nova saecla, novasque posadas.
Artibus at magicis memorant ea facta sotacquam,
nam maris ad fundum noscunt se denique giuntos.
Hic absque arboribus grandis campagna videtur,
qua non est maior per longum perque traversum,
Veronae campagna vetus, campagna vel illa
qua se menchiones Godii super aethera iactant.
In medio campi magnus petit astra palazzus,
de quo mille vident longe fumare caminos.
Illic scroffa suam plantarat Gelfora sedem,
banditamque tenet semper maga pessima chortem,
perque suum regnum multas fabricarat Arenas,
atque Colossaeos, qualem Verona theatrum
nunc habet, atque illic tenet omni tempore vaccas,
ut simili tota urbs semper stet netta ledamo.

Sed magnum factum, mirandaque folla videtur:
quod pelagi fundus stet in altum more solari,
nec fluat abassum, quamvis agitetur ab austris;
per quem sol radios spargit, penetratque liquores,
ac si per vitrum brusans candela trapasset.
Unde novus paret mundus, nova vitaque gentis.
Compagni tutavia stupent, clamatque Fracassus:
- Doh, diavol, erit nunquid tibi tanta potestas
ut naturales possis voltare statutos?
Sicine tu pelagi fundamina pendis in altum?
Aut, velut aër, aquae per te gravitudine mancant?
Non, non, quid facimus? nimium tardata ruina est. -
Respondet Boccalus: - Habes, maruffe, ragionem.
Sed quod mangemus nihil ultra portat asellus. -
Cingar ait: - Fameo. - Sequitur Moschinus: - Ut orbus
nil video. - Centaurus item: - Mihi brontolat intus
panza fame. - Mangemus - ait Fracassus - asellum. -
Quo dicto, piat hunc pedibus, colloque tirato
strangolat antrattum, veluti massara galinam.
Scortigat huic gambas Cingar, Boccalus adoprat
Margutti dagam, dum spaccat pectora, dumque
ventre cavat trippas, rognones atque figatum.

Baldus azalino de saxis ense favillas
accipit in ferulam, festucos aggerat omnes
Hippol, et altandem Lyronus suscitat ignem.
Fert Philofornus aquam, nec non Giubertus in elmis,
diversosque lavant asini de corpore quartos,
qui partim lessus, partim mangiatur arostus,
et tandem saturi vadunt incontra palazzum.
Nec bene finierant andando trenta cavezzos,
en procul occurrit vecchius sciancatus, et una
it secum mulier vultu peregrina zoioso.
Gestant ambo manu bordones atque capellos,
parvaque dependet baculo de utroque tabella,
qua sua depicta est facto desgratia voto.
Immantellati breviter, cinctique fiaschis,
seque fadigatos monstrant longo esse camino,
quapropter, stratis umbrosa in valle gonellis,
membra solo buttant, forzasque sedendo raquistant.
Illuc conveniunt socii, pietate moventur:
namque viandantus cent'annos tempore monstrat,
cui reposare magis, quam circum ire bisognat.
Tum peregrina virens facie, tenerinaque multum
ad prigolum vadit ne sole scoletur eundo.

Blandidulos oculos in terram semper abassat,
quos aposta levat quandoque, tiratque saëttas,
deque balestranti vista dardeggiat acutas.
Praecurrens socios hanc primius Hippol adocchiat,
et iam sicut erat solitus veschiatur in illa.
Baldus amorevolo vecchium sembiante salutat.
Mox ait: - Unde venis, quo vadis, quod tibi nomen? -
Respondet: - Venio paradisi e partibus alti,
vadoque ad infernum, Pasquinus nomine dicor. -
Baldus ait: - Quis te paradisum linquere fecit?
nonne bonum bravumque illic tu tempus habebas?
Cambius iste tuus malus est, lassare beatos,
ire ad damnatos, miror quae causa sit ista. -
Respondet malvecchius: - Ego sum pratica mundi,
nec tegit indarnum mihi barba grisissima pectus.
Crede mihi experto, te stessum fallis, amice;
ingannatur homo, paradisum qui putat esse
deliciis plenum, allegrezzis atque solazzis.
Sunt cinquanta anni quod ego plantando tavernam
ostus eram Romae, tam toti cognitus urbi,
ut mea perpetuis ibi stet nomanza diebus,
meque patres statua decorarint, sicut usatur

de signalatis fieri, dignisque triumpho.
Non est poca tibi virtus, aquirere famam
talibus in rebus, quales gradire videbis
regibus et papis, mitris, rossisque berettis.
Quapropter studium tribus artibus omne trovavi:
arte coquinandi, buffonis, tum rofiani.
His ego pro meritis larghissima dona rochettis
saepe guadagnavi, multosque insemma placeros;
unde sciens hominum tantorum facta, prodezzas,
artes, virtutes, meritos et caetera vitae,
solus ego toto possum de his omnibus orbi
rendere bon contum, secretaque pandere genti.
Si praestanda fides sanctis est ulla prophetis,
credite Pasquino schietto savioque prophetae.
Quidquid ait Credo est, quam sancta Ecclesia cantat.
Iam mihi decrepito moriendi venerat hora,
pro me tota simul monstrabat Roma gramezzam.
Supplicat ad Patrem Sanctum: me voiat, onustum
bullis et brevibus, coelo mandare beato.
Collegium subito pro me papa ille radunat,
postque ragionamen varium, quod cive tamagno
sic sic perduto grandis iactura sequetur

cortesanorum iuvenum, cortesaque narum,
ecce mihi tandem datur indulgentia talis:
ante ussum coeli vadam plantare tavernam,
ut quando venient paradisi ad regna godentis,
supra suas mulas ben grassi, benque pafuti,
praelati Gesiae, sim praestus, simque paratus
hos mihi bon meritos pingui recetare taverna,
quae cameras habeat fornitas more todesco;
sed meus in Roma genius stet semper in una
marmoris effigie, qua non magis altra catatur
digna maraviliis, si sit pensata brigatis.
Nunc tibi sum maschius, nunc sum tibi foemina Romae,
nunc ego relligio, nunc sum victoria, nunc ve
sum tibi Pasquinus slancatus et absque mudanda,
fazzaque merdifluens privatur munere nasi.
Haec mihi contingit saxo desgratia, propter
civem Marphoium, cui cuncta archana paleso,
nosque ragionamus nisi non heroica miris
diversisque modis, neque deest facundia nobis,
quamvis abstulerint puerilia saxa loquelas.
Ergo super limen paradisi nostra tre annos
ostaria fuit modico celebrata guadagno.

Namque cadenazzis chiusae, stanghisque seratae
semper erant portae, nulloque intrante mufosae,
et sua taccarant gambati lintea ragni.
Passabant giorni vel sex tal volta vel octo,
nemo foresterus bandas veniebat ad illas.
Si tamen ullus erat tandem, qui accederet illuc,
vel zoppus, vel gobbus erat, vel lumine sguerzus,
vel cantans borsis coram latrone vodatis.
Nemo, qui scottum posset pagare tavernae,
qui vellet cameram, qui lectum, quique biavam:
quisque carens soldis, soliti dormire paiaris,
strazzati tunicis, cercantes, atque pecentes,
deque pitocatis implentes viscera tozzis.
Raro pontifices vidi, regesque, ducasque,
raro signores, marchesos, raro barones,
raro capellutos, mitratos, raro capuzzos,
qui mihi scudiferas possent aperire crumenas,
quique zafranatos vellent pagare capones,
splumatosque toros, dulces garbasque caraffas.
Hi sunt, qui riccas faciunt, pinguesque tavernas;
hi sunt, qui spendunt et possunt spendere scudos.
Procuratorem si quemquam forte videbam,

sive potestatem, advocatum, sive nodarum,
vix illud credens clamabam: - O grande miracol!
Hac ego pro causa sdegnatus ab inde scapavi,
sed tunc praecipue quando Demogorgon abbas,
cui brocoli, sardae, fighi, fava frantaque curae,
affuit in mula tam magra tamque stryata,
ut fiascos posses duris taccare galonis.
Non habuit marzum pro me sua borsa quatrinum,
quo vasum calidae posset pagare polentae,
accedit clausae paradisi denique portae,
qua pregat introrsum recipi, fierique beatus
cittadinus ibi, aut aliquo cantone locari.
At Petrus in colera miserum de limine sburlat,
mox ait: - Hinc abeas, destructio fava menadae,
non es, nec maium fueris dignatus Olympo,
donec apud chiericos madonna Simona manebit,
quam dum permittit mundo sic vivere Luscar,
nec tu, nec tua stirps poterunt intrare chidentrum.
Vade, nec ultra chioches portam, ne forte chiocheris. -
Talia dum fierent, exibant extra seraium,
deque schola coeli guizzabant mille putini,
qui male vestiti, qui nudi, malque politi,

malque petenati, magri, tegnaque coperti,
intravere meam nullo prohibente tavernam.
"Oh", dixi, "troppa est praesumptio vestra, citelli"
- Nos angeletti sumus - aiunt: - trade merendam. -
Quo dicto, coepere meas sbandare pignattas,
et mihi cassonem fresco de pane vorarunt,
tresque simul porcos, vaccam unam, trenta capones,
gallinas totidem, cum becco sex quoque capras,
octoque persuttos, plenumque saluminis ursum.
Quid plura? et gattas, asinum, mulamque magrazzam
mangiarunt, et plus post mangiamenta famebant,
unde nisi raptim scapolassem nudus ab illis,
meque, meamque simul cazzassent ventre fiolam.
Pensa mò post mortem quae consolatio restat! -
Talia mal vecchius dum chiachiarat, Hipol acostat
se se dongellae, vultque illam tollere secum.
Cingar ei scaltritus opem donare parecchiat,
qui tenet abbadam, scortam facit atque subocchiat
Falchettum: tandemque omnes favere sodali.
Id solum ignorat magni prudentia Baldi,
tempore qui simili vult castos esse barones.
En subito tremefit totum campagna per orbem,

disfantat vecchius se se ingannator ut umbra.
Obstupuerantque pedes Baldi, steterantque capilli,
quando repentina se volta repperit illic
solum solettum, neque coram vidit amicos.
Quid faciat, seu quo stampet vestigia, pensat,
mente Deum clamat, Serraphum voce domandat.
Denique Gelforeas meium putat esse masones
vadere, smarritos ubi forte catabit amicos.
Sed vix tardigradis cum passibus ire comenzat,
Pizzacapellettus procul obvius ecce ruebat,
qui super amblantem, stradiotti more, zanettum
currit, et altivolam giavarinam sustinet armo.
Baldus eum norat, vocat: - Heus, o Pizzacapelle,
angelus es nunquid Gabriel, qui forte novellas
portes zoiosas? Ubi stat spes nostra, Seraphus? -
Respondet: - Non, barro, novas may porto cativas.
En cape scondificam Serraphi munere petram.
Hanc optalamiam dicunt; hanc nemine vistus
ore ferens, intra stanzas ubi Gelfora praesul
vaccarum albergat, mandrasque governat earum.
Ille senex, qui se Pasquinum dixerat esse,
non est Pasquinus, verum Demogorgon ille,

qui solet ut cauda vivaces battere fadas,
atque stryas ipsas asinarum more cavalcat.
Teque, tuosque viros veniebat fallere, sed tu
solus es immunis tanta de fraude rimastus.
Compagni tolerant meritorum facta suorum,
quos tamen altandem cum tecum laetus habebis. -
Dixerat, et subitus campagna sgombrat ab illa.
Baldus in ore petram claudit, neque cernitur usquam.
Versus Gelfoream se drizzat protinus aulam,
multas incontrat comitivas saepe stryarum,
per medium quarum subtilis ut umbra trapassat,
atque voluptatis causa tirat hic, tirat illic
guarnellos, calzosque menat, goffosque frequentat.
Pervenit ante fores palazzi semper apertas:
omnia sunt aurum, cornisia, limina, voltae.
Introit, armatumque videt lanzonibus agmen,
guardam reginae quod iudicat esse probatam.
- Gaude - Baldus ait, - mi brande, cibaberis esca
carnis, et aethereum guazzabis sanguine vultum. -
Transit ad obcintum largo gyramine claustrum,
quod decorant circum centum cinquanta columnae.
Omnia splendificant auro, mirisque richezzis.

Aurum pillastri, frisi, capitella, peduzzi.
Quos Baldus mores trovat illic, quas ve bruturas,
quos bordelliacos actus, deshonestaque facta,
utile non posset scribi, si scribere vellem,
nam neque simplicibus sunt omnia danda palesa.
Ostia per gyrum camerarum plurima iusto
discompagnantur discrimine, semper aperta,
semper et andantum discursibus, et redeuntum
trita pedum, veluti patet esse palatia regum.
Cuncta sigillatim latitans vult cernere Baldus.
Se viat ad primam spatioso intramine portam,
de qua non pocam videt ire, redire brigatam.
Intus tic tocchant duri mortaria bronzi,
nam speciariae locus est et pharmapotechae.
Intro ascosus abit, vult omnia scire gradatim.
Obstupet innumeras ibi vecchias esse dunatas,
quae simul innumeros homines, magis imo striones
semper amaëstrant in rebus mille nefandis.
Sunt itali, greghi, spagnoles atque todeschi;
et ricchi et poveri, laici fratresque pretique,
matronae et monachae, tandem genus omne brigatae.
Solicitant varias basso cum murmure cosas.

Multaque conficiunt unguenta, cerumina, pastas,
unctos, impiastros, pilulas, confetta, cirottos.
Mille serant, reserant scatolas, voltantque, revoltant,
urceolosque tegunt, retegunt, solvuntque, resolvunt
vasa triacarum, bozas, magnosque bocalos.
Pars mensurat aquas varia de sorte bilanzis,
pars chioccat pavidas crebris pistonibus herbas,
taxum, cambrossen, squillas, aconita, cicutas;
electuariis pars implet bissola nigris,
compositis noctu quintae sub lampade lunae,
de spuma rospi, de ladri carne picati,
de pulmone asini, de virdi pelle ranocchi,
de lue matricis, de argenti sulphure vivi,
deque cadaveribus violenta morte peremptis,
de sudore lupi rabiosi, deque sagina
viperea, de felle upupae, de lacte cerastae.
Praeterea fingunt miscentque sacrata prophanis:
pascalis caerae candelas, chrismatis unctum,
baptismique salem, multasque insemma novellas,
quas praeti dant saepe mali poltronibus istis.
Quas uti componant, fors fors describere possem;
sed dubito ne, dum errores reprendere vellem,

errorum fierem praeceptor, meque thomistae
dignum censerent mitra, Christique cavallo,
ac asini, de more briae, mihi cauda daretur.
Talia pro magno nec haberent forte lavoro,
namque oratores, physicos, strologosque, poëtas,
fratres et praetos, et qui dant iura brigatis
omnibus in zobiis ad cursum vadere trovant.
Sed quia rispetto cedit drittezza rasonis,
atque solent grossi pisces mangiare minutos,
disventuratae quaedam solummodo vecchiae
sunt, quae supra asinos plaebi spetacula fiunt,
sunt, quae nobilium culpis velamina tendunt,
sunt, quae sparagnant claris incendia femnis.
Baldus it ascosus, consyderat omnia, versat,
inscriptasque legit scatolas, urzosque notatos.
Non nisi mortiferum passim legit esse venenum.
Librazzos aperit, vel apertos lectitat omnes.
Non nisi letales consyderat esse recettas,
scilicet: ut pueri faturentur odore marassi,
quomodo stuprandi causa dormitio fitur,
uxorisque suae vir fusos noscere tortos
possit et in facto proprio retrovare ribaldam;

quomodo formosae cogantur amare puellae,
sinceraeque harum mentes per forza tirentur;
quomodo non pregnet cum drizzat foemina cornas,
quomodo si pregnat fantinum pisset abortum,
quomodo vix natum corrumpant fascina puttum,
quoque modo siccent odiati membra mariti;
quomodo de birlo mentem, de corpore vitam
brutta stryazza cavet puero teneraeque puellae.
Foetentes ibi sunt, inquam, vecchiaeque beghinae,
quae vadunt redeuntque, ferunt referuntque novellas:
scilicet urzettos, scatolas et multifacendas.
Has sequitur Baldus, vultque omnia tangere visu.
Est locus alter ibi, ter centum brachia longus,
bis centum largus, centumque sofitta levatur.
Hic amaëstrantur partim, partimque maëstrant
tot streghae quot arena micas, quot sylva Bacani
dat foias, quot Puia nigras parit arida muscas.
Sunt ibi scarcossae, sdentatae, et lumine sguerzae
pinzocarae, mediaeque sores, quas Gelfora doctas
esse pedantrices statuit, satrapasque senati.
Quae pedagogarum de more galantiter artem
dispensare sciunt, dantes praecepta stryandi,

atque per unguentos operandi multifacendas.
Qualiter hae furiant, moveantque tonitrua coeli,
ut segetes, vignasque simul tempesta ruinet:
qualiter huc lunam tirent per forza deorsum,
qualiter et stellae schegnent reflectere gambas,
qualiter et detrum voltent cava flumina spallas,
deque mari ad proprios referant carneria fontes,
qualiter in formas diversas corpora mutent,
inque lupos voltent homines, ursosque, canesque,
seque met in gattas, in monas, inque civettas,
augurium quae triste canant per tecta casarum;
qualiter et praetos doceant faturare comadres,
atque malos fratres mulas equitare diabli.
Nunc hic, nunc illic Baldus praecepta stryarum
audit, et advertens si quam cognoscat in illis,
Cingaris uxorem mirat, Bertamque magistras
esse puellarum: traxit quasi turbidus ensem,
at circumspiciens ibi multas esse madonnas,
nobilium uxores hominum, pluresque papessas,
mucchiachias Sathanae, se prostituisse diablis,
bassavit coleram, tacuit, latuitque libenter,
confortumque piat secum, semetque reprendit:

velle per un nihilum cotalas prendere gattas.
Namque videt chiarum: quod, quas hic esse putamus
Harsilias, illic Thaydarum squadra trovantur.
Sed laudavit eas, quae furta coprire sciebant.
Semiremissa quidem culpa est quam coltra covertat.
Tecta nitent aurum, muri, pavimenta, cadreghae,
strataque coltrinis variis, lectique parantur
argento, raso, samito, canzante, veluto.
Conspicit hic iuvenes circum scherzare puellas,
leggiadros motu, bellos, facieque galantos,
stringatos, agiles, semper saltare vedutos:
quos Baldus cernens cito iudicat esse diablos,
humanum vestisse caput, moresque virorum.
Quas gestent auri vestas, brettasque veluti,
praetereo, et calzas ostri, rensique camisas;
quin etiam petras pretiosas pono dacantum,
muschium, perfumos, zibetti vascula, namphas.
Sentit et ad nasum storacis, aquaeve rosadae
spiramenta, quibus sbrofatur saepe palazzus.
Florida porfidicos ornant spalleria muros,
in quibus adfixi dant specchi lumina circum.
Illic meschinae stant se doniare puellae,

imponuntque genis, fronti, colloque biaccas,
atque coralinos faciunt parere labrettos,
increspantque comas ferro, ciliique tosantur,
streppantur ve pili, strazzis stuppaque dedentrum
ingrossant humeros, slargantque ad pectora mammas,
ut, quam pensamus sembianzam Palladis esse,
sit saccus paiae, vel forma sit illa puvoni,
qui discazzandos ad osellos ponitur hortis.
Pono da banda lyras, flautos, atque organa, cetrhas,
scambiettos, danzas guantos de Spagna, morescas,
et ballum qui fit cum torza cumque capello.
Ipsa voluptati praestat maga Gelfora tantae,
quae super auratam stat salae in fronte cadregam.
Talia dum crespo considerat ore baronus,
ecce cadenatum grandi rumore Bocalum
huc strassinari, calzis pugnisque domari
prospicit a vulgo sguataro, turpique canaia.
Undique, guardandi causa, populazzus adibat;
undique concurrunt, poverumque offendere cercant.
Spingitur ante thronum reginae calzibus, urtis,
pugnadis, goffis, schiaffis persona Bocali,
qui cridat et chiamat, perdonum saepe rechiedit,

inque fededium giurat fecisse nientum.
Gelfora capturae causam tumefacta domandat.
Respondetur ei: quod pessimus iste giotonus
intrarat furtim propter robbare cucinam,
et iam fardellum de caso, deque botiro,
fecerat, inde duos guataros bastone gratarat,
nec quod scriptus erat regalis servitor aulae,
nec quod sallarium bruttus manigoldus habebat,
nec qua venisset banda parlare volebat.
Gelfora sdegnoso voltat sembiante visaggium,
et pariter spudans veluti stomacata, locuta est:
- Hinc via, hinc, oybo, procul hunc menate gaioffum.
Hinc cito, quae indusia? me mastinazzus amorbat.
O quam poca fuit discretio vestra, balordi!
Vos ne meis oculis hanc praesentasse carognam?
Ite viam, rozzamque eius voltate figuram. -
Protinus hoc iussu streppatur ab inde tapinus,
totaque turba retro seguitat - Day dayque - frequentat.
Extrorsum trahitur, suffertque in corpore bottas,
quales non asini comportat schena pigrazzi.
Baldus apena tenet se se: bis, terque, quaterque
spadonis manicum propter sfodrare cavarat.

Pur tamen alquantum patitur pro cernere finem,
ut qui diversas optat cognoscere provas.
Denique nescio quo Boccalus tingitur uncto.
Ecce statim longas paulatim stendit orecchias,
mostazzumque procul mandans quasi toccat arenam.
Brachia deventant gambae, quae quattuor extant.
Tandem tota pilos vestit persona bretinos,
efficiturque asinus, is qui fuit ante Bocalus.
Iam non «oyme» cridat, tantum pronuntiat «a a.»
Cursitat huc, illuc, bastonibus undique toccus;
vult trare non solitos, pro se deffendere, calzos,
sed cadit et duros piat ille cadendo tramazzos.
Se stupet in semet, mirans non esse Bocalum,
ast asini bustum, quo non bertinior alter.
Raggiat in Arcadia, dum portat grana molino,
dumque revolteggiat sibi tosto in pulvere schenam,
nunc strassinatur per caudam, nunc per orecchias,
excutiturque aspris pulver de pelle tracagnis.
Baldus at oltraggium tandem non sustinet illud,
scorzat de fodro saturandum sanguine brandum,
irruit in caecam lapidis virtute catervam,
ac velut undicolas falco secat ungue folengas,

sic Baldus miseram distemperat ense fameiam.
Quisque sibi membrum, seu brazzum, sive galonem
spiccari sentit, nec ferrum cernitur ullum.
Deserit extemplo gens haec malnata Bocalum,
atque per albergum latitans fugit huc, fugit illuc.
Fama novellatrix reginae accepit orecchias,
quae transmutavit fazzas in mille colores.
Pensitat esse magum, seu Coclen, sive Seraphum,
quos sibi mortales semper provat esse nemigos,
introit a cameris aliis penetrale remotum,
exercere solet magicos ubi porca susurros.
Baldus at interea solus straviaverat omnes,
deque cadaveribus compleverat atria multis.
Manserat in tuttum clauster de gente vodatus,
quae se per stanzas ficcando seraverat ussos.
Baldus it, atque asinum vult secum trare Bocalum,
quem stimulo pungens solitum pronuntiat «ari»:
- Ari la, rozza, pru, sta. - Sic dicens, factus agaso,
extra fores claustri cogit trottare somarum.
Bestia Boccalus nescit quis retro goiolet,
nec comprendit adhuc qualis molinarus agrezzet,
saepe caput voltat si factum cernere possit,

nempe videt stimulum, sed non videt ille biolcum.
Ut procul astarunt, trat Baldus ab ore petrellam,
cum qua per gentes prius invisibilis ibat,
atque suam charo faciem scovertat asello,
qui, licet exterius beretina pelle tegatur,
signorile tamen Baldi quum praespicit actum,
protinus alzatis se gambis rizzat, ut ille
rumpere qui voiat cum mula virginitatem.
Brachia dat Baldi collo, musoque bavoso,
discretus velut est asinus, dat basia bocchae.
Non potuit Baldus non magnum rumpere risum,
quando tanta sibi tunc machina venit adossum;
attamen, ut cunctis erat ille benignior altris,
qui cortesiae causa discommoda nescit,
saepeque vilificat se met gentilis ad omnes,
sustinet amplexus atque oscula foeda Bocali,
et quater eiusdem per se desgratia fleta est.
Postea, de sociis si sciret forte coëllum,
chiedit, at ille asini cum bocca raggiat et urlat,
nec brancare potest Baldus quid ragget et urlet.
Ergo dum lingua, manibus quoque, dicere nescit,
annuit almancum, scossisque moteggiat orecchis:

ut Baldus, sese quo praeparat ire, sequatur.
Baldus it a tergo, plantasque observat aselli.
Non procul ecce iterum venit obvia pulchra puella,
quam modo cum secum falsus Pasquinus habebat.
Ipsa quidem tunc sex animalia fune ligarat:
taurum, aprum, lyncem, simiam, vulpemque, cavallum,
retroque tirabat, posita feritate, tot agnos.
At propius Baldo venienti quando propinquant,
protinus incipiunt calzis et cornibus atque
morsibus obniti, cercantes rumpere cordas.
Miratur Baldus, remanensque interrogat illam:
quae sua vel virtus, vel fraus animalia vincat.
Nil maga respondet, sed nectit in arbore funem,
contraque barronem turpis meretricula currit.
- Mecum (si sapias) - dicebat, - splendide barro,
mecum balneolos venies intrare paratos.
Utere me liber, formosula, respice, quam sum.
Candidulas habeo genulas, rubeosque labrettos.
Fessulus es, nec ego minus exto lassula, mecum
languidulos foveat noster tibi lectulus artus. -
Sic ait, et Baldo sinulum lassivula solvit,
et dare basiolum celerat putanella baroni.

Baldus eam subito cognoverat esse puellam,
quam nuper vidit peregrinam cum peregrino.
Transmutasse suos compagnos iudicat illam,
inque animalorum fazzas voltasse tapinos.
Ergo manu celeri per trezzas corripit, atque
mobilior gatto saltat, quum graffat osellum.
At desdegnatur fragilem vir battere sexum:
sat sibi bastat enim, quod primum tornet ad esse
illa sibi socios, et vadat postea quo vult.
Nudam ergo spoiat, sed, dum spoiatur, in unam
coepit converti vecchiazzam, dentibus orbam,
sguerzam calcagnis, oculis et lumine gobbam.
Baldus, garofolum qui se brancasse putarat,
hanc ubi prae manibus miravit habere carognam,
protinus obscenam stomacosa fronte relinquit.
Illa cito scampat, nudatis undique membris,
dumque stat in pedibus Baldus mirare quo ibat,
adfuit huc subito facies veneranda Seraphi,
expediensque suas magicis cum versibus artes,
circulat in sabia numeros, quibus omne trematur
protinus infernum, veniuntque in frotta diabli.
Hic magus astringit cornutos carmine porcos

tollere prestigium, nostrasque reducere formas
humanis oculis, et res monstrare prout sunt.
Spingitur extemplo simiae de corpore Cingar,
de bove Fracassus balzat, de linze Lyronus,
Hippol singiarum disvestit protinus aprum,
de toto Centaurus equo fit mezus, et ipse
Falchettus vulpem reicit, Bocalus asellum.
Mutavere pilos; si vezzum nescio certe.
At quia candela est ad virdum usque culamen,
at quia consumpsit vodata lucerna stopinum,
multa per adessum dixi, damatina venito.

LIBER VIGESIMUS QUARTUS

Iamque suae gentis satis amplam Gelphora caedem
audierat, nec non propriis aspexerat occhis.
Obstupet, ac facti dum cercat scire casonem,
ecce supragiungit nudis vecchia illa culattis,

quae Baldi artilios peradessum fugerat uncos.
Qualis multoties vulpazza fugita taiolis,
cui sex turba fugam dederit villana miaros,
scridaritque retro: - Day, day, pia, para, repara, -
ipsaque scaltra ferens caudam de retro levatam,
indeque puzziferas vomitans culamine loffas,
fecerit assaium sanam portasse gonellam,
anxiat, et brazzum linguae butat extra ganassas,
talis vecchia quidem, vecchiarum stronzus, arivat,
gentis amorbatrix, quae nunc ita bella parebat.
Ansat et ansando narrat vidisse legiadri
zuffum hominis, quo non vultu rubestior alter:
forte cavallerum unum de errantibus esse,
qui velut Orlandus veniat destruggere fatas;
octoque cum secum armatos guidare barones,
qui possent solis coelum confundere sguardis.
Hos tamen in vistas varias cangiasse ferarum,
rendere qui secum voluere libidinis actum.
Illius at castos mores animumque baronis
ad propriam subito cunctos tornasse figuram.
Nil pulchras valuisse sibi nudasse mamillas,
nulla superstitio quippe illum, nulla lusinga

ingannare potest, hunc forsitan esse Seraphi
aguaitum, qui semper habet pensiria calda
ut ruat omnino felicia regna stryarum.
Qua propter fieri deberi provisio talis,
qualis multorum faciat pentire pacias,
qui sic praesumant cum diis committere pugnam.
Gelfora quam primum facier cotalia sensit,
praesta suam mandat sibi retro currere guardam.
Fit cridor, armorumque sonus, crepitusque tubarum,
campanae ad don don fitur concursio gentis,
intornumque suae calcatur squadra reinae.
Sed diavolorum legiones mille tresentae,
quae simul hic inter miseros squaquarare solebant,
protinus (experti quondam quae forcia Baldi est)
inde levant campum, cercant ve altronde loginos.
Senserat hunc Baldus strepitum. - Seguitate, sodales. -
dixit et adversus palazzum dirrigit ormam.
En procul apparens magna Gelfora, fortius urlat
bestia, quum Baldum vidit, comitantibus altris.
Haec super auratam celerat tirata carettam,
quam seguitant etiam nympharum quinque barozzi.
Non unquam regina fuit pomposior ista.

Quattuor albentes palafreni, terga coperti
drappibus ex auro, strassinant retro quadrigam.
Ipsa tenetque manu sceptrum, doramque coronam
in testa, et rutilo trezzas diademate calcat.
Praecedunt famuli centum, totidemque staferi:
quisque galone tenet seu spadam sive fachinum.
Longa sequit series hominum muschiata zibettis,
qui cortesanos se vantant esse tilatos,
quorum si videas mores rationis ochialo,
non homines maschios, sed dicas esse bagassas.
Cortesanus erat tunc verus tempore vecchio,
quum rex ille produs, rex ille bonissimus Artu,
egregiam tenuit chortem, tavolamque rotundam.
Quis fuerit, scitur, Tristanus, Lanzaque lottus,
quis quoque Galvanus, nec non bella altra brigata,
quae regis fameia fuit, pulchraeque Ginebrae.
Tunc amor indossum seu faldam, sive corazzam
portabat, colpisque spadae acquistabat honorem.
Cui sudoris aquae, cui siccae pulvis arenae
muschius et ambracanus fuerant, storaxque Levanti.
Tunc cortigiani facies fuit apta placendi,
et molzinandi rigidae praecordia damae,

quando lavabatur solo sudore celatae,
quando nigrabatur sabiis sub sole boiento.
Tempore sed nostro, pro dii, secloque dadessum,
non nisi perfumis variis et odore zibetti,
non nisi seu zazarae petenentur, sive tosentur,
brettis velluti, nec non scufiotibus auri,
auri cordiculis, impresis atque medais,
millibus et frappis per calzas, perque giupones,
cercamus charum merdosi germen amoris.
En modo, dum celerem castigat Gelfora cocchium,
subsequitantque aliae vaccarum quinque carettae,
has veluti nymphas, divas, charasque madames,
cortesanelli sociant, illisque ragionant
nescio quos sognos, passata in nocte vedutos,
et portantinas properantes supra mulettas,
dente bachettinas vadunt rodendo politas,
mentitosque focos narrant, recitantque sonettos,
sat male stringatos, ac parlant mille baianas,
menchionasque suo dicunt in amore fusaras.
Baldus ab altano tumulo procul omnia visu
coeperat, et ridens ita raggionabat amicis:
- Cernite, compagni, de tantis millibus unum

non hominem video, non qui lignaminis ensem
disfodrare sciat, peius tirare stocatam.
Hi sunt, quos tantum manifestat barba viriles,
caetera conveniunt muliebribus apta conocchis.
Sed volo quod pulcram faciamus horhora prodezzam.
Fingamus, quaeso, fingamus habere pauram
de meretrice ista, per quam cuncta omnia puzzant.
Stemus et attenti, quae nobis damna parentur. -
Talia cum sociis dum sic sic Baldus acordat,
ecce propinquabat tandem regina stryarum
Gelfora, quae cernens armatos stare barones:
- Ola, quid - inquit, - adest? O res non cognita maium!
Cernitis humanam (quo tanta pacia?) brigatam?
Qui sunt hi porci? Qui sunt hi brutta somenza?
Nunquid habent animo tam grandem prosopopeiam,
ut mea praesumant intrare ad regna, gaioffi? -
Dixerat, et spazzat trombettam protinus unum,
ut sciat unde hominum veniat baldanza malorum,
qui bastent animum sic tecta subire deorum.
Ille galoppando non spiccat ab ore canoram
ton tararan frifolo trombam, fin donec arivat
Baldus ubi, comitesque manent, finguntque pauram.

Ad quos his parlat dictis trombetta superbis:
- O poltronzones, quae phantasia guidavit
sic vos per dominum nostrum, sic absque riguardo,
huc ad clausuras et loggiamenta deorum?
An fors nescitis haec esse palatia divûm?
Tanta ne vos vostrae tenuit fidanza canaiae?
Maturate fugam, subitique levate trabaccas.
Siccine bastardi, zaltrones, gensque tegnosa,
gensque spelorza, sacrum venistis tangere limen?
Ad vos me mandat venerabilis illa virago
(Cingar ait tacitus: - Venerabilis illa putana. -)
quae tenet imperium sub se regnaminis huius.
Aut vos ire iubet lontanos partibus istis,
aut scorrozzatam chini veniatis ad illam,
forte sacrificium meritabitis esse beatum,
humano quoniam placatur diva cruore. -
Baldus ait: - O nos istuc male nempe capati!
Cur, quando matres nostrae de ventre cagarunt,
non potius mundo tantos peperere navones?
Andemus miseri sanctum componere numen,
numen adoremus coeli, quod forte pregheris
spegnitur humanis natura colerica divûm. -

Compagni risu tacito sub pectora creppant,
fazza tamen magnum simulat defora dolorem.
Omnes cum testis bassis andare comenzant,
ac si, post schenam manibus colloque ligatis,
ad scalam forchae conducat boia picandos.
Tunc trombetta illos dominae praesentat et inquit:
- Ecce prophanarunt hi vestrae regna coronae. -
Gelfora contremuit bustum tam grande Fracassi,
interpellat eum: qui sit, quo sanguine venit.
Respondet tremulus: - Sturlonus nomine dicor,
Bressa mihi patria est, mea razza gigantibus illis
descendit, qui trare Iovem voluere deorsum
atque inter se se regnum partire deorum. -
Gelfora plus dentrum tremuit, cum talia sensit.
Postea fattezzam Baldi, vistamque legiadram
dum guardat, latosque humeros, strictumque fiancum,
protinus in paniam vischiumque Cupidinis intrat.
Ad quem sic placidis loquitur cortesa parolis:
- Tu quoque, qui sensum te prodis habere superbum,
da prolem, nomenque tuum, genus atque tuorum. -
Baldus respondet: - Caposeccus nomine dicor,
natus adulterio monachae fratrisque Caponis,

qui conceperunt me chiesae retro pilastrum.
Postea diabolo de me fecere sigillum.
Sum devotus ei, cui dono in corpore vitam.
Unde meum patrem vado retrovare Chiapinum.
Me mare, me tellus, me sydera celsa refudant;
si non esse Dei possum, decet esse diabli. -
Has desperati stupuit regina parolas.
- Eya, sacerdotes - inquit, - nunc sacra parate,
atque mihi altaros holocausti condite tantos,
quantos nunc istos homines mactare bisognat.
Hunc mihi solettum tamen asservate legiadrum,
quem volo sit primus regali eunuchus in aula. -
Haec ea dicebat de bello corpore Baldi.
Praestiter obedit famulorum turba suorum,
lignaque portantur, multusque accenditur ignis.
Ecce preti et frati, cum cottis cumque capuzzis,
cantantes veniunt infrotta boatibus altis:
- Eu oe iach iach, eu oe, pirila, buf baf. -
Quorum qui prior est, puvialem portat adossum.
Turribuli pinguem mittunt ad nubila fumum,
incensaeque faces crepitant altaria circum.
Gelfora supra caput montaverat alta pilastri,

ut solet in summa plantari mole colossus.
Hic dea chiamari vult, hic dea porca vocari,
trombarum clangor rauca cum voce frequentat
tarara ton tarara, ton ton tara, tantara taira.
Cor brillat sociis spadas rancare guainis,
quos ciet ad carnes squarzandas musica trombae.
Ipse prior Cayphas, insemmaque vescovus Annas
accedunt, iugulumque parant scannare Fracasso,
inque satis largo tepidum addunare cruorem
vase parecchiatur, meschiandum pane stryarum.
Praecipitur curvos illi bassare ginocchios,
quem prius ut vaccam cum cetta cumque securi
discopare volunt, mox collo immergere cultrum.
Ille sed impatiens clamavit: - Balde, facenda haec
it nimis avantum, nimis haec indusia durat. -
Talia dum memorat, se drizzat in aëra praestus,
pontificemque piat digitis, durosque restringit
artilios, schiazzatque illum de more boazzae,
dextraque de merdis et sanguine tincta remansit.
Baldus adocchiarat guerram iam esse comenzam:
- Heus, seguitate - inquit, sfodratque celerrimus ensem.
Currit ad urtandum, quam diximus ante, colonnam,

cuius in excelso capitello Gelfora stabat.
Cum caput innanzum ruit illa, simulque pilastrum,
quam piat extemplo Baldus per colla cridantem,
cui dare soccorsum gens infinita ruebat.
Sed Cingar comitesque alii, facto agmine, currunt,
inque illas squadras intrant ut fulmen et ignis.
Ipse gigas clamat: - Nunc est et tempus et hora
sacrificare Deo vacchasque, hircosque petulcos. -
Sic dicendo, probat qualis sit tempra bachiocchi.
- Ah porcinaiae - cridat Falchettus et Hippol, -
vos ne putavistis nos qualchos esse maruffos,
scilicet agnellos, pegorasque trovastis, et haedos,
ut pensaretis sic nos mactare diablo? -
Talia bravando feriunt tutavia, nec ullum
sparagnant colpum, testasque ad sydera mandant.
Septem mille homines sunt, qui sua ferra cavarant,
et Baldum assaltant propter riscodere porcam.
At celer altorium dat Falco, et Cingar, et Hippol,
Moschinusque, aliique simul, qui tempore curto
mortorum ingenti fabricarunt aggere montem.
Turba puellarum fractis fugit inde carettis,
smarritaeque sinus lacerant rumpuntque capillos.

Non bonus hic perdit Boccalus tempus, at illas
protinus inseguitat chiamando: - State ribaldae,
state putanellae, quia vos frustare bisognat.
Quo, quo? State, inquam, ola, spettate, quo itis?
quo ve scapinatis? Mea nunc vendetta fietur.
Siccine me nuper vacchae fecistis asellum?
siccine grattastis mihi schenam pectine boschi? -
Haec referens, portat scoriadam forte trovatam,
qualem Vegnesae vidi, quum boia putanas
per Merzeriam frustat, frustandoque currit,
tandem arrivatas chioccat, tozzatque tapinas:
attamen alquantum sferzam leggerius offert,
dum capat in teneras damas, niveasque putinas;
tantum scarcossas vecchias, lippasque stryazzas,
et rofianazzas stafilatis tozzolat aspris,
terga quibus parere facit persutta Labruzzi.
Non «pietas» valet hic non «perdonanza» cridari,
nam mercadanti Boccalus fecerat aures.
Baldus at in brazzis reginam portat et illam
continuo gens tota ruens riscodere cercat;
unde travaius erat certando baronibus ingens,
tanta superchiabat calcatim zurma bravorum.

Personat incircum campagna cridoribus altis,
unde maris pisces veniunt atterra balordi,
namque super pendet pelagus de more solari.
Tunc homines superi (nec enim scio dire bugiam)
audivere illam liquido sub gurgite guerram.
Iamque striam Baldus multo sudore ligarat,
inque suis spallis quoddam portarat in antrum.
Non gens ultra sequit, vel mortua vel stropiata,
parsque fugae studiat, cercatque per abdita scampum.
Gelfora, iam tristo portu guidata, diablos
invocat, ut veniant promissam tollere vitam.
Sic igitur dum stridet adhuc, malnata piatur
unguibus innumeris diavolorum forte cridantum,
umbraque in infernum cum corpore fertur ab illis.
Iamque fracassandi domicilia sporca Fracassus
coeperat impresam, longisque ut passibus ibat;
quo iam gelforeos de fundo ad tecta palazzos
sterneret, ac mundum tanto privaret afanno.
Ad primam subito giuntam de marmore grossum
chioccat pillastrum, quod stat cantone palazzi.
Rumpitur in centum volitantes undique pezzos,
fitque ingens strepitus de travis, deque quadrellis,

magnaque terreno camerarum banda ruinat,
calzinaeque leves malnettant astra volando.
Replicat horribiles colpos, geminatque bataium,
trita columnarum fit ruptio, deque supernis
machina muraliis reboans descendit abassum.
Indorata cadunt meschiatis tecta matonis,
riccaque picturis vadunt solaria terrae.
Dumque gigas manibus turrim furibundus aferrat,
ecce Seraphus adest in fretta, vocatque, cridatque:
- Parce, gigas, iam parce, gigas, sic poena soluta est.
Integra stet turris pro nunc, quae quando ruatur,
illico quae cernis pelagi fundamina sursum
pendula cascabunt, veluti natura chinarat,
vosque negabimini, piscesque cibabitis omnes.
Si nescis; turri septem clauduntur in ista
fatales statuae, sex cerae, septima plumbi,
quas simul ad quintam lunam, sub monte Tonalo
composuere striae septem: Madoia, Catoia,
Stanaque, Birla soror, Sberliffaque, Cantara, Dina.
Quam primum frangas turrim, guastesve figuras,
postizzus locus hic in fumum protinus ibit,
vosque bibetis aquas, plus quam sit voia bibendi. -

Venerat huc Baldus, mazzatis denique cunctis,
conciliumque suis cum compagnonibus edit:
et quid sit tandem faciendum, voce domandat.
Cingar ad infernas suadet callare masones,
quas Serraphus ait non multum longe catari.
Haec ve relinquatur Serrapho impresa ruendi
regna stryanismi, turrem, statuasque levandi.
Tunc omnes favere manu, favere parolis
Cingaris arditae menti, laudantque talentum
hunc animi, quo non mundo generosior alter.
Attamen ipse manet, Baldo mandante, Gibertus,
quem retinet secum Serraphus amatque galantum.
Ad phlegethontaeas igitur cascare cavernas
voia stat, una quidem Baldo paret horula centum
posse diabolicas rursum assagiare prodezzas.
Ecce iterum scuras animoso corde latebras
introëunt, callantque magis per clymata centri.
Gemma tamen fulget, quam Baldus servat in elmo,
qua cernunt aditus et multa pericula schivant.
Semper ad in giusum facili labente camino
frettantes abeunt, Baldi praeeunte lusoro.
Centum stradiculas, centumque viacula iam iam

incipiunt reperire simul concurrere in unam
ingentem stradam variis venientia bandis.
Dico quod innumeras retrovant hinc inde viettas
derivare suos fines ad grande viaggium,
quem spatiosa menat stygiis contrada paësis.
Quales in veneta nos cernimus urbe canales
undique menantes barcas, descendere in unum
maiorem, bravumque nimis, grossumque canalem,
tales stradiculae, calles, sentiria mille
conveniunt, monstrantque notas ea singula scriptas,
unde potest sciri qua quisque caminus ab urbe
huc descendat, agatque suas huc illa brigatas.
Est via quam drizzat Florentia, Roma, Milanus,
Zenova, Neapoli, Vegnesia, Parma, Bologna,
Lyon, Avignonus, Parisus, Buda, Valenza,
Constantinopoli, Cairus, sedesque Cipadae.
Denique quodque solum, quaeque urbs, arx, villa, caminum
huc drizzat, portatque suas ad tartara pravas
malnatasque animas, quarum tot milia nigrum
continuo ingombrant baratrum, quot milia toto
muscarum mundo nascunt in millibus annis.

Quo magis ante itur, magis orbita largior umbras
excipit innumeras, tacito rumore gementes.
Baldus compagnis nulli parlare comandat:
dumque illi parent, dumque alta silentia servant,
ecce caput stradae se se dilatat in amplam
campagnam, horribilem et cinerum de pulvere carcam.
Subterrana illic ventorum flamina regnant,
pro quibus efficitur mundo teremotus in isto;
impetuosa ferunt cineres, agitantque savornam
per largos campos, redolentes sulphuris oybo.
Gaudet in hac rerum Baldus novitate, Lyronem
admonet atque alios nulla de sorte pavere.
- Quid? - Falchettus ait - dum te, mi Balde, videmus,
non sgomentabit nos quanta canaia sub orco
stat diavolorum, nec quanta sub aëre stridet. -
Dixerat, et saltans animo se monstrat alegro,
contraque terribiles ventos ruit huc, ruit illuc.
Cingar eum sequitur scherzando, trufantque vicissim.
Ambo simul rident, saltant, vaduntque, reduntque.
Quales agnelli fugiunt, matremque relinquunt,
quattuor et pedibus guizzant et in aëra pirlant;
ast ubi sentitur lupus exurlare propinquus,

confestim pavidi se matris ad ubera tornant;
pastor adest, grossumque canem sibi chiamat apressum:
talis Falchettus laeto cum Cingare spassum
grande piat, curruntque ambo lontanius altris;
ast improvisos prigolos si forte catabant,
praestiter ad portum Baldi remeare videbas,
inde sub illius combattere fortiter umbra.
Qui, velut avvezzat caporalis providus, ipse
de se non curat, tantum risguardat amicos.
Ad caput interea campagnae scurus et asper
boscus adest, ac sylva pavens, non consita myrthis,
non lauris, platanis, ulmis, altisque cipressis;
at nigrae taxus, aconita, malaeque cicutae,
grandilitate pares alpino in culmine fagis,
toxica mortiferi sudant de cortice sughi.
Introit ante alios Baldus, nova cernere gaudet,
perque venenifluas nihil aestimat ire latebras.
Incipiunt iam longe gravem sentire bagordum,
murmur et insolitum, tanquam tempesta petrarum,
vel magis ad guisam pelagi battentis arenam,
quando fremit, vastasque polo subgurgitat undas.
In finem boschi retrovant intramina grandis

portazzae, nunquam chiusae, sed semper apertae,
per quam trenta pares intrant insemma carettae,
verbaque sic duro saxi frontale notantur:
- Regia Luciferi dicor, bandita tenetur
chors hic, intrando patet, ast uscendo seratur. -
Fracassus ridet: - Subeamus adunca, sodales.
Non regrediendi dabitur, ut cerno, facultas. -
Introëunt igitur, tenebris appena resistit
carbonus Baldi; sed folta in nocte tumultant,
horrisonasque tonant scurissima regna querelas.
Ecce tavernarus tandem barbatus in illos
obvius accelerat, vivosque in corpore mirat.
- O - secum parlat, - quae cosa novella videtur! -
Sic ait, et mulcens foltos ad menta pelazzos,
stat penserosus, stupidus, sensuque revoltat:
debeat an similes scotto invitare brigantes.
Tandem guarnazzam cingens, brotaminis unctam:
- Vultis - ait - nostram, compagni, intrare tavernam? -
Boccalus raptim responsum primior affert.
- Quid cercandum aliud? Bona si tibi caneva primum,
inde bonae quaiae, bona lonza, bonique capretti,
ecce parecchiamur simul omnia ventre locare,

et pagare simul patefactis omnia borsis. -
Ostus ait: - Mecum veniatis, non mihi desunt
et pernicones, et frolla carne fasani,
et vinum garbum, et vinum dulce Reami. -
Sic ait, ingrediens, mensasque parare comandat.
Hunc omnes seguitant, sed Baldus inanzior altris,
compagnisque facit per opaca silentia scortam,
donec eos salam conduxerat ostus in amplam,
in qua mille animas epulis catavere sedentes,
mangiantesque instar porcorum dente famato.
Sunt etenim magrae vultu, nigraeque colore,
sunt sguerzae, gobbae, slancatae, suntque carognis
omnibus aequandae, nimio puzzore malorum.
Irruit ad mensam iocunda fronte Bocalus,
inque piatellum dum vult extendere griffum,
protinus indretum vultu pallente retirat;
qui pensando aliquem forsan gremire caponem,
gremiturus erat scurzum, turpemque marassum.
Accedit propius, factum discernere, Baldus.
Quali cum guisa gattum rosegare codaium
aspicias, quando sibi retro cauda tiratur,
striccaturque simul, manibus per forza retentus,

qui fremit et faciens gnao gnao se ingordus anegat;
illac sic animas contemplat Baldus edentes
vipeream carnem, rospos, variasque vivandas,
unde venenorum mors invitabilis exit.
Praeterea aspideo completas sanguine tazzas
sorbebant, oculosque foras sorbendo butabant,
ut solet infirmus cui Ierae pocula dentur.
Corripit interea rigidam post fercula sferzam
ostus, et intornum menando licentiat illas,
namque novas alias quoque pasturare bisognat.
Impetuosae igitur abeunt, subeuntque novellae,
quas etiam cogit putridis accumbere mensis.
Mox ait ad Baldum, sociosque: - Sedete, bricones,
seu vos mangietis, seu non mangiare voiatis,
omnino faciet mysterum solvere scottum. -
Sic dicens, alzat scoriatae quinque catenas,
hinc menat et zif zaf resonando percutit Hipol,
quem male provistum tollit de peso levatum,
atque suo fratri Lyrono buttat adossum:
amboque schenadam pariter cascando piarunt.
- Illa quidem vestra est - Boccalus parlat; - habetis
praevendam vestram, tamen hanc non curo biavam. -

Sic ait, et scapolat, cantoneque delitet uno.
Baldus arostitum rapit improviste dragonem,
inque tavernari mostazzum concite iactat,
manserit ut medio faciei stigma notatum.
Non tamen hoc tantum colpo fuit ira baronis
sat contenta, tirat cum rosto insemma saporem
ingentis pugni, qui dextram tozzat orecchiam,
unde tramazzanti chioccat quoque terra sinistram.
Cingar ait ridens: - Nondum mangiavimus, et tu,
Balde, comenzasti scottum pagare tavernae. -
Respondet Baldus: - Sic Hippolis esca soluta est. -
Interea Virmazzus eas interrogat umbras:
cur veniant illam sic albergare tavernam,
curque venenosas ingoient atque tracannent
has victuarias, plenosque cruore becheros.
Cui maior sic umbra gemens suspirat et inquit:
- Quaelibet infernis cruciatibus alma ferenda,
corpore cum primum posito descendit ad orcum,
anteque quam vadat grottas habitare statutas,
hoc diavolazzo prius invitatur ab osto,
quem Griffarostum diabolica zurma domandat.
Nec tamen invitum contemnere possumus istum,

nolentes etenim ferri scoriada coërcet.
Qua propter quantas animas ingombrat avernus,
iste tavernarus marzo mangiamine pascit. -
Dixerat haec, alias en rursus adire videbant,
unde iubet propter fastidia Baldus, ab illa
compagnos betola stomacosa cedere tandem.
Protinus egressi denso se se agmine stringunt,
namque illic adeo grossa est fuscatio noctis,
ut valeas etiam gladio taliare tenebras,
perdere vel se se potuissent unus ab altro.
Iussu ergo Baldi modicum fecere drapellum,
atque capellettis similes insemma dunantur,
namque stradiotti leggeras supra pedrinas,
quando coreriam faciunt inimica per arva,
non se spernazzant veluti poltrona canaia,
verum groppetto strictim calcantur in uno,
donec aquistatis parlent sperone botinis,
atque - Cavalla grisa bre bre - vel - Pospodo - dicant.
Baldus praecedens sfodratum baiulat ensem,
at se Boccalus nunquam lontanat ab illo,
seque volunteram, dum corde tremante cacabat,
vellet in illius totum se abscondere costis.

Saepe agnusdeos faciebat fronte revolta.
Iam procul ascoltant strepitum rumoris aquosi,
non aliter quando laxatur brena molinis.
Baldus ad hunc sonitum tendit, drizzatque pedattas,
arrivantque illuc nigras Acherontis ad undas,
qui semper, veluti Porrettae balnea, fumat.
Illic circa suas testas hinc inde volazzant
innumerae flentes animae, vocitantque Charontem,
quas ille ad ripam debet passare sinistram,
sed non, transactis iam giornis octo, videtur.
Cingar in hoc tantum sociis longatur ab altris,
namque coactus erat natura figere termen,
sive super littus fungum plantare novellum,
vel potius dicam lombardam promere quaiam.
Iamque bragas implens huc illuc ibat a nasum,
ut brachetta solet, quae leprem china sausat.
Sed non hic leporem, sed non trovat ille caprettum,
sed iuvenem mortum, quo sic improvidus urtat,
quantos unde pilos habuit per corpus arizzat.
Nec destringatis bene tunc in littore calzis
se se bassarat, fosso nascostus in uno,
totum per calzas se repperit esse zibettum,

nam cagarella metu procedit saepe gaiardo,
imo paura magis poterit bastabilis esse
destiticare cito stiticas in ventre budellas,
quam per chrysterii pivam decoctio malvae.
Cingar se retrahit, ceu qui pede presserit anguem,
et iuvenem attonita guatabat mente galantum,
qui stramortitus re vera, non ibi mortus,
ut parebat, erat, lachrymisque bagnarat arenam.
- Ayme - Cingar ait, - quae nam fortuna guidavit
te, puer, huc? aut quo, sic vivo corpore, vadis? -
Dixerat, et se se paulatim proximat illi,
vultque experiri si vitam liquerit istam.
Praestiter amotis sbarrattat pectora pannis,
cercat et un pocum tastat sub corde calorem,
unde datur scire nondum spudasse fiatum,
nec Requiem aeternam fuerat cantare bisognus.
At pensare nequit foggiam, quae suscitet illum.
Non ibi credat aquis vultum sbrofare rosatis,
non ibi odorifero venas fregare cirotto,
non ibi speret aquam de flumine tollere frescam,
namque venenosis Acheron ibi fluctibus ardet.
Per mancum ergo malum caldam spinavit orinam,

et iuvenis venas, polsos et tempia bagnat.
Ille pudicino pissamine Cingaris unctus,
paulatim forzas revocare per ossa comenzat;
en bellam frontem, bellos en schiudit ocellos,
hasque parolinas inspecto Cingare parlat:
- Sis benedictus homo, tal qualis barro fuisti,
qui medio morto transtullum tale dedisti.
Non hoc fecisset medicinae inventor, Apollo. -
Cingar eum tollit de terra et talia profert:
- O formose puer, quae nam desgratia tanta est?
quae ve locis istis te sors adversa butavit? -
Cui sic responsum magno facit ille dolore:
- Est mihi de schiatta Cipadae pessima mater,
ipsa patrem Baldum praesenserat esse negatum,
unde novum subito zaffavit vacca maritum,
de quo quamprimum tres fecit scroia fiolos.
Meque simul, fratremque meum, de sanguine Baldi,
contempsit, propriamque casam nos linquere fecit.
Grillus ego dicor, fratrem dixere Fanettum.
Amboque nassuti sumus, uno ex ventre, gemelli.
Ambo universam mundi cercavimus oram,
dilectum patrem Baldum cagione catandi.

Post mare, post terras multo sudore vagatas,
post assassinos, ladros, pelagique travaios,
ad desperatam, velut aiunt, fecimus ambo:
tartaricas nobis placuit cercare masones,
mancum stimantes vitam quam quinque lupinos.
Ast ubi nos fortuna locum deduxit ad istum,
nos, inquam, medios longa stracchedine mortos,
affuit ecce Charon, praesentis nauta riverae,
qui tenet officium curvo transferre batello
damnatas animas et ademptas morte secunda.
Ergo rogabamus si nos trascendere vellet,
sponentes illi causam pietatis, amoris
et fidei, quam nos patri debere tenemur.
Ille ribaldonus, crestosus vecchius, et omni
fraude sat impressus, velut omnis nauta catatur,
promisit nos velle quidem passare delaium,
sed non insemmam, dicens quod transiet unus
post alium, fietque duplex vogatio nostra.
Et causam tulit hanc: - Ne scilicet ipsa periret
gundola, corporibus sic sic onerata duobus. -
Hac igitur ratione meus germanus abivit,
nec per sex giornos ultra mihi barca retornat,

absque meo charo dilecto fratre remansi,
ducitur in baratrum, sine quo iam vivere nolo. -
Cingar, id ascoltans, exiverat extra seipsum,
fecerat et veluti faciunt qui nocte vaneggiant.
In pueri facie fixissima lumina tendit,
et Baldi chieram sembiante notavit in illo.
Immaduere statim scolato pectore guanzae
ac adolescentis fronti dedit oscula centum.
- Pone, puer - dixit, - spaventum; pone travaium,
pone doiam cordis, nec fle, tibi prospera barca est.
Non procul esse tuum patrem, tibi nuntio, Baldum.
Dixerat, et versum ripas Acherontis afrettat,
ut referat Baldo solatia tanta parenti.
Qui vocat interea bravosa voce Charontem,
et giurat quod vult sibi pugnis rumpere schenam,
ni subito ad prodam veniat, cimbamque reducat,
qua tot debentur ripae passarier altrae
tardantes animae, quarum stant littora plena.
At bravat indarnum, ac indarnum semet adirat.
Unam namque Charon nympharum regis averni,
nomine Thesiphonam, totus brusefactus amabat,
nec quid speraret tamen ancum pazzus habebat.

Sed postquam puerum, nulla mercede, Fanettum
donat Thesiphonae, quae vult concedere noctem,
ille stat indarnum, stat mattus, statque balordus,
seria postponens carnali cuncta desio:
cui propria utilitas, cui barchae puzzat aquistus,
et quod aquistatur seu stento sive salaro
dilectae tribuit, velut est usanza, bagassae.
Tantae huc ergo animae de mundo semper arivant,
ut Baldi carichent humeros, comitumque suorum.
Ignorant etenim miserae, qua in parte repossent,
unde super spallas illorum mille quiescunt.
Harum fert plenas iam iam Fracassus orecchias,
nec non et nasum, barbam, capitisque tosonos.
Ille frequens crollat testam, stranutat, arascat;
sed post stranutum redeunt, iterumque sotintrant
antra cavernosi nasi, testamque busatam.
Impatiens tamen ille humeros scossare frequentat;
sed quo plus scossat, plus turba molesta ritornat.
Hinc examen apum cunctis sua testa videtur,
agmine quae denso se circa foramen adossant.
Vel potius Fracassus erat bos tempore vecchius,
cuius sbercigeros oculos, musumque bavosum

rodere contendunt hinc moschae, ac inde tavani,
quos ut discazzet calzis et dente molestos,
absque intervallo pendentes crollat orecchias;
sed quo plus crollat, plus illi ad pascua tornant.
Cingar at interea Grillum deduxerat illuc,
quem praesentando patri sic parlat et inquit:
- Nosce, pater, natum; genitor, cognosce nepotem.
Hanc tua, Balde, rosam generavit fronda galantam.
Protulit hunc nobis tua vivida planta garoflum.
Carpe tuae fructum, pater, arboris: haec tua proles,
hic tuus est Grillus, quem parvum liquimus orbi. -
Baldus ibi stupida mirabat fronte puellum,
visceribusque diu motis stetit extra seipsum,
denique nil dubitans illum indolcitus abrazzat,
deque suo sic sic brazzando fratre domandat.
Cingar hoc incaricum narrandi suscipit, at nil
dicere tunc voluit de uxoris crimine Bertae.
Talia dum stabant una parlare barones,
ecce venit sbraiando Charon, chiamatque bravazzus:
- Papa Satan, o papa Satan, beth, gimel, aleppe.
Cra cra, tif taf noc, sgne flut, canatanta, riogna. -
Canutam mentozzus habet sine pectine barbam,

quae bigolum distesa coprit, tangitque ginocchios.
Non habet in calva solettum fronte peluzzum,
ac si cum rasa testa, penitusque pelata,
vellet in aspectu populi mazzare gatuzzam.
Strazzolenta sibi carnes schiavina covertat,
quam «saltinbarcam» chiozotta canaia domandat.
Navigat in fretta super orlum navis adunchae,
stansque pede in sponda paret cascare deorsum,
nec cascare tamen metuit quia praticus ille est.
Sic barcarolos venetam vogare per urbem
multoties vidi, quibus ars est propria remus:
stat super ordellum barchae pes unus, at alter
pendulus huc illuc vadit, stimatque negottam
si quandoque super fluctus, extraque batellum,
nil penitus toccans audax cum morte solazzat:
per strictos tamen illa volat barchetta canales,
illeque schiavonus, vel morus, vel sarasinus,
cifolat et cridat: - Barca, premique, stalyum, -
nec mancant uno tria milia cancara giorno.
Iamque propinquabat ripae mala fazza Charontis,
cumque bravariis animas terrebat acerbis.
Baldus at in furia «poltronem» nuncupat illum,

nec vult intrando barcam restare dedretum,
sed vix ad prodam fuit ánchora ficca lavacchio,
ecce implent animae busos et transtra carinae.
Sed Charon, aspecto Baldo sociisque, cridabat:
- Quae vos in patres nostras ventura guidavit?
Ola, quibus dico? si barcam scandere vultis,
ponite corpoream somam carnisque valisam.
Una mihi cura est animas transferre solutas,
non altramenter fluvium passabitis istum. -
Baldus ait: - Taceas, taceas, scornute diavol,
ad caput inchinum nisi vis andare sotacquam.
Nonne hic Meschinum varcasti corpore ficcum?
nec mihi communem poteris concedere passum?
Cui dico? dico ne tibi, parone bugiarde.
Huc accosta ratem nobis, huc volge timonem.
Quo premis in laium? in quaium dico, maruffe. -
Non Charon ascoltat, sed navem praestus aretrat,
quam caricatam animis largum dilongat in amnem.
O puta si Baldus rodit furiando cadenam,
at sibi vendettae concessa est nulla facultas.
Tunc Fracassus ibi largum saltare canalem
praeparat, et spudans manibus se retro retirat,

discorsamque piat vel tres vel quinque cavezzos;
inde movens passus longones, inde galoppans,
inde citum corsum, de ripa saltat in altram:
quo saltu intornum graviter campagna tremavit,
terribilemque omnes balzum stupuere barones.
Baldus mandat ei, tota cum voce cridando,
ut voiat barbam nautae streppare pilatim,
rumpere cervellum ac totos corporis ossos:
mox provet an possit barcam guidare dequaium.
Sed Charon attonitus factus, saltante giganto,
iam rivat ad portum, cunctasque licentiat umbras,
quae sfortunatae de navi ad littora saltant,
praecipitesque volant se confessare Chyroni,
ut confessatae vadant quo andare bisognat:
sive in boientae caldaria plena resinae,
sive in fornaces vitri fluxique piombi,
sive in giazzatum borea cifolante profundum,
sive inter flammas, basiliscos atque dragones.
Sed Charon interea non vadit tollere Baldum,
imo tremat guardans splendentis corpora ferri.
Non procul in stipulis fluvialibus atque canellis,
se Fracassus erat nascostus, ut inde piato

tempore comprendat pian pian de retro Charontem,
qui dum burchiellum reficit, pluresque facendas
expedit, indusiatque aliae se reddere ripae.
Fracassus tacite se densis tollit ab ulvis,
et quachius quachius veniens post terga Charontis,
nil strepitat, digitisque pedum vix signat arenam.
En cito per collum, sociis plaudentibus, illum
zaffat, et intornum bis, terque, quaterque volutans,
ut solet ongiutum clamans strozzerus osellum,
slanzat eum forti tenebrosa per aëra brazzo.
Ille volat nigras, veluti cornacchia, per auras,
qui nisi dextra Dei festina dedisset aiuttum
certe fracassasset quanta ossa in corpore gestat.
Sed per aventuram cascans in inania centri,
adiutus levitate fuit, sanusque remansit.
Interea magnus barchettam intrare pusillam
vult gigas, et pensat bonhomazzus posse teneri,
ac sustentari tam parvo in ventre batelli.
Sed pede vix posito, liquidis schiffettus in undis
vult ire ad fundum, nec fert tam grande pilastrum.
Anne pulex grossum poterit gestare cavallum?
anne super spallas saccum formica Bolognae?

Tunc discreta retro se se persona gigantis
balzat, et alterius foggae passamina cercat.
Grattat quippe caput, capitis grattatio guisam
en aliam retrovat, quam tunc tunc fare parecchiat.
Cum pede dat calzum retro in culamina barchae,
quae, velut in poppa sofio percussa sirocchi,
evolat et ripam tam velox fertur ad altram,
ut nisi iuvissent hastas porgendo barones
se spezzasset enim duris in litore saxis.
Cingar eam retinet, curvumque ad littus apoggiat,
montat et accipiens remum cridat: - Ola, sodales
intretis, quoniam passabimus absque Charonte. -
Conscendunt igitur navim sub Cingare cuncti,
non tamen insemmam, nimium quia pressa negaret.
Unum post alium portat, septemque fiatis
de ripa ad ripam guidata est Cingare barca.
Baldus ridebat dicens: - Mirate, sodales,
quantus ad officium nocchieri Cingar habetur.
Certe hic nec forma nec discrepat arte Charontis.
Cernite terribiles oculos magramque figuram.
Quis nam illum guardans non dixerit esse diablum? -
Cui Boccalus: - Ita est, chiozotti fazza videtur.

Per quem si nummos voias mandare Venecis,
quam foret impresam speditus et aptus ad istam! -
Cingar respondet: - Nec tu, Boccale, biolchi
officium cazzando boves conducere scires.
Namque volunteram grassum, carnemque salatam
dum robbas, codigasque omnes in guttura mandas,
non unquam lardo fregares fusta rotarum,
et tua continuo male uncta caretta cridaret. -
Baldus ait: - Vos ambo estis lemosina sancta. -
Tangite iam ripam, passato hoc flumine, iacta est
alea; tuque, Striax, tam longo parce labori.

LIBER VIGESIMUS QUINTUS

Per sabionigeros ad longum fluminis agros
ibant compagni, nigram Plutonis ad urbem.
Ecce procul iuvenem lachrymosa voce cridantem,
scampantemque vident, ac dantem bracchia coelo.

Hunc vecchiazza sequit, stimulisque incalzat aguzzis.
Non aliter manzola truci picigata tavano,
praecipitosa ruit, reboansque per invia fertur,
cui bonus altorium properat donare biolcus;
ut puer infelix nunc huc, nunc cursitat illuc,
dum sibi post humeros vecchiazzam currere sentit.
Haec habet ad ventum sparsos de vertice crines,
imo veneniferos angues, turpesque cerastas,
quae arrectae cifolos, horrendaque sibila mandant.
Vipereos retinet sua dextraque, laevaque bissos,
quos iacit in costas pueri laceratque fiancos.
Grillus in hoc subito magnum sic exprimit urlum:
- Me miserum, misero tostum succurrite fratri.
Balde pater, pateris tam diram cernere cosam?
Ille est Fanettus, tibi filius et mihi frater.
Oyme, vide, quaeso, quantis laceratur afannis. -
Est Fanettus enim, quem pessima vecchia dolentat.
Intumuere patris praecordia tacta dolore,
retroque Thesiphonam se cursu avventat equino.
Illa, videns Baldum post se furibunde volantem,
deserit impresam seguitandi terga Fanetti,
cazzat et incautos Baldi sese inter amicos,

aspideasque illic trezzas laniare comenzat.
Pro dii, quanta illis coepit scaramuzza tra lorum!
quantosque horribiles pugnos et verbera menant!
Cingar Falchetto dat magnum fortiter urtum,
quem simul ad terram buttat sotosora balordum.
Fumigat in facie sguardo Falchettus amaro,
datque manum mazzae, captans cum Cingare guerram,
et qui nunc fuerant ter centum mittere vitas,
alter in alterius cosis et honore, parati,
ecce coradellas cercant mangiare vicissim.
Moschinus tortis Philofornum guardat ochiadis,
cui Philofornus ait: - Quid guardas? Sfodra, vilane. -
Hisque bravariis comenzant ambo duellum.
Armipotens Hippol rixat cum fratre Lyrono,
seque rebruscabant ambo, tegnamque gratabant.
Fracassus ferri bacchioccum menat abassum,
ut de Centauro fratrorum torta fiatur.
At Centaurus, habens nervos velut ova metalli,
non dare materiam poterit rostire fritadam.
Attamen huc illuc slanzat, colposque gigantis
saepe facit vanos, et dat pro pane fugazzam.
Grillus afrontarat se fratrem contra Fanettum,

qui nihil in manibus gestantes saxa tirabant,
sfronzantesque petras fraterna in corpora trabant.
Sed quia Boccalus contrastum non habet ullum,
incipit en solidos sibi stesso tradere goffos,
unguibus et propriis testae squarzare peluccam.
Non tamen ipsius fuerat dementia tanta,
quin prius in quodam tegeret cantone botazzum.
Baldus, id aspiciens, stabat ceu petra stupendo,
postea vult guerram penitus partire nocivam;
trat spadam, atque cridat, quali cum voce cridamus
dum cortellantes bravazzos, mangiaque ferros,
dividimus stanghis, spadis, multisque parolis.
- State retro - clamat Baldus, - retro state, diavol.
Cui dico? Guarda, non, horsu, retro, menabo.
O Deus, hi certe mazzabunt intra seipsos. -
Sic Baldus, tutavia parans, reparansque feritas,
insultabat eis, nunc huc, nunc providus illuc,
nec tamen accensum valet attrigare bagordum.
Hi sibi dismaiant sbergos, cossalia, faldas,
spallazzosque tridos brandis ad littora buttant.
Cingar Falchettum, Falchettus Cingara pistat,
non parcit fratri Lyrono fervidus Hippol,

nec Lyronus ei lassat repiare fiatum,
sunt ambo nati de matris ventre medemae,
id tamen ut matti smemorant pacemque refudant.
Fracassus mugit Centaurum contra gaiardum,
atque bachioccatas sine possa menat acerbas,
quas nisi Virmazzus saltans hinc inde schivaret,
saepe fracassatis cecidisset littore membris.
Boccalus spennata quidem iam chiozza videtur,
tam sibi met pazzus lacerat rumpitque capillos.
- Cedite - clamabat Baldus, - iam cedite fratres;
dicite cagionem cur vos discordia burlat.
Ne ferias, Cingar; mazzam, Falchette, reponas.
Nexus amicitiae sic vester frangitur ergo?
Vade retro, nec fac, guarda, Virmazze, bataiam.
Horsu, Lyrone, mane; sic sic feris, Hippole, fratrem?
Ola, quid insanis, fraschetta Fanette? Quid et tu,
Grille, furis? Sic vos inter vos? Linquite petras.
Quid tibi Moschinus fecit, Philoforne? Quid ola,
mi Moschine, furis tam dulcem contra sodalem?
State retro cuncti, brandosque reducite fodris. -
Talia sed frustra dum parlat, corripit ensem,
cunque piatonadis sforzat partire baruffam,

saepe minazzat eis, nisi se pistare rafinant,
menabit spadae iam colpos absque riguardo.
Quisque erat ob nimium factus iam stancus afannum,
nil tamen ascoltant Baldum, nunc dulce rogantem,
nunc blasphemantem, nunc rauca voce minantem,
qui, tandem cernens guisa prodesse niguna,
se post Tesiphonam, stantem guardare baruffas,
providus avventat: fors fors ita briga calabit.
Illa fugit stridens, nigrasque cridoribus auras,
spezzat, et interdum Baldum conversa menazzat.
Mox grignat dentes et acerbos pandit hiatus.
An vidisti unquam rabiosam currere cagnam,
quae dum incalzatur bastonibus atque cridore,
fert inter gambas codam, testamque revoltans,
candentes ringit dentes, bau bauque frequentat?
Sic mala vecchia facit, Baldo seguitante dedretum.
Ipse volans iam iam sperat zaffasse, sed illa,
spiritus, ante fugit, cui se male corpus adaequat.
Versus montagnae culmen rapit illa caminum,
quo circum circa vallis spatiosa seratur,
istaque flamiferos vomitat montagna vapores,
sulphureisque facit nasum obturare latrinis.

Vecchia ribalda, nihil curans ascendere montem,
rampegat et capras ita rampegando superchiat.
Insequitur Baldus quo se viat illa, nec aspros
tunc guardat steccos, spinas, rupesve, petrasve:
destinat illius nunquam lassare pedattas.
Dum sic urget eam, desertum callat in unum,
quo non strada fuit mundo saxosior unquam.
Nunc guidat ad bassum, nunc coelum scandere paret.
Cuius plena nigro puzzant confinia fango,
qui supportantem vix Baldum fangus amorbat.
Non illum curat, clauso sed lumine drentum
saltat, et in putrida se totum fece volutat.
Nunquam porcellus pantano pulchrior exit,
ut desdegnatus tunc fango Baldus ab illo
se cavat, et multum portat paladinus afannum.
At paladinorum labor est preciosior auro.
Praeterea post terga sibi pluviosa ruinant
nubila, quae mista cum grandine cuncta fracassant.
Fulgurat intornum densis caligo tenebris,
turbineosque movet nunc hinc, nunc inde balenos.
Tantis cum poenis barro, tantisque fadighis
evolat, et prigolos semper gaiardior exit.

Smontat in obscuram tandem mala vecchia paludem,
pallentes ubi stant boschi, macchiaeque draconum.
Inter eas subito vanescit nympha Charontis,
lassat et in petolis Baldum non ultra sequentem,
qui tunc non aliter se trigat, et alzat orecchias
ut canis incalzans, musum distesus acutum,
aut caprum aut leporem vecchiam plenamque magagnis;
non per scopertas campagnas illa salutem
quaerit, at umbrosos intrat cativella fratones,
atque revoltellos quosdam facit hic, facit illic,
donec ab ungue canis videat se denique toltam.
Ergo velut canis aggabatus drizzat orecchias,
quattuor in pedibus firmus, sic barro repente
constitit, amittens furiam furiaeque pedattas.
Mox tamen intrando sylvas cercare comenzat,
nunc hunc nunc illum chioccans bastone coattum,
cuncta tacent circum, nec vento foia movetur,
unde it ascoltans pariter, pariterque caminans.
Ecce videt tandem medio vallone casazzam,
semiruinatis quae stat scoperta quadrellis;
nullus adest custos, nec oportet battere portam.
Introit et mentem nudo tenet ense paratam.

Discalcinatis domus humet ubique murais,
deque carolentis crodat mufolenta solaris
fezza, velut vidi privata lusoribus antra.
Dum vadit Baldus, firmat saepissime plantas,
mox levis ascoltat si quid strepitescere sentit.
Nil sonat: unde illic habitare silentia iurat.
De passu in passu dum per pavimenta caminat,
ventrosos zattos armato calce tridabat,
atque smagazzabat calcagni pondere vermes.
Saepe dragonazzos, largo ventrone tumentes,
invenit, inque duos facit illos ense cavezzos.
Denique collegium reperit, quod vecchia Charontis
fecerat, et stabat deformis ubique senatus.
Baldus in introitu primi stat liminis, ultra
nec meat et tensa quod dicitur accipit aure,
namque inter populum sentit parlare ribaldam.
Hic erat in quadrum grandis spatiosaque sala:
stant ubique circum putrefacta sedilia ligni;
talia sunt quales longo post tempore capsae
mortorum trantur marzae de viscere terrae.
In medio salae stat maxima scragna metalli,
scragna cruentatis he heu circumdata spadis.

Hic sedet Ambitio sembiante tyranna superbo,
quae coeli, terrae, maris optat habere bachettam.
Spada taienta tamen, filoque tacata sotilo,
stat super illius testam, casumque menazzat.
Non procul huic chiachiarat centum Discordia linguis,
mussat, sbaiaffat, mentit, movet ora manusque,
millibus et zanzis reginae tentat orecchias,
nec traditora suo partit quandoque galono.
Tres Furiae parent illi, referuntque per orbem
ambassarias, quibus omnis terra ruinat.
Quottidie vadunt, redeunt, portantque novellas
reginae: quantas ve animas in tartara mersas
arte sua trassent, solita vel fraude necassent.
Impietas alia frendens in parte cruentat
sanguinolenta locum, guardatque cagnesca traversum.
Hic Vindicta fremit, stimulisque agitatur aguzzis;
quam regina inter populos, mundique brigatas
mittit et ingenti pagat mercede ribaldam,
si pugnale suo turpantur sanguine regna.
Non parcat frater fratri, non sora sorocchiae,
non mater nato, non uxor porca marito.
Seditio ignavum populazzum possidet illic:

Lis, Luctus, Rabies, Odium, Timor, Ira, Travaius,
sunt ibi concilium baratri, Mortisque senatus.
Ambitio praesul nulli vult esse secunda;
anteque conspectum eius, desformataque monstra,
Thesiphone, Alecto, nec non germana Megaera
tunc altercabant simul ascoltante senatu.
Sed quid rixabant porchae magraeque lupazzae?
Huc huc, mortales, huc vestras currite provas,
tam bellas provas audire, et plangere mecum.
Adsit condicio, sors, stirps, genus omne virorum,
humanasque velint miserasque audire pacias,
errorumque simul tantorum noscere causas.
Iusserat Ambitio totam reticere fameiam,
unde quis attentas subito porrexerat aures.
Foetida vermifluam scorlans bis terque Megaera
canitiem, sic sic primera comenzat et inquit:
- Audite, Inferni patres, satrapique Magoghae;
illa ego, quae nigrum doceo meschiare venenum,
nec mea guarriri possunt aconita triachis.
Scragna mihi curae Petri est, et mitra papalis,
saepeque cardineos butto sotosopra capellos.
Cernite quam laceram caviatam vertice porto!

Hinc mihi perpetuis debetur palma triumphis.
Maxima pontificum libertas, maxima rerum est
pernicies, si quando meam tramittere codam
possum, ne sanctis precibus, nutuque columbae,
ad sublime aliquis culmen tollatur honoris.
O venturatos nos tunc, o vota secutos
dulcia, cum nostro fabricatur papa favore;
ingrassamur enim de carne, et sanguine schietto
armenti, sguerzo si sub pastore guidatur.
Per me mitratus capras pegorarus amazzat,
mangiandasque lupo tribuit, scampatque codardus.
Pilat oves, avibusque cavat de corpore pennas.
Per me semirutis squallent altaria templis,
Chiesia tota cadit, ruit alto a culmine mater;
mater quae nutrit bastardos atque cinaedos,
quam nisi pontificis consolet gratia iusti,
mox Alcorano soterabitur illa tereno.
Veh nobis, et guai, nec non malanaza tapinis,
tali si fuerit Christi concessa cadrega,
qui non cardineas voiat plus vendere brettas,
qui levet a spallis populorum mille gravezzas,
qui renovet Chiesae itas in malhora facendas,

inque malum punctum cascantia cuncta redrizzet.
Quales nunc habeat sanctos Ecclesia patres,
sat bene cognostis dudum, quam digne sacratos,
quam bene panzutos, quam lissos, quamque tilatos,
quam bufalos sensu, quam doctos ludere chartis,
pascere garzonas et eas chiamare «sorellas»,
pascere garzones et eos chiamare «nepotes»,
spargere perfumis zazaras, portare capettas
undique spagnolas, calzisque frapare velutum,
falcones nutrire, canes, sparaveria, braccos.
Chiesa sed interea strazzata famataque lagnat.
Quando intras portam, nil non malnetta catantur:
porcilli effigies, non templi forma videtur.
Usque ad zenocchios paiae cum pulvere crescunt,
summaque strapluviant ruptis solaria cuppis.
Longipedesque suis ragni lenzolibus ornant
undique muraias. Crucifixo bracchia mancant,
inque sui capitis nido vel noctua, vel mus,
parturit, et rodit tam dignae crura figurae.
Hostia sancta parit, vecchia putrente farina,
vermiculos, quae vase vitri, ligni ve tenetur,
namque tabernaculos auri postribula robbant.

Nullum vas olei per honorem Numinis ardet,
nulla cesendilo sanctas brusat ante figuras
lampada, namque oleum, quod curae linquitur isti,
vertitur ad sanctam luzzo stridente padellam,
lampredasque magis quam Christi corpus honorat.
Nil coprit altarum, vel, si quid, strazza videtur,
quae bona non esset magro panadora cavallo.
Campanile iugi foetet pissamine praeti,
saepeque commadres huc confessare tirantur.
Vel mancat corda, vel habet campana cavezzas
iam frustas mulae, groppis insemma tacatas.
Caetera quid referam? Scitis, o bella brigata,
quam sim giotta meis, quam sim saccenta facendis.
His igitur causis, alias anteire sorocchias
debeor, Alectoque mihi iam cedat honorem.
Talia parlanti surgit sdegnosa cadreghis
Alecto, meretrix Malabolgae, vacca Chiapini,
drizzat et innumeras bissas nigrosque marassos,
horribilemque cavat sic sic pulmone fiatum:
- Non ego sum mancum de te dignissima ferri
supra triumphalem, populo acclamante, quadrigam,
quae in mundo sparsi plus sanguinis atque cruoris,

quam nec aquam recipit nec volvit pontus arenam.
Illa ego Falsettae quondam puttana diabli,
concepi et grossum portabam ventre botazzum.
Iamque propinquabat pariendi tempus et hora,
en mihi Luciferi coniux, materque lupazzi
vacca Satanasi, veniunt insemma comadres
ut mihi succurrant parienti tollere prolem.
Dumque fadigabant illam sterpare davantum,
scilicet ex vulvae, velut est usanza, latebris,
ecce duos natos culi sporchissima bocca
retro cagat, foedumque simul diffundit odorem.
Qui bene nec nati, bene qui nec ab ore cavati,
incepere statim se parvis battere pugnis,
atque ganassiculas ungis graffare tenellis.
Gaudebam, fateor, mecum, quod brutta somenza
sic portendebat regum terraeque ruinam.
Illos semper ego serpentum lacte cibavi,
atque dedi pueris basiliscas suggere mammas.
Iam tum certabant: quis dextram, quis ve sinistram
ebiberet sizzam, dantes sibi calzibus urtas.
Uni nomen erat Ghelphus, unique Gibellus,
qui mox, cressuti bis senos circiter annos,

nunquam altercari noctuque diuque finabant.
Accidit una dies ut se pistare feroci
lite comenzarent ongis rictuque canino.
Ghelpus adentavit morsu, canis instar, aguzzo
Gibelli digitum grossum, nettumque taiavit,
proque triumphato spolio portabat ubique,
ut diuturna foret proprio vergogna fradello.
Ille similmenter digitum, qui dicitur index,
dentibus abscindit Ghelpho, prorsusque revulsum
devorat et portat palesum more triumphi.
Dextra manus Ghelphi pulices cum police mazzat,
laeva Gibellini mortaros indice leccat.
Hic ego prostravi totum giottonibus orbem,
hisque macellariis rubefeci sanguine terram.
Dicite: quid nostra haec praesens brigata valeret,
si mea non adsit proles, quae spezzat, aterrat,
quae sotosora trahit totque urbes totque governos?
Ghelphus vult dextra banda gestare penazzum,
ast et converso Gibellus parte sinistra.
Hic per traversum taiat quaecunque taiantur,
illeque per longum penitus vult cuncta taiari.
Millibus in fraschis, bagatellis atque fusaris,

cuius sit sectae studiat gens pazza videri.
O bene gens pazza, o insanis et absque sapero!
Hinc melius quam vos animabus tartara persis
repleo, nec lasso veram succrescere sectam
atque fidem Christi, quae totum subderet orbem,
mille ruinasset Turcos, si mille fuissent,
quando assassinus Ghelphus et ladro Gibellus
non tantae in mundo sparsissent semina pestis.
Ergo per umbrosum facienda est danza baratrum,
quod via reperta est per me tutissima tandem,
unde fides Christi paulatim lapsa ruinet,
dum gentes italae, bastantes vincere mundum,
se se in se stessos discordant, seque medemos
vassallos faciunt, servos, vilesque fameios
his, qui vassalli, servi, vilesque famei
tempore passato nobis per forza fuere.
Talia dum memorans Alecto superba loquebat,
Thesiphone sdegnata pedes se se alzat in altos,
ac ita principiat, trarumpens dicta sororis:
- Baldanzosa nimis, demens, temeraria, nugax,
semper es, Alecto, nec te parlando misuras.
Optime quam fieret tecum, si meza palato

lingua tuo a nobis dudum taiata fuisset!
Nos fortasse magis de te ragionevola verba
saepe audiremus, non sic temeraria, non sic
insulsa et nullis penitus trutinata balanzis.
Dic mihi: quid populus, quid plaebs, quid vulgus inane
cum claris saviisque viris, plenisque governo?
Nil populo levius, nil plaebe insanius, et nil
vulgo mobilius toto reperitur in orbe.
Quisquis se iactat seu Ghelphum, seu Gibilinum;
hunc dic villanum villano stercore natum.
Et quamvis habeat brettam, scarpasque veluti,
et quamvis equitet celerantibus ante staferis,
si sectae unius se se ingerit esse sequacem,
lumine si torto guardat contrarius altram,
dic illi in facie: - Non es de sanguine claro,
non es signorus, dux, marchio, barro, nec es tu
gentilomo quidem, quia nemo prorsus eorum
has vilacarias centum seguitabit in annos. -
Scilicet acquistas bellae praeconia laudis,
teque potes vantare meos superare triumphos,
quae totum penitus mundum sotosora butasti.
Una tuis tamen est intacta Cipada colubris.

Ast ego, quam nec tu, nec vacca Megaera Cipadam
dismembrare unquam potuit, vel dedere liti,
sola modo feci facioque ferociter arma
in se, inque suam propriam convertere panzam.
Quis credat potuisse unquam me rumpere pacem,
tam firmam pacem, saldumque ligamen amoris
unius egregiae, clarae magnaeque Cipadae?
quae, postquam cunctas mundi sibi subdidit urbes,
venit in infernum Plutoni tollere sceptrum.
Baldus, Baldus adest, ille, ille rinaldicus heros,
cui tam ghelpha placet quam pars gibilina realo,
sit modo vel ghelphus, modo vel gibilinus, amator
nominis insignis, propriique sititor honoris.
Sunt hominum quidam stronzi, fraschae ve legerae,
qui regem Francae praesumunt dicere ghelfum,
quique gibellinum promulgant imperatorem,
nec tamen illorum prudentia summa pigatur,
talibus ut gnacaris voiant intendere mentes.
Baldus id audierat dudum, celer arripit ensem,
spezzatasque aperit portas, introque ruinat.
Quo viso sic sic intrare superbiter, ecce
concilium deforme fugit, linquitque cadregas.

Quales quum rubeos rutilans aurora colores
scoprit, et aurato mortalibus axe ritornat,
gregnapolae scapolant, noluntque videre lusorem,
et semper «gnao gnao» facientes nocte civettae,
sic inferna cohors, Baldo subeunte, scapinat,
nec valet aspectum tanti sofrire baronis.
Mansitat hic solus, vacuas videt esse cadregas,
unde corozzatus disquistilat omnia brando.
Dum studet huic operi, facies en grata Seraphi
apparet, qui saepe redit, Baldumque revisit,
cuius compagnos retrovaverat ante furentes,
quos ad notitiam cordis, cerebrique reduxit,
placatosque illos post se menaverat illuc.
Inde cito partit, superasque retornat ad oras.
At comites iterum scuras peragrare cavernas
incipiunt. Fracassus abit primarior altris,
cui fera voia bulit cornas streppare diablis.
Parlabant variis sic sic de rebus eundo.
Est qui Boccalum soiat; qui narrat averni
vatibus effinctas follas; unusque ricordat
quid de Guerrino Meschino legerit olim.
Dum quoque Falchetto recitabat Cingar amico

Virgilii sextum, res o miranda, quis istam
audiat et credat propriis nisi viderit occhis?
Ecce loqui cessat medio sermone retentus
Cingar, nil parlans, et imaginat omnia praeter
Virgilii sextum, nec se parlasse ricordat.
Falchettus pariter, quid Cingar dixerit illi
nescit, et attonitus fantasticat omnia praeter
Virgilii sextum, nec id auscultasse rimembrat.
Centaurus curas cervello mille revolvit,
vult hoc, vult illoc, nec quid velit eligit unquam.
Castellos fabricat Fracassus in aëre multos;
sic sua lingua tacet, si semper muta fuisset.
Iam salis in zucca nihil amplius Hippol habebat,
passat per centum sua mens vilupata chimaeras.
Fantasticanti Lyronus mente tenebat
sublatos oculos coelo, frontemque rapatam.
Moschinus pazzus, Philophornus pazzior extat,
multae namque homines faciunt stultescere curae.
Fanettus Grillusque simul pergendo tacebant,
sequemet admirant oculis in fronte tiratis.
Boccalus veluti fantasticus ante caminat,
labra movet, parlatque nihil, manibusque duabus

ad moram secum ludit, sine voce cridando.
At Baldus, liber labiis atque ora solutus,
inter compagnos infesta silentia sprezzat.
Dumque illis quandoque loquit, responsa domandat,
sed facti elingues illum tantummodo guardant.
- O - ait, - est magna haec novitas; o Cingar, apuntum.
O Lyrone, Hippol, nil vos parlatis? Et unde hoc?
Num, velut in claustris, versare silentia vultis?
Dicite qualcosam, ne vos via longa recrescat.
Vestro num Baldo respostam ferre negatis? -
Talia compagnis vir parlamenta movebat,
sed melius poterat muros audire loquentes;
quapropter, stancus iam factus in arte rogandi,
non vult indarnum mutas tentare loquelas.
Ad strabucconem sguerzis cum passibus ibant,
ut lanzchinecchi suescunt andare todeschi,
quando plus cocti quam crudi vina padiscunt.
Tunc huius causam vult Baldus scire negoci,
se gerit ante alios, cosam trovat ecce novellam,
sub pede namque suo sentit mancare terenum,
nec iam qua figat calcagnos terra videtur,

imo suspensus menat per inania gambas,
totus et andandi labor est sublatus ab illo.
Se retro convertit, compagnos mirat eadem
cum levitate sequi, tenuesque volare per auras.
Huic parlare volunt, sed tantum labra moventur,
et veluti muti ciliis, manibusque loquuntur.
Quisque suum sentit corpus properare legerum,
per quoddamque vodum, tacitumque feruntur agalla.
Gaudent sic nulla gambas andare fadiga,
donec ab exiguo flatu sopiantur in antrum.
Hic phantasiae domus est, completa silenti
murmure, vel tacito strepitu, motuque manenti,
ordine confuso, norma sine regula et arte.
Undique phantasmae volitant, animique balordi,
somnia, penseri nulla ratione movesti,
solicitudo nocens capiti, fantastica cura,
diversae formae, speciesque et mentis imago.
Gabia stultorum dicta est, sibi quisque per illam
beccat cervellum, pescatque per aëra muscas.
Hi sunt gramaticae populi, pedagogaque proles,
nomen adest, verbumque simul, pronomen, et illud
cum quo participant, reliqua seguitante brigata;

scilicet huc, illuc, istuc, hinc, inde, deorsum,
atque sinistrorsum cum tota gente cuiorum.
Argumenta volant dialectica, mille sophistae
adsunt baianae: pro, contra, negoque, proboque.
Materies non mancat ibi, non forma, Lyhomo,
ens, quiditas, acidens, substantia, cum solegismo.
Omnis haec assaltat compagnos illico turba,
ut moschae assaltant seu burum sive ricottam.
Me reperi, fateor, vino quandoque refectum
(quamvis nec modo sim sat liber satque speditus)
ire cavalaster sub sole, canente cigala:
ecce meam circum testam sex mille pusilli
moscini volitant, sicut volitare suescunt
borrono intornum buttae, spinaeque vaselli.
Sic phantasiae tenues, sensusque bizarri
dant simul assaltum sociis, picigantque cerebros,
intrantesque caput sotosora silentia mandant.
Baldus at intactus remanet, guardatque, stupetque,
ac tandem ridet, prenditque a Cingare festam,
qui, dum phantasmae nunc hinc nunc inde volazzant,
has seguitat, manibusque piat, sed deinde tenendi
huic destrezza deest, retrovatque piasse nientum.

Vidisti forsan pueros quandoque giocantes
velle piare manu moscas, praesone ficandas,
scilicet in charta, bis terque quaterque plicata?
Saepe quidem capiunt, retinentque in carcere pugni,
sed quando allentant digitos, panduntque pochinum,
ni cito scaltritas capiat manus altera, scampant,
et sic sic oleum, sic sic consumitur opra.
Cingar ita et comites, Baldo ridente, menabant
hic illic palmas, propter brancare coëllum.
Attamen, ut tandem stracchae lassaeque fuerunt
hae similes notolae seu guffi sive civettae,
has zaffare queunt, deque his implere besazzas.
Cingar de Paulo veneto Petroque spagnolo
mille baias recipit, subitoque in guttura mandat,
ac si mandaret coriandola zuccare facta.
Protinus it contra Falchettum, trenta debottum
argumenta facit, sed Falco logicus illi
respondet; chiachiarat, cridat hic, cridat ille, nec unquam
in centos annos pivam accordare valebunt.
Id quoque Lyro facit, facit Hippol, et ipse Bocalus.
Omnes altandem tanto rumore volutant

ethican et phisican, animam, centumque novellas,
ut sibi stornito Baldus stopparet orecchias.
Zorneiam Scotti Philofornus retrovat illic,
quam rapit et giurat libros squarzare Thomasi.
Alberti Magni Centaurus somnia zaffat,
vult fieri cunctis gratus, gnarusque futuri,
tollere cervellum cornacchis, prendere pisces
cum manibus, nec non sine clavi aprire seraias.
Fracassus quasdam saltantes undique ranas,
pissantesque retro, manibus graffare laborat,
dumque unam pugno stringit, fugit altera longe.
Boccalus normas Epicuri nescio quantas
absque labore capit, complectitur, inque botazzum
claudit ne fugiant, stoppatque cocamine busum.
Has inter follas scoperta est bestia tandem,
cui caput est asini, cui collum more camelli,
mille manus, ac mille pedes, ac mille volantes
fert alas, ventremque bovis, gambasque capronis,
quae si non caudam simiae de retro teneret,
cum qua dattornum nequeat scazzare tavanos,
toccaret summo coeli testone solarum,
atque vorare uno vellet boccone Minervam.

Sed quia quidquid agit, cauda mancante, lasagna est,
ducitur in nihilum, meritoque chimera vocatur,
quae parit oh magnos montes nascitque fasolus!
Hic quoque monstrum aliud duplici cum ventre videtur
qui sustentatur binis tantummodo gambis;
sic tenet impressos tacuini charta gemellos
Castora, Pollucem, monstrans signalia lunae.
Non aliter formatur ibi vir corpore duplo,
sive viri duplices coëuntes inguine tantum.
Dicitur hic Utrum; Utrum forma ista vocatur;
qui sibimet diris semper dat verbera pugnis,
scilicet alterutrum pars haec, pars illa flagellat.
Haec probat, illa negat, tandemque venitur in unum.
Attamen interea socii tolluntur ab uno
nescio quo motu, spinguntur et extra cavernam.
Quisque suis pergit iam gambis, quisque caminat,
nec penitus meminit quid nam vidisset adessum.
Phantasiae abeunt, quas in carneria nuper
sustulerant, redeuntque loco, prius unde recedunt.
Hi tamen et medii pazzi, mediique balordi
grande manent spatium, tandemque accasa ritornant.
O menchionazzi, qui fraschis tempora perdunt

talibus, atque suos credunt sic spendere giornos
utilius, quam qui macaronica verba misurant,
quam qui supra humeros Pasquini carmina taccant!
Isti nempe sua tandem levitate recedunt,
vos ad nestoreos semper stultescitis annos.
Ergo abeunt, et Baldus eis passata recontat;
nec procul abscedunt, en quidam saltat avantum
buffonus, mattusque magis, magis imo famattus,
namque cavalcabat cannam de more citelli,
cumque manu laeva corseri fraena regebat,
cumque manu dextra giostrabat fuste canelli,
in cuius summo gyrabat giocola quaedam,
quam, dum currit homo, ventus facit ire datorum.
De panno fert ille duas, quas drizzat, orecchias,
quas ve capuzzino fratesco supra tacarat,
cusitumque tenet strepitosum quaeque sonaium.
Saltat hic, atque facit manibus, pedibusque morescam.
Inde, manum porgens Baldo, danzare comenzat.
Baldus amorevolo non hunc sembiante refudat,
it secum ballans, et iens quocunque menatur.
Compagni rident, optantque videre quid istud
tandem importabit, danzam tutavia sequentes.

Nil pazzus loquitur, sed atezat, saepeque cascat,
quem levat e terra Baldus, nec tendit ad altrum
quam relevare susum cascantem saepe bufonem.
Post aliquod spatium, comparet machina grandis,
grandilitas cuius montem superabat Olympi.
Et quid erat moles tanta haec? erat una cococchia,
sive vocas zuccam, seccam busamque dedentrum,
quae, quando tenerina fuit, mangiabilis atque,
certe omni mundo potuisset fare menestram.
Ad latus ipsius, pro porta grande foramen
panditur hincve intrat buffonus, Baldus et altri.
Stanza poëtarum est, cantorum, astrologorum,
qui fingunt, cantant, dovinant somnia genti,
complevere libros follis vanisque novellis.
Sed quales habeant poenas, audite, poëtae;
audite, astronomi, cantores et chyromanti,
ut quoque vos tantas caveatis fingere baias,
et parasythiaca placeatis in arte Signoris,
quos castronatis, quos menchionatis ad unguem,
dando ad intender stellarum mille fusaras,
ac ea, quae possunt indovinare fachini
cum coniecturis rerum cosisque vedutis,

dicere cascari coniunctionibus, ac in
ascendente Iovis cum Virgine cumque Leone.
Zucca levis, sbusata intus, similisque sonaio,
in qua sicca sonant huc illuc semina dentrum,
astrologis merito, cantoribus atque poëtis,
est domus; ut, veluti petra iacta retornat abassum,
utque focus per se supremum tendit ad ignem,
sic leve cum levibus meschientur, vanaque vanis.
Stant ibi barberi, numero tres mille, periti,
est quibus officium non dico radere barbas,
sed de massellis dentes stirpare tenais,
hisque per ognannum sua dat sallaria Pluto.
Quisque poëta, uni, seu cantor, sive strolecchus,
barbero subiectus, ibi saepe oyme frequentat.
Barberus, dum complet opus, stat supra cadregam,
atque rei testam tenet inter crura ficatam.
Hic nunquam cessat nunc descalzare tremendis
cum ferris dentes, nunc extirpare tenais,
unde infinitos audis simul ire cridores
ad coelum, nunquamve opera cessatur ab ista.
Quottidie quantas illi fecere bosias,
quottidie tantos bisognat perdere dentes,

qui quo plus streppantur ibi, plus denuo nascunt.
Ergo sorellarum, o Grugna, suprema mearum,
si nescis, opus est hic me remanere poëtam:
non mihi conveniens minus est habitatio zucchae,
quam qui greghettum quendam praeponit Achillem
forzibus hectoreis; quam qui alti pectora Turni
spezzat per dominum Aeneam, quem carmine laudat
moeonia mentum mitra, crinemque madentem.
Zucca mihi patria est: opus est hic perdere dentes
tot, quot in immenso posui mendacia libro.
Balde, vale, studio alterius te denique lasso,
cui mea forte dabit tantum Pedrala favorem,
ut te, Luciferi ruinantem regna tyranni,
dicat, et ad mundum san salvum denique tornet.
Tange peroptatum, navis stracchissima, portum,
tange, quod amisi longinqua per aequora remos:
he heu, quid volui, misero mihi, perditus Austrum
floribus et liquidis immisi fontibus apros.

III

MOSCHEIDOS

LIBER PRIMUS

Grandia Moscarum Formicarumque furentum
proelia, desdegnos, fata cruenta cano.
Tunc et alhora suos abscondit Apollo cavallos,
quum ruere armatos vidit in arma duces.
Cuncta per intornum tellus squassata tremabat,
poca super coelos nec cagarella fuit.
Gens ceratana sinat vecchias cantare bataias,
squarzet Virgilios turba pedanta suos.
Magna fuit, confesso quidem, ruinatio Troiae,
quando cavallazzo credidit illa buso.
Fare parangonem sed quisquis voiat ad ipsam,
dictus ab egregia gente bachioccus erit.

Maxima materies ista est, quam sprezzat Homerus,
sit nisi macronicas dignus habere deas.
Non est Clionis, non est impresa Polynae,
hanc melius somam Togna gaiarda ferat.
Huic igitur sumitte humeros, Tognola, valisae,
sisque, precor, tanto digna fachina peso.
Urbs est in medio mundi, Moschaea vocatur,
cui fuit aeternum nomen, et est, et erit.
Haec in cervello romanos una tenivit,
unaque vastavit Cimicas, una Grysos.
Vincitora fuit variis spessissime guerris,
pensavitque altos subdere saepe deos.
Non armis tantum praestat provincia, sed non
accumulat tantas ipse Milanus opes.
Quid Vegnesa bravat galeazzis grandibus illis,
quarum tot riccas fert cava panza somas?
Quidve zenovesi loca per longinqua traversant,
carraccasve menant per freta larga suas?
Cum mercantiis totum Moschaea per orbem
navigat, itque alium sola trovare polum.
Undique Mosca suos fert remos, undique robbam
congregat, et spadas undique sola menat.

Mosca per Italiam, per Franzam, perque todescos
passat, et in Spagnae non timet ire sinum.
Per totas Asiae transcurrit Mosca marinas,
tartaricum nodat Mosca poiesa fretum.
O quantum locus est infelix atque dapocus,
in quo sdegnetur ponere Mosca domum!
Non ibi nobilitas, ibi non altezza videtur,
regales quoniam praticat illa casas.
Non dux, non princeps, non rex, non denique papa
mangiat, ni tavolae stet sibi Mosca comes.
Imo rapraesentant vix coram rege piattum,
credenzam regi Mosca galanta facit.
Vixque saporito repletur coppa phalerno,
protinus in dulci gurgite Mosca natat.
Non metuit celsam regum discurrere frontem,
reginisque suos stampat in ore basos.
Stabat in imperio Moscarum maximus ille
rex, qui Sanguileo nomine dictus erat.
Sex centas urbes, castellos mille regebat,
quorum montagnae pars sita, parsque mari.
Est urbs quae Francoys dicta est, Pelleraque, Crostis,
Stroncia, Merdabragas, Tegnaris, Ossa, Muluc.

Ergo hic Sanguileo, dum summa in sede repossat,
en sprovista sibi Mosca stafetta venit,
anxia pro cursu, multoque schitata lavacchio,
sanguine cui tepido testa ferita pluit.
Illa spaventoso se vultu portat inanzum,
et regis tandem se butat ante pedes.
- Heu quid hac indarnum - clamat, - rex, sede superbis?
Heu quid solazzas, nec tua fata vides?
Heu quia non lautis prodest squaquarare vivandis,
splumatosque super nocte iacere thoros.
Heu male gustigolo caricas mangiamine mensas,
heu male dat schenam magra cavalla suam.
Frustra sbercigeros asini corroditis occhios,
frustra vos pascit stizza gratata canis,
frustra tegnosos stimulatis dente pitoccos,
frustra dat lautos quaeque carogna cibos.
Siccine vos giovat bognones suggere dulces?
siccine marza suas Franza ministrat opes?
siccine delectat villanas rodere gambas,
siccine todescas saepe lecare bragas?
Tenditis ah panzam lombardis pascere quais,
nulla potest vestros merda latere canes.

Non est iste modus, quo sis celeberrimus, o rex,
quo tua caesarico fama sit aequa sono.
Haec via non illa est, quae te, nos nostraque servet.
Sed magis ad marzam cogimur ire stuam.
An latet exemplum te porci Sardanapali?
Si latet, orecchias nunc mihi porge tuas.
Inter foemineas capitanius ille catervas,
gessit prodezzae signa notanda suae.
Dummodo de Bacchi Venerisque libidine tantum
pensitat, et pinguis nodat in amne brodi,
improvista sibi tempestas venit adossum,
scilicet armigeris ducta bataia viris.
Vulnera spadarum non sunt basa grata donarum,
foemineum targas non patet esse latus.
Lamentabatur nimium pesare corazzam,
et nimis elmettum molle gravare caput.
Quando cavalcabat, miser hac pendebat et illac,
ut male supra asinum soma ligata facit.
Gobbus ad arzonem palmam attaccabat utranque,
et pectoralem credidit esse briam.
Ibant stafferi ter centum circa cavallum,
et ne cascaret brachia tensa dabant.

Sed quando trombae trepidum tarantara sensit,
vanuit impletis ille repente braghis.
Amisit regnum, amisit poltronus honorem,
foemina costumis, nomine vixit homo.
Ecce tibi sortem reminiscor Sardanapali,
alter, ni sapias, Sardanapalus eris.
Tu stas, Sanguileo, tibi stesso scalpere ventrem,
et nescis regni pessima damna tui.
Butta via mantum regalem, butta bachettam,
vadat et in centum fracta corona micas.
Indue corrottam, decet haec tua funera, cappam,
reginaeque tegat nigra veletta caput.
Aurea de summis cameris spalleria caschent,
de fundo ad cuppos sit nigra tota domus.
Ut desperatus, stygium domanda diablum,
forcaque sit vitae cura suprema tuae.
Rex Formicarum, fortissimus ille Granestor,
si nescis, populos trat sotosora tuos.
Centum mille uno fudit certamine Muscas,
in portuque tuas miscuit igne rates.
Ragnifugam campi caporalem carcere chiavat,
quem supra forcas colla tirasse puto.

Artelaria nihil sboccavit nostra balottas,
nam fuit in lactis tota negata lago.
Sic ego mortiferas accepi quinque feritas,
pro quibus en stanzas deserit alma suas. -
Sic dicens, illam tiratis calzibus efflat,
quam sacer ocharum nunc paradisus habet.
Talibus auditis, suspirum tale budellis
rex cavat, ut visa est ira tonare Iovis.
Mox veluti pazzus, regalem contra decorem,
saltat ab aurati protinus axe troni.
Dat sibi guanzatas, tundit sibi pectora pugnis,
collericoque sacram dissipat ungue togam.
Moscarum subiti clamores atria complent,
totaque palmarum plausibus aula tonat.
Accurrit moesta urbs, stipatur ubique palazzus,
nec tanti constat sat bene causa mali.
Ecce maritatae squarzato crine madonnae,
quaeque suo rauco clamitat ore virum.
Conclamant patres natos, natique parentes,
communis vidua crescit in urbe dolor.
Non tantus Romam strepitus sotosora butavit,
quum Caesar Bruti mortus ab ense fuit.

Iamque super volucrem balzarat phama cavallum,
it via, nec trombam spiccat ab ore cavam.
Mille galoppatim complerat iamque miaros,
nec datur ah! stracco spelta, nec orzus equo.
Per totos mundi sentita est tromba paësos,
donec, ubi regnat Scannacavalla, rivat.
Scannacavalla gigas est magnus, rexque Lisaeae,
quae sua Commacchio terminat arva freto.
Ipse Tavanorum populos, gentemque governat,
nilque tiranizans savia testa fuit.
Rex huic Moscarum dederat pro uxore sorellam,
cui beltas Helenae, Merdola nomen erat.
Non stat hic indarnum, cugnati fata repensat,
et Cantarellis ponere fraena iubet.
Ista cavallorum razza est, animosa batais,
quorum culattas ferrea barda tegit.
Imponunt famuli varias canzante copertas,
rex salit et velox alba chinaea volat.
Illico tota cohors post cursum regis arancat,
et Cantarellas it stimulando suas.
A tergo veniunt cariazzi tardius, ut qui
vallisas portant in sua terga graves.

Ardua colla ferunt multo resonante sonaio,
quos mea Limagas nomine Gosa vocat.
Unius in manco mensis rex stancus arivat,
cui dolet ob longam quaeque culatta viam.
Moschaeae portas multo non absque tumultu
introit, et drittus regia tecta petit.
Hic iam desmontat, staffam retinente barono,
ac subito scalae montat otanta gradus.
Iamque venit dentrum, per salas, perque caminos
passat, et hic Moscas cernit ubique gramas.
Antiporta levant celeres hinc inde scuderi,
per centum cameras Scannacavalla meat.
Ducitur altandem dentrum penetralibus altis,
rex ubi Moscarum Sanguileonus erat,
qui tunc cugnato visto se appena redrizzat
in pede, nec potuit non madefare genas.
Scannacavalla etiam quantillas lumine gozzas
edidit, at laetos sic dedit inde sonos:
- Quo tua, Sanguileo, prudentia nota calavit?
quo mens, quae binos terret utrinque Ioves?
Non animus tibi stat regis, non scaeptra tenentis,
non est cotali danda corona viro.

Si Tamira sui flesset pro morte fioli,
scampasset magni gensque caputque Cyri.
Si tot amazzatos lagrimasset Roma guereros,
Scipio non primum ferret in orbe cridum.
Degenerant nimium lachrymae, minuuntque decorem,
nilque potest savio turpius esse viro.
Sunt lachrymae pueris magis aptae, suntque puellis,
quae bagnant causa fletibus ora levi.
Nos quibus immisit sennum natura virilem,
ut quid ab adversa sorte gitamur humo?
Nosco valentisiam, pelago saltante, nochieri;
nosco animum fortis, Marte furente, ducis.
Iuppiter humanam si vellet sternere gentem,
sumamus, cur non? proelia contra Iovem.
Seu fas, sive nefas, debemus regna tueri,
non tamen ut lacrimis, sanguine sed proprio.
Eya age, Sanguileo, propriae te redde rasoni,
nosce parentadi quanta sit umbra tui.
Vosque senatores savii gentesque tribunae,
conseium vobis tam date, quam populo.
Si vos lugetis, sic urbs moestissima luget;
si vos ridetis, ridet et illa simul.

Conseium regi vestro praestate saputum,
de vobis regimen non piat ille pocum.
Agmina Moscarum si bello tanta morirunt,
num quoque reliquiis Zarra lavanzus erit?
Sunt sunt Moscarum, sunt vendicanda Tavanis
funera, sunt squadris bella cienda meis.
In punto mittam sex centos mille Tavanos,
quos facit armigeros longa bataia viros.
Pars equitando solet curvas portare balestras,
pars alio grossos more cavalcat equos.
Pars pede fert piccas, pars implet pulvere schioppos,
sbombardantque mihi per mare mille rates. -
Dixerat haec, animosque sibi revocaverat aegros,
inque suo steterant corda fugita loco.
Vergognantur enim lachrymis imitasse putellos,
ac ita maturam deposuisse guisam.
Postquam Sanguileo ter strinxit Scannacavallam,
et grates docto reddidit ore suas,
congregat ad din don campanae grande pregaium.
istaque tunc populo verba pochina facit:
- Sic sic alta volunt, sic pensant, sic ve comandant
numina, sic filos forfice Parca taiat.

Scannacavalla tamen verbis consolat amicis,
datque suus grandem sermo disertus opem.
Eya quid indarnum nos mundo vivimus isto?
Non est, ut cedant arma cruenta togae;
non vos affectus, seu patris, sive fioli,
vincat, sed patriae respiciatur amor,
nec tantum patriae, sed regis, sed capitani
Ragnifugae, quem nunc scivimus esse presum.
Nonne recordatis quas tanta per arma, per undas,
hic Pulicanaea fecit in arce provas?
Nonne quod in Cutica, quando sex mille Pedocchios
brusavit, superos igne tocante polos?
Xersis in armata si dux tunc ipse fuisset,
fors isset alio tanta facenda modo.
An dux perdendus talis? non qualis habetur,
seu sit, sive fuit, seu paladinus erit.
Parlamenta igitur vadant, veniamus ad arma;
Moscas armari per mea regna volo.
Cum septem centum transibimus aequora fustis,
quaelibet est virdae scorcia longa fabae. -
Sic ait, et - Fiat, fiat - Moschaea cridabat, -
fiat quod noster rex cupit atque iubet. -

Mittuntur cunctas in bandas illico bandi,
currunt ad iussos quaeque stafetta locos.
Plena tesororum reserant aeraria patres,
soldatis siquidem debita paga datur.
Non nisi tamburros sentis accendere Martem,
atque petezantes tantararare tubas.
Contra Formicas odium crudele stigatur,
quarum se pasci velle cruore bravant.
Qui iurat patrem, qui vendicare fradellum,
qui bramat spadam sanguibratare suam.
Iuppiter at sub se iam baltegare solarum
senserat, et smortos cernit in ore deos.
Smergolat in colera, chiamat: - Cur tremmat Olympus?
Cur mea sunt fumo sydera brutta nigro?
Nunquid adhuc veniunt nos assaltare gigantes,
bassaque gens nostras struggere cercat opes?
Heus, Vulcane focum, pegolamque, bitumina profer,
cumque trementinis sulphura mista nigris.
Porta spaventosum fulmen, brusabitur orbis:
humanum, quam nos, malo perire genus. -
Mercurius respondet ei: - Ringratia fatum,
quod non contra tuos guerra fit ista deos.

Nunc tamen est tempus, quod quatti stemus acasam,
Solque stet in thalamis, Lunaque scosa suis.
Nullus praesumat, seu divûm sive dearum,
iam modo venturas cernere velle brigas.
Ne bombardarum quando scoccamina fiant,
rumpamus nobis colla, cadente polo.
Inter Formicas et Moscas tanta coorta est
ira, furor, rabies, collera, stizza, focus,
ut, nisi pacificet Calabronus maximus illas,
diluvius mundo sanguinis alter erit. -
Iuppiter intremuit, Solem remanere comandat
qui striggiare suos tempus habebit equos.
Neptunus quoque rumorem sub gurgite sensit,
itque sua in fundo tota roversa domus.
Nymphae concurrunt trepidae, divique marini,
quos huc, quos illuc multa paura fugat.
- Quis Satanasus - ait Neptunus, - trentaque para
tam cito compellit vos scapolare viam?
Aeolus absque mea nunquid rex ille saputa
per mare Garbinos lassat abire suos?
Eya cito, nostrum spatianter ferte tridentem,
Aeolus hic audax est aliquando nimis. -

Triton respondet: - Non hoc solet ille fracasso
mittere diavolos nostra per arva suos.
At sunt armatae centum settanta galaeae,
quae Zenzalarum millia mille ferunt.
Itur in auxilium Moscarum, Mangiaque vacca
dat regio squadras et Codegora suas.
Nonne maris schenam tanto sub pondere sentis
flectier? ah nimias portat apena rates!
Sunt Calcinelli, Peverazzae, suntque capaces
Cappae, sunt Conchae dimidiaeque nuces.
Talibus utuntur corsari navibus et qui
mercadanteschis mercibus aequor arant.
Rex Zenzalarum, Cosinus nomine, passat
hoc pelagi golfum terrificatque deos. -
Neptunus se se tanto sermone tasentat,
itque per algosas, corde tremante, casas.
Gaudet Sanguileo, Zenzalis obvius ibat,
quas magno in portus coepit honore suos.
Artelaria sonat bom bom, allegrezzaque fitur,
et campanarum din don ad astra volat.
Vixque arrivarant Zenzalae, maximus alter
fit sonus, et mundi machina tota tremit.

Innumerae apparent banderae desuper Alpes,
armorumque procul tersa metalla nitent.
Nunquid erunt sguizeri? nunquid vascones et illa
gens brava cum squadris italiana suis?
ista todescorum num proles apta batais?
mandat spagnolos num quoque Spagna suos?
Non sunt spagnoli, taliani, lanzque chinecchi,
non sunt vascones, non sguizerique simul,
sed Moschinorum descendunt culmina squadrae,
rexque suus nomen Siccaboronus habet.
Nec quo descendit, nec ubi sol nascitur, unquam
dux tam crudelis, quam fuit iste, fuit.
Iurarat siquidem totum sibi subdere mundum,
atque Iovem sediis praecipitare suis.
Non fuit in guerris, nec erit magis armiger alter,
et qui plus hostis temneret arma sui.
Huic tota Ebrietas provincia, Tartaris aequor,
atque Barillensis subdita vallis erat.
Sanguileo tantum capitanum laetus abrazzat,
mox bona soldatis dat casamenta suis.
Partibus ex aliis veniunt Myrmicoleones,
qui grottas habitant, rustica turba, cavas.

Non fuit in terra gens assassinior unquam,
quae Formicarum membra vorare cupit.
Ut metuit Soricus Gattam, Leporettaque Braccum,
sic Formica istos contremit, oyme, ladros.
Rex huius populi crudus Myrpraeda vocatur,
a quo nulla unquam forza stimata fuit.
Sive sit herculeum robur, sive Hectoris ingens
sit prodezza, unum non stimat ille figum.

Menat hic armatos sex centum mille guereros,
nemo cavallaster, quisque pedester erat.
Quinque simul reges ergo Mars fortis adunat,
qui soldatorum mille miara guidant:
Scannacavalla gigas, Myrpraeda, Cosinus et ille
Siccaboronus atrox, Sanguileoque ferox.
Omnibus insemmam iunctis. Formica petenda est,
contra Formicam mundus in arma ruit.
Sanguileo cunctos capitanos chiamat in unum,
verba quibus docto protulit alta sono.
Supra caput stronzi montaverat altior altris,
ac ibi quae orandi sint documenta dabat.
Seu sit Sanguileon armatus sive togatus,

vincitur hinc Caesar, vincitur inde Cato.
Mox ubi soldatos oratio longa feroces
egerat, ordinibus campus abire parat.
Sanguileo rutilis vestiverat arma metallis,
de duro ciceris cortice facta nigri.
Dimidiam gussam fert pro targone fasoli,
estque sibi porchae lancea soda pilus.
Excusat fortem milii pars mezza celatam,
stat pro pancera maxima gussa fabae.
Interea grandis fit sgomentatio campi,
ducitur indomitus Sanguileonis equus.
Hic erat ex illis, quos dicunt nomine Grillos,
qui faciunt saltos ampia per arva leves.
Ista cavallorum duplex est razza: camini
una busos habitat, ruris at una foros.
Mantellus baius est illis, istisque morellus,
hi currunt, illi saltibus astra petunt.
Sanguileonis erat totus niger ergo cavallus,
quem stranium numerus gentis apena tenet:
nitritu reboare gravi sentitur Olympus,
totaque sub pedibus terra tremare suis.
Imbrattat sabiis coelum, quum calcitrat, et quum

soffiat e naso spiritus astra fogat.
Sanguileo, cunctis facientibus illico largum,
saltat in arzonem, stringit, et urtat equum.
Mox ad naspantes, ficco sperone, galoppos
hunc movet, ac gentes it rasetando suas.
- Vivat Sanguileo, vivat Moschaea - cridatur,
cernis et antrattum mille cavare bretas.
Tota super grossos equitant Moschamina Grillos,
centum Grillinis mille feruntur equis.
Scannacavalla suos alia quoque parte Tavanos
ordinat, et squadras praticus octo facit.
Magnus hic est busto, sed sensu magnior alto,
doctus et ad guerrae scire piare modos.
Ad strabucconem sua nunquam gesta movebat,
inque armis Fabius Maximus alter erat.
Mente ferebatur savia, non corde feroci,
ut faciunt plures absque rasone duces.
Qui, nec appizzatur simul atra barufola guerrae,
omnes in pezzis praesto taiare volunt.
Non ita maturus rex Scannacavalla solebat,
imo reposato fatque refatque modo.
Hic habuit quondam cum Vespa forte duellum,

qui tandem multo victor honore fuit.
Illius e cauda stoccum detraxit aguzzum,
qui plus quam mortis frizza forando forat.
Ast ordinanza Cosinus ponit in altra
Zenzalas, aliis ne minor esse parat.
Lendinis hunc totum pellis durissima coprit,
in qua nulla taium spada tacare potest.
Non nisi de humano Zenzalae sanguine vivunt,
unde cruentatos cernis habere musos.
Non usant spadas, stoccos, mazzasque feratas;
Zenzalis piccas tradito, victor eris.
Sunt scarnae, assuttae, nervosae, saltibus aptae,
unde sciunt hastas ben manegiare leves.
Fantaria quidem tota est, cui iuncta nigrabant
Myrmicolionis agmina ducta viris.
Grillus equus Moscham, fert Cantarella Tavanum,
it Zenzala pedes, Myrmilioque simul.
Non minus ergo suos curat Myrpreda guereros,
quos bene guarnitos unit et arte docet.
Gens sassina quidem est, at in armis pratica multum,
et cui phama, magis quam sua vita, placet.
Sunt pedites cuncti, picchis utuntur aguzzis,

quas segetum summis prodit arista comis.
Hos regit ille gigas Myrpreda stupendus in armis,
totum Farfallae quem tegit ala finae.
Inter Formicas et hos de gente ladronum
semper guerra fuit, est quoque, semper erit.
At Moschinorum rex, crudus Siccaboronus,
sfodrato squadras instruit ense suas.
Se Parpaionum duris vestiverat alis,
est tineae scutum mezza ganassa suum.
Mittit corseros regio Fornarica fortes,
quos Panarotos nomine dixit Adam.
Sunt lunghi et nigri, vecchio de pane creati,
qui Moschinorum esse probantur equi.
Moschini armantur stuppa, quae circa borones,
circaque cannellas dura venire solet.
Est Mussattorum talis destrezza, quod uvae
trant vinazzolos belligerando graves.
Ex his semper habent carneria plena balottis,
cum quibus elmettos, duraque scuta terunt.
Post has ergo acies, post agmina plurima monstrae,
obtinuit duplices quaeque caterva pagas.
Sanguileo vecchios reseraverat ante tesoros,

nec sua sparagnat praemia militibus.
Spendit abundanter, quia sic faciendo valentos
reddit soldatos, dispositosque mori.
Non modo stendardos, modo non insignia narro,
namque nocet capiti chiachiara longa meo.
Si varias scribam linguas, variasque dovisas
nullus et inchiostrus, nullaque charta sat est.
Non nisi banderae, nisi non vexilla volazzant,
suntque pavaionis littora plena tesis.
Hic contestabiles, caporales et capitanos,
lanzaque spezzadas, magnanimosque ducas,
marchesos, contos, alpheros, logotenentes,
cernebas proprium sollicitare gradum.
Hic lanzae, spadae, targones, scuta, celadae;
hic trombae, gnacarae, timpana, corna, cifoi.
Circumcirca tremunt colles, reboantque riverae,
celsaque de vastis rupibus echo tonat.
Soldatos animat trombarum tararan illud,
atque nihil mortem corda stimare facit.
Navibus interea complentur littora carchis,
millia per salsas vela videntur aquas.
Hae sunt carracchae, sunt fustae, suntque galaeae,

schirazzi, grippi, lignave quaeque maris:
Scilicet armatae sunt multo milite scorzae,
dimidiae giandae, dimidiaeque nuces.
Trant sursum anchoreos rampinos undique nautae,
vela favorevolis dant sofianda notis.
Tercentum cordae mollantur, sive tirantur,
unde cridat rauco multa cirella sono.
Non monitiones, non hic vittuaria mancat,
maxime sed guerris artelaria decens.
Sanguileo primus galionem scandit in amplum,
qui patuit cortex Gambaris esse vodus.
A poppa et prora stant centum passavolantes,
gens ubi ballottas dat Scaravazza suas.
Gens Scaravazzorum, quam larga Boëtia nutrit,
ballottas mira fabricat arte graves.
Tota suum regem seguitat Moschaea valentem,
vix infassatus restat in urbe puer.
Denique sgombrantes portum, lata aequora complent,
quae male soffrendo pondera tanta gemunt.
Incutit horrorem coelo, terraeque, marique
tam numerus rerum, quam sonus, atque cridor.

LIBER SECUNDUS

At non Formicas tanta haec bravura spaventat,
quae iam praescierant bella futura sibi.
Ipse senatores Granestor convocat omnes,
fitque inter savios disputa longa duces.
Supra Formicas scoeptrum regale tenebat
Granestor, sperans altior ire deis.
Consilio semper saviorum cuncta movebat,
quapropter bellum victor ad omne fuit.
Illuc praecipue magnus Myrnuca vocatur,
qui Formicarum dux generalis erat.
Inter Formigenas nemo robustior illo,
qui solus grossae fert duo grana fabae.
Quamlibet armorum guisamque, modumque sciebat,
omnis et ingenio res erat apta suo.
Multa reportarat giostrarum praemia secum,
milleque de bustis tolserat ense capos.

Mille capos, inquam, mozzarat iure duelli,
omnia cartellis plena fuere suis.
Unde galoppabat totum sua phama per orbem,
nec siluit forzae cridor ad astra suae.
Non multum tenuit regnum, nec habere cupivit,
rocca valoroso sat fuit una viro.
Nux erat in summo rapae fundata colengo,
quae busa Myrnucae rocca superba fuit.
Hinc sibi composuit nomen Myrnuca decenter.
Myrnucam Myrmix cum nuce iuncta facit.
Sed quia de paribus semper furor invidus exit,
gestibus invidit, Siccaborone, tuis.
Dudum cartellos in te per ubique tacarat,
ut seu tu mundo, seu foret ipse prior;
at tu sprevisti secum brigare superbus,
cum sis rex, et cum rege sit ille minor;
unde raquistandi regnum sibi voia venivit,
quo tibi certandi scusa niuna foret.
Ante senatores Formicas venerat ille,
cui data communi laude bachetta fuit.
Se prius indignum tanti accusavit honoris,
mox tamen impresae cingitur ille datae.

Formicarum ingens bellaxque exercitus arma
induit, et Moscas contravenire parat.
Ponitur in punto campus, gens, tela, cavalli,
banderae, lanzae, busa metalla simul.
Sed quia per varios audit rex ipse spiones:
quinque coronatos castra menare viros,
non audet tantae se impresae accingere solus,
at petit antiquae regibus arma lighae.
Quattuor acciti reges cito tela parecchiant,
perque Alpes veniunt agmina, perque fretum.
Prima Pedocchiorum comparsa est zurma bravorum,
quos rex a Cutichae clymate Furfa guidat.
Armant hi duris tegnae sua corpora crustis,
Zanninumque fabae quisque cavalcat equum.
Caganiellus item Formicis portat aiuttum,
qui Pulicum caricas ducit otanta rates.
Boscosam sub iure suo tenet ipse Lasaenam,
eius et imperio sylva canesca datur.
Gens haec atezatrix leggiadro corpore saltat,
vincit et aethiopas bruna colore nigros.
Eius ab humana vix ungue corazza foratur,
Orlandi ut fuerit scorza fadata minus.

Venerat et Cimex, Putrifola nomine, qui rex
totum Lettiriae per mare sceptra tenet.
Gens sua Lympirides equitat, quae nocte vagantur,
itque coruscantes nocte cagando focos,
unde Cagafocos stirps Cimica nominat illos,
atque cavallazzos eligit esse suos.
Muschifur hic etiam Ragnorum maximus est rex,
cui smisurati forma gigantis erat.
Ipsius officium est muraias condere fortes,
condere trinceras et casamatta simul;
it pedes, atque suos pedites facit ire gigantes,
crura caminandi sunt quibus apta diu.
His igitur simul addunatis, mira tenetur
ordinanza, velut pratica banda solet.
Granestor, nec non quaevis Formica, Locustas
spronat et his Moschae contremit agmen equis.
Iam mare Sanguileo Pulicum calcabat, et alta
aequora, quae velis tota coverta fremunt.
Ipse suis mundum privarat Apollo cavallis,
nec dare lusores vult bona luna suos.
Aeolus en valido rallentat fraena Siroccho,
claraque fumanis turbulat astra suis.

De quibus ille fero cum turbine saltat in undas,
spernazzatque nigras impetuosus aquas.
Ut sua natura est, pelagus sotosora butatur,
pascit castrones nigra per arva suos.
Sanguileo clamat: - Quam das, o nauta, novellam? -
Respondet: - Mi rex, prava novella datur.
Non hoc spero equidem garboio prendere portum,
non si mi faciat Iuppiter ipse fidem. -
Talibus auditis, tollit Moschaea cridorem,
nam timet insano quisque perire freto.
At magis undosas montagnas aequor inalzat,
fitque procellosi strania danza chori.
Nocchieri affrettant mollare, tirareque chordas,
sollicitos vitae mors fugienda facit.
Quisque gubernator male scit manegiare timonem;
ars, ubi ventorum fit violenza, perit.
Millibus in squarzis operantur vela nientum,
Nec disgroppari quaeque ritorta potest.
Saepe simul naves urtant, spezzantque vicissim,
et linquunt tabulas per freta larga suas.
Unde marinari iam temnunt iussa paronum,
quaeritur at vitae scampus ubique suae:

qui brancat tavolam, qui remum, quique coëllum.
qui despoiata veste nodare parat.
Hac, illac, fustae balzant, grandesve caracchae,
huic temo, huic velum, spiccus huic arbor erat.
Sanguileo flexis et Scannacavalla zenocchis
stabant, unde suis vota tulere deis.
Sanguileo favae vult sacrificare Zaninum,
cuius sit pellis digna gonella Iovi.
Scannacavalla duos Serapicas, tresque Pedocchios
Myrpraeda, et magnae busta Cosinus Apis.
His etenim sperant votis rehavere bonazzam,
nulla sed his votis chinat orecchia deûm.
Unius ob causam scelerati nempe guereri,
mitigat iratos nulla preghera Ioves.
Siccaboronus is est, qui solus despicit undas,
seque facit beffas aequore posse mori.
Solus dispresiat coelum, tonitrumque menazzat,
solus in instanti morte petezat aquas.
Biasmat eos, qui sic genibus fant vota pigatis.
Imo Iovi zurat: velle scanare Iovem.
Saepe ficas coelo monstrat, scopritque culamen,
saepe travaiatum percutit ense fretum.

Fortius unde illud percussum mugit, et altis
bagnat hiperboreum saepe Booten aquis.
Horrendos offensa tonos dant nubila sursum,
mox aperit gravidos imbre ruente sinus.
Siccaboronus opem vult navi tradere solus;
dumque studet cordas solvere, frangit eas.
Quando comandabat, si non obeditus ab altris
praestus erat, miseros praecipitabat aquis.
Non dicit - Guarda, - sed buttat in aequora multos,
hac libare suam noverat arte ratem.
Illa tamen duro spezzatur denique scoio,
absorbetque ingens rupta carina fretum.
Sed quid? deventat magis ille, magisque superbus,
sit licet in grembo mortis ad usque gulam.
Grande vinazzolum subito abbrazzaverat uvae,
quo sua sostegno vivere vita potest.
Non tamen interea, dum crura et brachia menat,
turpia desistit dicere verba deis.
Dat pugnos, calzosque mari, tutavia natando,
vultque ad despettum mortis abire foras.
Mors desperatum timet assaltare gigantem,
qui mortem morti tradere velle bravat.

Unde gaiardorum columen finaliter undis
se cavat, et magnam liber it extra brigam.
Vult plus quam maium, giurat, chiodumque piantat
infima Plutoni tollere, celsa Iovi.
Vultque governa maris Neptuno prendere, vultque
hos super imperios unicus esse deus.
Vult sua sit coniux Pallas, sit serva Diana,
et iam facta vetus sit rofiana Venus.
Vult quoque Mercurium doro appicare sogheto,
cuius ad officium Mars manigoldus erit.
Solus it armatus, cui stat samitarra galono,
quam duro ex hominis cuderat ungue Sterops.
Nullis fortunae percossis ille pigatur.
sola sed ah stimulat viscera magra fames.
Non Leo sic vacuis cridat peragrando budellis,
quum capitat griffis bestia nulla suis,
ut flos heroum sforzatur ventre famato,
saepe grave in nuda sternere corpus humo.
Tandem longe videt summae fastigia turris,
ad quam sollicitos frettat habere pedes.
Turris haec altus erat fungus, qui sydera toccat,
multaque sub tundo culmine rura coprit.

Quattuor hic Pulices armato corpore stabant:
nam Formicarum sat prope campus erat.
Pinguis in aguzzo rostitur Lendina speto,
quam coquit ardentis copia multa paiae.
Expectant illi quod sit bene cotta lecardi,
statque super cagolam mensa parata caprae.
Non procul est vini grossissima butta racentis,
cum qua iuxta focum iam squaquarare parant;
scilicet ex uvis albanis nobile granum
praestus adocchiatum Siccaboronus habet.
Introit audacter, velut est usanza gaiardi,
et movet aspectu talia dicta bravo:
- O compagnones, vobiscum ducor a coenam,
me vester quoniam rostus odore tirat. -
Unus respondet: - Non hic, compagne, taverna est;
albergum quaeras in meliore loco. -
Siccaboronus, apro similis, iam ferbuit ira,
totaque de colera fazza bianca venit.
- Per stygiam - dixit - dabitis coenare paludem.
Gentilezza negat quod dare, forza dabit. -
Cui responderunt: - Per forzam tollere vis ne? -
Siccaboronus: - Ita, sufficientus ero. -

Non supportarunt Pulices ea verba superbi,
dant subito chiappum, telaque nuda piant.
Siccaboronus, habens animum dextramque paratam,
fulmineo vacuat protinus ense fodrum.
- A trincatores! - inquit, - gens apta tavernis,
nil timeo vestras, trista canaia, minas. -
Sic ait et spadam vibrans hic praestus et illic,
hos sibi lontanos brachia quinque tenet.
Circundant illum Pulices saltonibus altis,
sed quantum extendit se daga, retro tirant.
Ursa famata paret mastinos intra cagnazzos,
exiguum nec adhuc perdidit ille pilum.
Nullo se pacto sgomentat, quattuor inter
saltantes Pulicos, maximus ille baro.
Imo caneggiatus, mistas cum sanguine bavas
dum vomit, hostiles fat retirare pedes.
Quoque magis retro vadunt, magis ante ficatur
vir, nec terreni perditur onza sui.
Unus at ecce Pulex dardum de longe balanzat,
scilicet ereptum Muris ab aure pilum.
Siccaboronus habet lyncis bellando vedutam,
saltat et a colpo retro it, inde subit.

Nunquam vista fuit leonessa velocior illo,
quum simul indretum, quum simul ante salit.
Perstringit spallam Pulicis fendente sinistram,
et calat in dextrum spada taienta latus.
Ecce ruunt terrae patefactis viscera panzis,
itque diabolicas umbra trovare casas.
Nec se contentans unam hanc monstrasse prodezzam,
ad coelum salto se levat octo pedes.
Se levat octo pedes Mussati, Siccaboronus,
atque aliam rutilo spiccat ab ense provam.
Dum calat e coelo, Pulicem male tractat un altrum,
quem medio capitis vertice spada ferit.
Non elmus durat, quamvis sit gussa lupini,
millibus in pezzis longe tridatus abit.
Totum se abscondit tenera in ventralia ferrum,
sic duo iam Pulices tartara nigra petunt.
Tertius ecce Pulex incautum Siccaboronem
post cuppam chioccat falsus, et ille cadit.
Ille cadit, sed non aliter sua gamba resurgit,
quum tangit duram sgonfia balla petram.
Inde magis factus colerosus, tartarus heros
nettum roverso truncat utrumque genu.

Ultimus expavit, scapolat saltonibus inde,
quem desdegnatur mens generosa sequi.
Elevat orgoium, post unum currere temnit,
sed vadit longam pro satiare famem.
Incipit ante focum rostitam mandere Lenden,
omnia cum totis carnibus ossa vorat.
Mox uvae granum tribiani siccat afattum,
et vino tandem factus alegrus abit.
Sanguileo iam iam tota cum classe suorum
sub valida portum coeperat arce Chyni.
Est Chynus arx Pulicum fortissima versus Arognam,
Sanguileo tamen hanc prendit et igne brusat.
Hinc abit, huncve sequens exercitus omnis arivat,
flumen ubi Vermer cum Brue iungit aquas.
Urbs ibi Crappa sedet fluviorum meza duorum,
Crappa caput mundi, metropolisque Brugi.
Urbs ea non altrum est quam morti testa cavalli,
qua sunt pallazzi mille, tre mille casae.
Illam Sanguileo vult expugnare, sed intus
Ragnorum princeps Muschifur arma tenet.
Stat pro Formicis, nec vult dare moenia Moschis
Muschifur, aguaitis valde provista suis.

Condiderat largum sibi gens Ragnina stecatum,
quem nihil aut pocum Mosca forare potest.
Ter centum vigilant noctesque diesque Pedocchi
semper, et in muris - Fa bona guarda - cridant.
Sanguileo grossos tamen illuc trare canones
mandat, ut urbs seu vi sit presa sive dolo.
Artelaria data est in curam Scannacavallae,
si per forza intro forsitan ire potest.
Mirpredae officium datur heminare cavernas,
si quoque per fraudem praendier illa valet.
Est proprium Moschae maioris, sive Tavani,
impete Ragnorum castra forare suo.
Unde Tavanorum impresa est iuncta tyranno,
cingere bombardis pergama grossa cavis.
Myrmicaleonis etiam data gentibus est ars,
propria furtivis antra cavare dolis.
Qua propter Myrpraeda, suus rex atque monarca,
curat in obscura nocte forare busos.
Muschifur at vigilans capitanius omnia scoprit,
omneque dissegnum hostis inane facit.
Iamque trapassarat constructo ponte canales
Sanguileo, et circum sederat urbis agrum.

Scannacavalla die sbombardat, nocte terenum
Myrpraeda evangat, Mustibibaxque spiat,
namque hic Mustibibax ille est, qui Siccaboroni,
multibus in factis signa tremenda tulit.
Artelariarum mandatur guarda Cosino,
sat bene Zenzalis convenit illa suis.
Proprietas propriae Zenzalae traditur, ut non
dormiat, utque alios non reposare sinat.
Moscarum Grillis acies imposta legeris,
saepe imboscatis aut capit, aut capitur;
sed iam obsessis mancat vituaria Ragnis,
omneque portandi circa stopatur iter.
Muschifur excelsa signum de turre palesat:
nunc fumo potum, nunc petit igne cibum.
Non procul ad littus fossae, Granestor acampat,
quo soldatorum facta resigna posat.
Viderat accortus signum, noratque bisognum,
illico Myrnucae quae facienda iubet.
Mille cariazzos, Scaravazzos nomine, cargat,
multaque per fluvium Vermeris esca natat.
Mittuntur centum nonantaque grana ceserchiae,
atque masinatae septuaginta fabae.

Multaque praeterea sunt missa salumina carnis,
quae fuit ex grassis facta Ranabotolis.
Haec ea dum vadunt, accompagnante Putriffa
Cimice cum multo, zarda scoperta fuit.
Zarda palesatur tradimenti denique magni,
quo fuit a prigolo Crappa levata gravi.
Inter Pedocchios testae, stantesque camisis,
ad quorum guardam grossa muraia datur,
accidit ut secum Pedocchi mille polini
susciperent vicibus talia dona suis.
Hos quidam Cimex stipulatus, nomine Puzzor,
corrupit, spondens quinque vel octo pagas,
dummodo nocte velint aut sursum trare Tavanos,
auxiliatrices dentque tirando manus,
aut scintinellas cuiusdam turris habentes,
curent ut manibus porta stet una suis.
His Rodipollaster fuerat capitanius, omni
plus Gaino falsus, plusque Sinone duplex.
Ipse, spionandi pratighissimus arte, giganti
Muschifero se se protulit ire spiam.
Vult quoque pro patria servanda temnere vitam,
vult, inquam, modo sit patria salva, mori.

Tali sub manto, tali sub veste ribaldus,
pessima taiantis fata rasoris habet.
Namque secutura debebat nocte Tavanis
Crappa dari, et summos igne strinare deos.
At quia caecus amor cogit secreta fateri,
nec fert groppatam foemina quaeque gulam,
Roddipolaster, amans ingenti ardore Cigalam,
huic traditoreschae fraudis aprivit opus.
Illa suae matri retegit, materque marito,
cunctaque Muschifero nuntiat ille suo,
Prenditur infelix, cruciatur, scarnificatur,
squartatusque sua carne satollat avea.
Sanguileo interea, Moscha referente spiona,
senserat ut Ragnis vecta sit esca magris.
Tunc Moschinorum subitus sex millia contra
expedit, hisque novum donat habere ducem.
Siccaboronus adhuc non huc apparet, et huius
magnus Mustibibax logotenentus erat.
Supra Panarottos sellae buttantur, et ingens
it Moschinorum sub duce banda novo.
Pergitur ascoso cursu, parlatque niunus,
sub pedibus feltrum quisque cavallus habet.

Non procul en densis cum boschis ripa trovatur,
foltaque de ortighis sylva, grataque culis.
Hanc uno compiere die staffetta nequiret,
seu sit Testudo, sive Limaga celer.
Quam scondirolam dux accortissimus intrat,
nam fuit aguaitos apta coprire novos.
Dux iam Cimicibus procul adventantibus, ipse
stat chetus, ac alios fat quoque stare chetos.
Iamque sonaiorum strepitu properare bagaios
audit, et hos panis copia magna gravat.
Non latet ulterius, bellus dum zettus habetur:
- Arma - sprovedutus personat, - arma - cridat.
- Arma - cridant omnes, - carn, carn, ammazza canaia; -
postque bravarias, tela, manusque menant.
Illico Putrifolae mens consternata stupescit,
quum sibi tot lanzas currere contra videt.
Attamen, ut melius potuit, simul agmen adunat,
fatque cariazzos retro tirare graves.
Expedit ad regem subitam Granestora postam,
qui sibi quam curto tramite donet opem.
Inde Cagafogum toccans sperone cavallum,
Cimiceos animat voce furente viros.

Ingentem villum, Cingiari a fronte revulsum,
bassat et adversum Mustibibaca petit.
Mustibibax minus hunc refugit, sed pronus arestat,
atque valorosus contrus utrinque fitur.
Hic Panarottus equus, nec non Cagafocus, atroces
se simul inculant, se simul inde levant.
Coelum antennarum tronchi petiere supremum,
mox cavat hic brandum, sfodrat et ille stocum.
Caetera gens etiam variis se incontribus urtant,
fractaque lanzarum sylva per astra volat.
Qui manet in sella, qui non manet, unus amazzat,
unus amazzatur, nemoque nascit ibi.
It fragor armorum coelo, confusio vocum,
alta nigrant sabiis, bassa cruore rubent.
Tandem Mustibibax, numero superante, manebat
vincitor, unde parat Cimica turba fugam.
Rex sed avisatus nuper Granestor arivat,
mirum quam subitus, quam fuit ille celer!
Claudius Hasdrubalem cum fretta quippe minori
cursus asaltavit, stravit et arma tulit.
En Granestor adest, exercitus ecce secutus,
tollere Mustibibax cogitur inde pedem.

Ad totam scapolat briliam, revocatque sequaces,
ut salvet proprios, bon capitanus, equos.
Optime cuncta tenet drittae sentiria stradae,
quam ve potest curto tramite, sgombrat iter.
Iugiter incalzat persona Granestoris illum,
ad passumque agiles praesto traversat equos.
Sex Formicarum squadras Myrnuca legeras,
qua fors Mustibibax transeat, expediit;
nec suus indarnum pensavit talia sensus,
hostibus en tandem cingitur, itque presus.
Omnia Sanguileo sentit, sentitque nemigos
non procul a castris ponere castra suis.
Protinus insemmam squadrones contrahit omnes,
mandat et in proprio quemque sedere loco.
En sed hoc in medio totius alegra levatur
vox campi cridans: - Siccaboronus adest,
Siccaboronus adest: pensavimus esse negatum,
attamen (o bona sors) Siccaboronus adest. -
Illum Sanguileo venientem strictus abrazzat,
stringit et abrazzat, ter deciesque basat.
Passatae narratur ei successio guerrae,
vanaque proditio, Mustibibaxque presus.

Talibus auditis, ignavos clamitat omnes,
scire nec impresas, dignaque facta ducis.
Allegat Hannibalem, Pyrrhum, Romaeque Rinaldos,
omnibus est licitum quos seguitare modis.
Inde superborum princeps, tonitruque furoris
vult sibi bastonem, vult sibi sceptra dari.
Totius chiedit bastonem, sceptraque campi:
non aliter forzas velle provare suas.
Ergo capitanii generalis prendit honorem,
quodque ultro poscit, regibus ultro datur.
Non hoc Sanguileo, non hoc Myrpraeda negavit,
Cosinus laudat, Scannacavalla probat.
Muschifur interea videt alta e turre propinquos
hostes esse suis, hostibus esse suos.
Praeparat ignivomos hinc sagras, inde canones,
archibusariae dat loca certa suae.
Vallis erat quaedam, quam Bos impresserat olim
corpore, dum tenera forte iaceret humo.
Manserat hic tellus grossi sub pondere ventris
concava, cui species, formaque vallis erat.
Hic sua Formicae, sua Moschae castra locarunt,
stantque cagnezatis pro dare signa viris.

His bombarderae Crappae dominantur ab alto
colle, nec est Moschis sors ibi tuta satis.
Turribus ex altis huc grana nigerrima vezzae
dirigit, et Moschis maxima damna facit.
Siccaboron tantae scontrat se impressa ruinae,
seque gabiottis cingit ubique novis.
Est animalorum quaedam fortissima razza,
quos Porcellettos itala lingua vocat,
ex illis dico, qui se quandoque rotundant
ceu Pater nostros, sint licet absque buso.
Hos iungit veluti Bufalos moschineus haeros,
subque uno stimulat millia para iugo.
Strassinatur enim lombardae machina quaiae,
torrida quae dudum lumine solis erat.
Plena ceresarum duris ex ossibus extat,
qui stant ut scopuli, quos nihil unda movet.
Siccaboron tale hoc dedit illa in parte reparum,
qua sua bombardae ferrea poma dabant.
Multa ceresarum post ossos turba latebat,
cumque archibusis tif taf ubique sonat.
Ecce sed intantum stendardi utrinque levantur,
banderaeque tremunt mille, bofante noto.

Hinc sua Siccaboron, sua dividit inde Granestor
agmina, Myrnucae nam nova cura datur.
Myrnucae nova cura datur sfidare nemigum,
velleque cum solo Siccaborone brigam.
En venit armatus bardatam supra Locustam,
perque acies hostis sicut araldus abit.
Ipse cruentatimi fert guantum in cuspide lanzae;
quo viso, horribili corda pavore tremunt.
Hunc iacit ante pedes regis moschensis, et inquit:
- Nunc duo, Sanguileo, foedera pono tibi.
Vel dux Siccaboron mecum combattere voiat,
totaque sit per nos quaestio facta duos;
vel crudelis atrox hodie giornata fiatur,
qua seu tu primus, sive Granestor erit. -
Siccaboron praesens, dum talia sentit, avampat
ore foco, et colerae verba dat aspra suae.
- Non ego Siccaboron, toto celeberrimus orbi,
qui de Membrotti semine duco genus,
non ego Myrnucam dignarem, qui mihi nasum
fazzolo, et retro tergeret ore busum.
Guarda mò, si tecum vellem, rofiane, duellum
prendere, si mortum famme stimare velim. -

Sic ait, et voltans humeros responsa refudat,
illeque praecipitans in sua castra redit.

LIBER TERTIUS

Plus maraviosam venio cantare bataiam,
quam notat antiquas ulla legenda libris.
Maxima Ranarum, Soricumque canuntur Homero
proelia, non istis aequiperanda tamen.
Altri scripserunt et verbi et nominis arma,
quum gens grammaticis tanta perivit agris.
Nulla tamen paritas est his facienda catervis,
quas modo fert odium, trat furor, ira coquit.
Ungite quantillum fresco mihi labra botiro,
o Musae, o ventris grassa polenta mei.
Salsigeram pinguis mezeni adferte brasolam,
quae super ardentes sit bene tosta brasas.
Hinc quoque de caneva Bromii spinate vasellum,

ut sit carminibus digna bevanda meis.
Agmina Siccaboron toto de robore gentis
quinque legit, ducibus subiicienda suis.
Fantaria gravi zenzalica ducta Cosino
ponitur ad primam prima tacare brigam.
Myrmilios ducit squadram Myrpraeda secundam,
qui quoque sunt pedites trenta tre mille viri.
Hae pro antiguarda firmantur in ordine squadrae
post quas Moscarum grossa bataia sequit.
Sanguileo tanquam princeps et honorior altris,
et cuius causa grande paratur opus,
ut cor in medio gentis, quae dicta bataia est,
altior it cunctis, fulgidiorque viris.
Inde retroguardae grossissima banda sequebat,
quae tamen in turmas scinditur una duas.
Scannacavalla suos pene ultimus ante Tavanos
apparet, cui sat barba canuta riget.
Siccaboronaeae tandem datur ultima curae,
totaque res manibus itque reditque suis.
Stant longo Moschae fraenatis ordine Grillis,
quarum pars maior multicolora nitet.
Sunt quae velluto, sunt quae canzante teguntur,

sunt quoque quas auro merda coprire solet.
In Cantarellis retinent ibi fraena Tavani,
quae raspant, trombis dum tonat aether, humum.
At sub Moschinis Panarotti calzibus ardent,
visque potest sisti smania tanta briis.
Alta spiegantur vexilla, strepuntque per altum
aëra, trombettae mille taranta sonant.
At Myrnuca videns inimicos esse paratos,
non minus ex cunctis agmina quinque facit.
Caganiel primus Pulicorum trenta miaros
guidat, et hi pedites Martis in arte vigent.
Furfa dehinc agiles vehit octo mille Pedocchios,
octoque mill'altros ipse Granestor habet.
Rex Formicarum, quamvis Formica sit ipse,
stat sua Pedocchis multa fidanza tamen.
Cimica post ipsos acies it iuncta Putriffae,
postera Myrnucae, Muschifur urbe sedet.
Banda Pedocchiorum toccat sperone Zaninos,
inque Cagafoghis Cimica squadra furit.
Formicae sed equos fraenant, urtantque Locustas,
queque stat, et nitidas masticat ore brias.
Iam magis alter erat campus vicinus ad altrum,

seque maranazzos, bottiliosque vocant.
Montagnae reboant frifolo clangore tubarum,
Muschifur ignivomos agombrat ab urbe tonos.
Iamque leves primum scaramuzzae utrinque fiuntur,
inque vicem crustas dantque levantque bonas.
Denique Zenzalas magno clamore Cosinus
inviat, et picchis bellus it ordo chinis.
Huic Caganiellis procedunt contra Pulecchi,
qui quoque vocisonum murmur in astra levant.
Ipsi affrontantur capitani protinus una,
unaque piccadis fortibus arma terunt.
Cosini lanzonus erat soda corna Limaghae,
quae Caganiellis pectus aguzza ferit.
Non tamen infilzat, cartae panzera repugnat,
quae de scartozzo facta savonis erat.
Ast e contra pilum Bovis ille suburget acutum,
saepeque Cosinum fat riculare ducem.
Iam mistura tenet Zenzalas atque Puleccos,
accipit horrisonam stolus uterque brigam.
Dux Zenzalarum se retro, suosque retirat,
hunc niger in voltam Caganiellus agit;
inde videns hostis banderam iuxta volantem,

hanc rapit, ac terrae folta per arva trahit.
Protinus, hoc viso, zenzalica turba fugatur,
nilque pudent lieto rege scapare viam.
Quando sbarattatum vidit Myrpraeda Cosinum,
Myrmicoleones ducit ad arma ladros.
Huic supra Zanninos obiectat Furfa Pedocchios,
qui prior intratus fat sibi fare viam.
Hunc Myrpraeda salit, cui menans Furfa granarae,
sive scopae truncum, vulnus in aure facit.
Ipse sed e tasca traxit duo grana ceserchiae,
artificioso tota piena foco,
qui dum Furfa parat rursum duplicare feritam,
prima ceserchiarum iacta balotta sonat.
Guay, Pedocchie, tibi, si te nocchia illa coiasset,
quae de bombarda ceu vomitata furit.
Hanc non expectas, sed pungens sprone Zaninum
cedis, at ille novem colpus amazzat equos.
Dumque simul certant, et dant pro pane fugazzam,
utraque meschiatis squadra fit una viris.
Pulverulentus erat iam fumus ad astra levatus,
mescolat ingentes vitaque, morsque cridos.
Nam pars mazzati lugent, pars sana menazzant,

pars animant pavidos, pars scapolare monent.
Non mihi si centum linguae, si voxque canonis,
dire queam larvas mortis et effigies.
Tota fracassatis iam picchis terra copritur,
qui stant, qui scampant, hic necat, ille morit.
De testis, gambis, polmonibus, atque figatis,
deque coradellis terra coverta rubet.
Ast aliquantillum sese Myrpraeda retirat,
Furfaque Myrmilios pellit ubique suos.
Sed cito Sanguileo Porcelli corripit hastam:
- Eya, valenthomines, me seguitate - cridat.
Sic ait, ante alias Muscas ferit ilia Grilli,
prosequitur regem caetera turba suum.
Omnia pulvis erant quem volvit cursus equorum,
soldati dubitant quae sit amica cohors.
Dum male Myrmilios tractabat Furfa ladrones,
Sanguileo iungens: - Guarda, Pedocchie - cridat.
Furfa sed huic targam fungi de cortice porgit,
forza sed est nimium Sanguileonis atrox.
Namque Pedocchiorum regi pilus inguina rumpit,
illeque Zannini tergore lapsus obit.
Putrifolae interea squadronus Cimicis ingens

castra movet, quem dux post sua terga menat.
O Deus in quanto se castra disordine turbant,
Cimica quum putrido iungit odore cohors.
Namque urget spronis tali de sorte cavallos,
qui sua per spudant posteriora focos.
Unde Cagafogos chiamant; pensate quis illos
seu spettare volunt, sive piare gatam.
Moscarum Grilli drittis stant auribus, inde
boffantes voltant terga, piantque fugam.
Sanguileonis equus se flammis solus acostat,
denteque cimiceos, calceque rumpit equos.
Solus Sanguileo pugnat, saltatque per illam
Putrifolae gentem, corpora sternit humi.
In rottam Cimighi vadunt, ut squadra caprarum
quas lupus infestat, quas ve famatus agit.
Inde Pedocchiorum stolus calcanea voltat,
retroque Zanninos vertere turba studet.
Sanguileo incalzat, currit meschiatus in illis,
ac rubeo miseros dissipat ense Grisos.
Cui mezam spiccat testam, brazzumque galono:
tecta cruentatis carnibus arva latent.
Attamen un pocum se se riculare bisognat,

namque Pedocchiorum squadra secunda venit.
Festucum foeni grossum Granestor aferrat,
et Forfesinam spronat et urget equam.
Ista bifurcatam gestat mala bestia caudam,
atque uvae granos intra latere solet.
Hanc movet ad cursum princeps Formica Granestor,
ob cuius rapidam surgit arena fugam.
Cosinum adocchiat Zenzalam sanguine rossum,
quem prope mortorum grandis acervus erat.
Plantat ei medio ferratam in pectore lanzam,
umbraque tartareas it retrovare casas.
Postea per Moscas Formica gaiarda fugatas
se iacit, et spezzat tela, virosque simul;
urtat, et atterrat soldatos, atque cavallos,
fertque catervazzam post sua terga grisam.
Non haec suffertur Granestoris alta prodezza,
quaeque piat turpem Mosca repulsa fugam.
Mille roversantur terrae sine milite Grilli,
mox fugiunt sellis caeca per arma vodis.
Sanguileo et magnus Putrifola grande comenzant
certamen, nec se sparat uterque mori.
Scannacavalla suam banderam tollit ad auras,

Pampognam striccat, turba Tavana sequit.
Hunc bene Granestor, Muscas dum cazzat, adocchiat,
quem cito voltato praestus asaltat equo.
Tam possenta fuit lanzarum botta duarum,
quod lunae tetigit fractio trita pedes.
Forbesina dedit et Cantarella stramazzum,
speronata statim quas relevare facit.
Iamque comenzabant tegnam gratare vicissim,
inter Pedocchios stirps tavanella ruit.
Pulverulentus erat garboius ad astra levatus,
nil nisi per terram corpora morta cadunt.
Tanquam cornacchiae, volitant per nubila testae,
coratae, milzae, brachia, terga, manus.
Cum brandis finos audis spezzarier elmos,
spata ferit spatam, scutaque scuta terunt.
Qualis garboius, qualis confusio fitur,
quando fasolorum piena pignatta bulit:
talis erat, dum Mosca cadit, Formica resurgit,
dum Zenzala ferit, Myrmilioque parat.
Grillos, Pampognas, Zaninos atque Locustas
innumeras cernis rubra per arva mori.
Sed quid olympiacum video trepidare theatrum?

quae mare, quae terram nox tenebrosa rapit?
nunquid, ut antiqui rerum dixere magistri,
vult brusare simul cuncta creata Deus?
Heu quia terribilis non est nisi Siccaboronus,
qui Moschinorum castra movere parat.
Ante suos oculos scampabant mille Tavani,
Zenzalae, Moschae, Mirmiliona cohors.
Hos Formicaram, Pulicumque potentia cazzat,
Hosque valorosus Caganiellus agit.
Ergo Leonis habens iram, canegiatus achiappat
brandum cum targa, moxque speronat equum,
namque sui fugitant schioppat, creppatque dolore,
extraque battaiam primus in arma ruit.
Dumque ruit proprias cernit dare terga falangas,
unde manum rabido mordet utranque sono.
In qua parte fugam rapiunt se praestus aventat,
urtat et occidit corpora quanta trovat.
Qualis in inverni guazzoso tempore torrens
de montagnarum culmine portat aquas,
talis agrezat equum Panarottum maximus heros,
atque hostes pariter snembolat atque suos.
Ut bombarda secat densatas illico squadras,

taiat, sfrantummat, dissipat arma, viros.
Stendardos proprios, aliosque superbus aterrat,
sic hostes mazzat, sic taiat ille suos.
Nec Moscas guardat, nec Grillos, nec Cagafocos,
cumque cavallazzis trat sotosora viros.
Iungit ubi montem mortorum fecerat altum
Caganiel; clamat: - Guarda, ribalde Pulex.
Sic, renegate canis, per te mea castra ruinant?
sanguine sic gaudes te satiare meo? -
Inde suis conversus, ait: - Quo brutta canaia?
scilicet iste unus vos dare terga facit? -
Dixerat, et dentes pariter, brandumque restringit,
inque ducem Pulicum fortiter urtat equum.
Fulminat ad caput, et scutum fracassat, et elmum,
inque duos quartos Caganiellus abit.
Deserit hunc mortum, Formicasque inter avaras
incipit ad superos mittere membra deos.
Mittere spalazzos, laceratas mittere faldas,
sanguineque aspersus carnea frusta secat.
Confugiunt Cimighi, quod habent post terga diablum.
Granestorque videns: - Volta, rivolta - cridat, -
volta, rivolta mihi, quo scampas, Siccaborone? -

Sic ve retro clamans, it retrovare necem.
Ille rivoltatus stoccatam vibrat aguzzam,
puntaque per mediani passat iniqua tripam.
Granestor moritur, iacet ingens littore truncus.
Protinus hinc omnes corripuere fugam.
Versus equi Crappam riculant Granestoris arma:
- Guarda - cridant, - guarda, Siccaboronus adest. -
Ad sabiam buttant alebardas, scuta, balestras,
ut levis ad cursum sit sibi gamba magis.
Nullus se affrontat, calcagnos quisque rivoltat,
confugiunt squadrae, confugiuntque duces.
Putrifola ante alios Cagafocum calcibus urget,
cui cito post mittit Siccaboronus equum.
Corripit ambabus manibus, spadamque roversat,
testaque de spallis netta spicata volat.
Tunc Myrnuca nimis tardatus convocat omnes
Formicas, et ait: - Me seguitate simul.
State simul strictae, mea nunquam linquite terga,
namque facit grandes stricta caterva provas. -
Dixit, et in restam ponens cum tergore lanzam,
agmina praecipiti cuncta traversat equo.
Gens illum Formica sequit, spronatque Locustas:

heu miseras Moscas vestra ruina venit!
Contremuere poli, quando Myrnuca Tavanos
ingreditur, spezzans scuta, virosque necans.
Aethera terribilis subito cridor alta momordit,
quum Myrnuca procul vistus in arma fuit.
Quis bene Myrnucae vastum narraret asaltum?
quis ve suas posset recte docere provas?
Fronte minax urget celerem sperone Locustam,
protinus hoc viso gens fugitiva redit.
Exuperat strepitu Myrnuca tonitrua coeli,
vel quando salsas turbo ruinat aquas.
Flamma per ardentes stipulas Myrnuca videtur,
vel Padus avulso littore quando ruit.
Mille roversavit mortas sua lancea Moscas,
vadit et in centum denique stracca micas.
Sfodrat ab armato brandum galone coruscum,
quo cito per nebulas brachia trunca volant.
Nullum quippe trovat dum taiat spada reparum,
nulla piastra, licet sit fina, stare potest.
Ad terram vadunt stendardi Siccaboroni,
qui nil quod facitur post sua terga videt.
Siccaboron fossas urbis furibundus arivat,

in quas se Pulicum sponte caterva iacit.
Siccaboronaeam potius quam cernere frontem,
in fossas rumpunt colla cadendo giusum.
Ecce super muros apparet Muschifur altos,
grossa tirat vasto robore grana fabae.
Semina spinazzae vibrat, ciceresque tricuspes,
atque paiae grossos castra per ampia travos.
Siccaboronus habet iam portam, Muschifur obstat,
stans super a domibus tecta revulsa iacit.
Introit ipse tamen solus Siccaboron atrox,
quem sua (nam trepidat) gens seguitare negat.
Muschifur extemplo facit omnem claudere portam,
sic miser in trapola Siccaboronus erat.
Muschifur et grandis Ragnorum squadra seraium
circa valorosum conseruere ducem.
Ergo, velut porcus singiarus, corde gaiardo,
se se mastinos scaliat intra canes.
Muschifur esclamat: - Tua nil possanza iuvabit,
nil tuus ardirus, nil tuus iste furor.
Te nunc infelix omnino morire bisognat,
inque brevi noster tempore schiavus eris. -
Siccaboronus ait ridens: - Accede prius tu,

si mortis cura est nunc tibi tanta meae. -
Muschifur attollens mazzam, quae summa granarae
pars erat, armigerum vult retridare ducem.
Sed colpum incontrat capitanus providus ense,
inque duos truncos mazza taiata cadit.
Inde super testam geminis Muschifura palmis
colsit, et ad bassos dividit usque pedes.
Alta ruit terrae defuncti machina Ragni,
et moriens largo fonte cruentat humum.
Quapropter dardi, lanzones, saxa, zanettae
hunc agitant grossae more pluentis aquae.
Vix tantam reparare potest se contra brigatam,
iugiter armorura densa procella ruit.
Spennacchiatus erat rutilo cimmerus in elmo,
scinditur et brazzo ferrea targa suo.
Icta celata fabis resonat, grossisque fasolis,
at ciceres trino cuspide valde nocent.
Semina spinazzae peracuta tirantur in illum,
ac sua sunt porci membra ficata pilis.
Qualis gente Leo, gentisque gridore citatus,
non vult sdegnoso corde timere necem,
talis es octipedes in Ragnos, Siccaborone,

cui semper decoris phama perennis erit.
Praesentem mortem cernebas, nec tamen illa
falce sua vires fregit acerba tuas.
Cruda sed interea campagnae guerra furebat,
gens tamen in voltam Sanguileonis erat.
Omnes Myrnucae vastissima forza repellit,
squartat soldatos, spingit et urtat equos.
Nunquam facta fuit tam cruda baruffola mundo,
nil nisi per terram membra taiata micant.
Grandes mortorum vadunt ad sydera montes,
sydera quae multo rossa cruore colant.
Pulmones, milzae, lardi, ventralia, nemboi
Saturni ad sphaeram foeda per astra volant.
Una corada Iovis mostazzum colsit, et uno
Sol ibi ventrazzo spinctus ab axe fuit.
Dumque dei coenant, puero Ganimede ministro,
multa super mensas ossa taiata cadunt.
Nunc brazzus Ragni, nunc gamba cruenta Pedocchi,
nunc cor Moschini, nunc pulicina manus.
Scuta, fracassatas lanzas, stendarda, cavallos
morte sforacchiatos, mondus apena capit.
Non plus schierarum modus, ars servatur et ordo,

non plus libertas ceditur ulla fugae.
Iam sua per circum distendunt retia Ragni,
in quibus ah pietas quanta brigata morit.
Non Moschae passare queunt, trapolantur in illis,
quas Ragni stricta compede circa ligant.
Illic Moschini, Zenzalae, Myrcaleones
millibus e groppis se sgathiare student.
Scannacavalla tamen fugiens ita fortiter urtat,
ut facto fugiat praestus ab inde buso.
Multa Tavanorum potuit scampare brigata,
nam laqueos Ragni forza tavana tridat.
Sanguileo supra Myrnucae percutit elmum,
quem terit et largum vulnus in aure facit.
Se Myrnuca videns elmi sine parte feritum,
arripit in duplici ferra cruenta manu.
Spada super targam subians callabat et elmum,
sectaque per dentes Mosca superba cadit.
Cum Myrpraeda videt morientem Sanguileonem
flevit et - Heu - dixit, - vincimur; - inde fugit.
Hunc Myrnuca tamen iungit, spadamque sub anca
vibrat et in quartos decidit ille duos.
Ergo trucidatis ducibus Moschaea ruinat

tota, nec una quidem vivere Mosca potest.
Formicae, Pulices, Ragni - Victoria - clamant,
trombettae tararan iam frifolando sonant.
Solus in urbe furens certabat Siccaboronus,
iamque suum centum vulnera corpus habet.
De passu in passu tirat se retro fiaccum,
saepeque terribili voce spaventat eos.
Sed nimis est grandis quae iugiter illic arivat
turba, tirat buscas, grana fogata, travos.
Saepe soteratur paliis, at fortiter exit,
atque boientata saepe pilatur aqua.
Denique molaris summa de turre lupinus
cascat, et horribili fertur ad ima tono,
qui super elmettum schiazzavit Siccaboronem,
vitaque cum gemitu sub Phlegethonta fugit.

IV

QUAEDAM EPIGRAMMATA

I

De primavera

Multicoloritam recipit iam terra camoram,
  bellaque florettos dat pradaria novos.
Montagnae rident, boscamina virda fiuntur,
  quaeque sibi charum cercat osella virum.
Frigida per caldas rampat luserta muraias,
  et bona florigeros pecchia sachezat agros.
Exit graniferas formica sacenta masones,
  ranaque domandat quo peregrinus eat.
Pastorella suum cantat damatina morosum,
  cui texit variis serta galanta rosis.

II

De aestate

Caldus afogatum iam schiappat Apollo terenum,
cunctaque boiento brostolat arva foco.
Vult eat addagium pigris caretta cavallis,
ipsaque straccatur dextra tirando briam.
Omnia maturis ita flavent rura biavis,
ut iam polledris fraina negatur equis.
Cantat supra palum, crepatque canendo cicala,
stigat mastinos mosca tavana canes.
Arsus comportat villanus apena camisam,
caneva todeschis semper aperta manet.

III

De autumno

Ut cibet invernum mater natura famatum
multa magazenis stipat edenda suis.
Formichetta trahit segetum ad granaria somas,
mellaque caeratis condit apetta casis.

Stramina pro bobus mangianda bovarus adunat,
idque facis pegoris, bel pegorare, tuis.
Rumor ab obscuris cantinis maximus exit,
dum cerchiant vino vasa paranda novo.
Mustolenta replet graspis fameia tinazzos,
todeschique canunt: - Ehu ohe, trincher io.

IV

De inverno

Tornat hyperboreis iam borra gaioffus ab Alpis,
manticibus sfoliat qui nemus omne suis.
Flumina deventant vitrum, campique biacca,
brumaque candelas spargit ubique suas.
Cheta stat in gusso foribus limaca seratis,
frigore iam moritur mosca, cigala fame.
Vecchiarella parat coctae convivia rapae,
nec pransat, nisi sit voda conocchia prius.
Pallidat insomnes oliosa lucerna pedantos,
tuque malenconica nocte, studente, godis.

V

FACETE DICTUM

Quare si quamquam chiamamus, dicimus: - Ola, -
  et qui respondet consonat ore: - Che la? -
Si quis forte huius causam vult scire facendae,
  dicam... si dicat hoc prius ille mihi.

VI

DE QUODAM PARASITO

Est poltronus homo; sguataro poltronior omni;
  bos plus vergognae, plusque rasonis habet.
Trat sine respetto, turba praesente, corezas,
  nec pingit guanzas ulla rubedo suas.
Semper enim fortum paret mangiasse fenocchium,
  semper et aiorum quinque vel octo capos.

Saepe cativeria tamen hac usatur et arte,
quum tuscit retro, tuscit et ante simul,
ne quisquam valeat crepitum sentire scapatum,
ac odor alterius pareat esse viae.
At tuscis vocem bombardae vellet habere,
tanto croccatur stricta coreza sono.

VII

De Benaco

Quam bene disposuit cunctis natura facendis,
quam bene procedunt ordine cuncta suo!
Est laghus Italiae, qui nunc Degarda vocatur,
quique procellosis, ut mare, balzat aquis.
Non nisi bon pisces mangiantur semper ab illo:
sardenae, anguillae, carpio, tenca, trotae.
Sed nil palladio piscis valet absque liquore,
nonne oleo pisces nigra padella coquit?
Ergo per intornum ripae carigantur olivis,
datque vasos ferri Bressa propinqua sui.

Nascitur hic oleum, piscis, piscator, et ipsa
piscibus assandis apta padella simul.

VIII

De morte Tonelli

Venerat ad mortem terzana febre Tonellus,
cui stabat praesens mater et una soror.
Affuit hic candela sefi, constata quatrino,
quam tenet in propria povera vecchia manu.
Dum brusat, et culum iam iam focus ardet ad imum,
mater ait: - Fili, iam moriare, precor,
nam neque tu moreris, nec ego meschinula filo,
et iam candelae culus adustus abit.

IX

De Baldracco

Baldraccus nunquam nisi de mangiamine pensat;
quum mangiat, satiam nescit habere gulam.
Scit dare praeceptum galantiter omne coquinae,
namque lecatoria semper in arte studet.
Sic ait: - In speto rostirier ocha tenetur,
plenaque sint spetiis interiora bonis.
Quae dum arrostitur, quae dum gyratur atornum,
non cesset lardi serva butare brodum.
Haec est materies atque ars et forma coquendi,
haec venit a nostris regula docta scholis.

X

AD BRIOSSUM

Quisquis olympiacas poterit numerare fasellas,
vel maris in fundo sabbia quanta latet,
aut quisquis foias quantas fert sylva Bacani,
aut quantas muscas Puia boienta parit,
nempe tuas poterit numerare, Briosse, bosias:
mentiris subito, quum tua labra moves.

Miraculum reputo, quando parlare quiescis,
  qui neque de tacita nocte tacere potes.
Tyrhenum potius biberet formica profundum,
  et ferret Zenovae piccola musca ratem,
quam tua veridicam ferat unquam lingua parolam,
  nil nisi, quum parlas, bocca bosia tua est.
Dens tibi si caderet quoties mendacia profers,
  iam tua non posset pane ganassa frui.
In solo flatu dicis sex mille bosias,
  post quas sex alias mille spudare paras.

XI

AD FALCHETTUM

Legiadram mea stalla tenet, Falchette, cavallam,
  quam quicumque videt percupit esse suam.
Stare parangono Gonellae nempe cavalli
  posset, qui tantum pellis et ossa fuit.
Longior ipsius sex est magra schena cavezzis,
  crustas de marzo sanguine semper habet:

quas polmoncellos vocat ars merscaltica crustas,
quas de pellibovo sella vodata facit.
An sit mula quidem dubitas, an sitve cavalla,
orecchias longas tres habet illa pedes.
Zardarum dicunt duplex genus esse, quod omne
possidet, in pedibus prima venire solet;
altera quando cavat sibi fraenum, meque pedestrum
linquens, calcagnis pagat eundo viam.
Cursito post illam, clamo: - Sta, bestia, pru, sta, -
fert mea bastonem dextra, sinistra briam.
Sed potius muro tunc possem dicere - Sta, sta; -
non audit quamvis grandis orecchia patet.
Dum curro, per mille cavas, per mille zapellos
casco, nam laqueat spronus uterque pedes.
Quando cavalco illam, mihi paret habere morenas,
et bogas pedibus rozza ribalda gerit.
Quum me scavalcat, morsu fugit inde cavato,
turchescos etenim vincere posset equos.
Et quamvis oculo nihil uno cernat, et altro
pochinum, nunquam decidit illa tamen.
Decidit illa nihil, quando sine pondere scappat,
sed portans aliquem tota stravaccat humi.

Incastellata est, non mancant rogna, spinellae,
denique quicquid habet digna cavalla boni.
Digna cavalla boni quod habet (pro pascere dico
moscones) dubitet nullus, haec ipsa gerit.
Ergo comprandi si cui foret ullula voia,
hanc emat, et faciat, sicut usanza, provam.
Est unum, quod sit poledrina, signale galantum:
vermibus haec alios semper amorbat equos.
Non patitur vermes senior, sed parvulus infans,
quapropter venas ungueo saepe suas.
Utilitas erit haec compranti, sola valebit
ledammo campos imboazare suos.

XII

AD BALDRACCUM

Te nascente, dei nasum, Baldracche, tufarunt;
Iuppiter in colera sic ait: - Oybo, quid est?
quae latrinia sapit? quae fex ammorbat Olympum?
qua penetrat nostros parte carogna polos? -

Respondere dei: - Ventrem natura soravit,
et qua forbiret pezza niuna fuit. -
Pezza niuna fuit, qua nasum retro netaret:
quam bellus nostro tempore stronzus olet.

XIII

AD BOCCALUM

Vidimus, et, provae si fas est credere, provo:
nulla procul dubio pestis amazzat ocam.
Noscere vin quare? non Phoebus apena cavallos
spronat orizonto, protinus illa bibit.
Non igitur mirum tibi si palearia pendent,
cui nunquam panzam trovat Apollo vodam.

XIV

AD BALDUM

Mittimus in gabia pulchram tibi, Balde, gazolam,
quam, ceu cornacchias das mihi, dono tibi.
Dono tibi gazam de tali sorte, quod ipsam
poentibis cameris intro tulisse tuis.
Istam non unquam speres audire canentem,
ni fuerit suppis imbriagata bonis.
Crede mihi, nunquam cantat sine robore suppae;
et quando cantat, nil nisi - Che che - iacit.
Interdum tamen illa, licet pochissime, secum
gorghezat, dicens: - Vacca to, pola, puta. -
Tu tamen irrides poveri munuscula vatis.
Irrides? dat quod pauper amicus habet.
Non tamen est hominis, mi Balde, trepanda povertas,
namque povertatem phillosophia sequit.
Non vult scarlattum, granam, finumque velutum,
sed sua strazzolas undique vesta cagat.
Pauper et ignuda est, sicut Plato firmiter inquit,
subque repezzatis praticat illa togis.
Ergo quod poverus sic sim, ne, Balde, caleffa:
paupertas savium nam facit atque ladrum.

XV

De Cingare, facetia

Squassabat quondam pelagi fortuna schirazzum,
  qui de salata carne pienus erat.
Frangitur arbor, aquas sorbet sfondata carina,
  et plorans coeli quisque domandat opem.
Cingar se misit tantum rosegare mezenos,
  ac si non esset tunc prigolandus aquis.
Scridatur quare mangiat nec donat aiuttum,
  respondet: - Quia sum sat bibiturus, edo.

XVI

In obitu episcopi Cipadae

Chiesa Petri, falso quae sub pastore cridabat:
  - Oy mihi quam longo tempore panza dolet! -
iam guarrita canit dicens: - Procul ite, cirotti,
  implastri, pilolae, crysteriique simul.

En tandem moruit poverorum boia pretorum,
agnaque mazzato saltat alegra lupo.
Ille lupus, dico, pegorae qui veste copertus
non ultra falso proferet ore «be be».

OMNIUM MACARONORUM FINIS.

APPENDICE

I

PREFAZIONE E ARGOMENTO DEL «BALDO» NELL'EDIZIONE DI VIGASO COCAIO

I

VIGASO COCAIO ALLI LETTORI

Girolamo Folengo mantoano, ed a me discepolo nella professione grammaticale, fu da suo padre mandato a Bologna in studio, per udire il grande aristotelico Pereto Pomponazzo, ma volse ch'io parimente andassi con esso lui, solamente per guardarlo che non perdesse il tempo e i denari. Ma, sendo egli già cresciuto e fatto tale che più non mi avesse a temere, come vivace molto e faceto e compagnone, si diede in preda alla

sviata giovanezza, e posponendo li termini logicali, tutto si congiunse alle muse latine, volgari e macaronesche. Io assai feci per ogni modo riducerlo alla voluntá del padre, ma sempre indarno m'affaticai. Compose egli dunque, sotto il nome d'uno furfante detto Limerno, in ottava rima *La fanciullezza di Orlando paladino*, opera ingeniosa ed assai mordace. Poi sotto nome di Merlino Cocaio diede principio ai gran fatti di Baldo in verso eroico e macaronesco, e fecene un volume di venticinque libri. Quattro libri poscia della *Moschea*, pur sotto il medesimo nome, gli uscirono dalle mani in verso pentametro e macaronico. Successe a lei la *Zanitonella* con altre cosette facete. Alfine come bizaro e fantastico che era, mandò fuora sotto nome di Triperuno il *Chaos* in stile ora latino, ora volgare, ora de macaroni. Fatto tutto questo, per un gran disordine e pericolo della vita fummo costretti tornarsi alla patria con la zucca piena più di lasagne che di filosofia. Laonde ebbe egli dal padre tal rimbrotto e reprensione, che in guisa di disperato andò errando per lo mondo, fatto in prima cortegiano, poi soldato, poi romito. Alfine, con un suo fratello più di lui dotto, si chiuse in una solitudine a darsi totalmente a i sacri libri, ove sotto nome di Teofilo Folengo compose in ottava rima la *Umanitá di Cristo figliuol di Dio*, ove nel

principio si dole assai aver perduto gli anni sotto il titolo di Merlino, quando dice:

> Vero è ch'un pensier grave ognor m'elice
> vento dal petto e pioggia fuor degli occhi,
> d'aver seguito invan l'adulatrice
> mia voglia e quella piú d'alcuni sciocchi.
> Scrissi giá sotto 'l nome, onde l'ultrice
> fiamma del ciel par sempre in me trabocchi.
> Nome di leggerezza, or me ne spoglio,
> e quel che sona amor di Dio ritoglio.

Per lo nome di «legerezza» s'intende «Merlino»; per quel che sona «amor di Dio», «Teofilo». Ancora in un volumetto di *Epigrammi* ha inserto questo, assai elegante e fuora de macaroni:

> *Quae quondam, fateor, docili mihi floruit actas*
> *magnificum poterat laudis adire iubar.*
> *At mens decipitur iuvenum, quae lubrica saepe*
> *unde decus poscit, dedecus inde referi.*
> *Cum mihi praeteriti subeunt insomnia Baldi*

tam pudet ut pudeat non puduisse satis.
Infelix tamen ipse minus fortasse viderer,
lusissem varios si sine dente modos.

Ed anco nel suo *Iano* latino in verso eroico, cosí pentendosi, parla:

Ergo erit ut semper vulgo plaudente iocosum
musa ferat Baldum? musa arida, musa choraeis
aonidum seclusa, decus quae prodigit omne,
futile dum rauca disperdit arundine carmen?

Or dunque, perseverando col frate suo in cosí buono e securo stato, al fine d'una febre maligna infermato, rese l'anima al suo fattore; la qual cosa udendo io, subito fui col fratello a ritrovar le molte carte da lui scritte. Trovammo che per cagione di ricantare avea rifatta la *Macaronea*, come si può leggere tutta tramutata, e di gran lunga piú dotta, faceta e onesta della prima, con un tetrastico latino, il quale è:

Tam mihi dissimilis sum factus et alter, ut illud
primum opus alterius constet, hoc esse meum.

Causa recantandi phama est aliena, malorum
iudicio et calami cuspide fossa mei.

Trovammo oltre a questo un poema vario latinamente scritto, avendo egli omai li macaroni a stomaco e nausa. Il quale pensammo di far imprimere dapoi questo, acciò si vegga espressamente quanta sia la differenzia tra il nome di Merlino e quello di Teofilo. Molti componimenti in questo sono imperfetti, ed uno massimamente di tre libri in verso eroico sopra quella operetta intitolata a Catone, il quale incomincia: *Si Deus est animus*. Trovammo finalmente, parte limata, parte confusamente scritta, la sua *Palermitana* in terza rima; opera invero tanto delettevole quanto dir si possa, come speramo farla vedere se non in tutto, almeno in parte con satisfazione d'ogni buon poeta e forse teologo. Fu egli ancora molto studioso delli vari componimenti dell'eccellentissimo ingegno del conte Matteo Maria Boiardo da Scandiano, il quale non pur cantò d'*Orlando innamorato* con quelle sue onorate e stupevoli invenzioni, ma diverse altre operette gli uscirono dalle mani, che veramente lo dichiarano esser stato un altro Omero in volgar stile, né possibile fia giamai ch'alcuni lo debbiano denigrare e sepellire, come cercano fare. Ed è pur

vero che esso Merlino, trovandosi a ragionare con messer Lodovico Ariosto in Ferrara dell'opera sua divina, cioè del *Furioso Orlando*, intese da lui che nulla o poco avrebbe fatto, se la minuta, o vogliamo dire essemplare, del maestro suo Boiardo non gli fosse pervenuta alle mani: e questo si può vedere, quanto ha egli bene seguitato le lasciate istorie, come se lo spirito del conte fosse stato in lui; laonde veramente la prima laude merita il dottissimo inventore, come si è fatto in qualsivoglia industria ed arte. Il Boiardo ha dato materia grande all'Ariosto di farse quello che è: Virgilio tosco; ed esso Ariosto si è degnato con le divine sue rime tener buon conto del suo amato ed onorato precettore. Ed invero meritevolmente poteva intitolare il suo *Furioso* e chiamarlo: *La fine de l'Orlando innamorato del gran Boiardo, composta pel suo discepolo messer Lodovico Ariosto*. Ora che diremo che, se non vi si provede, non passeranno molti anni che niuna o poca nominanza sará del Boiardo, quando che alcuni si hanno fatto signori della opera sua, ed a sé posto il titolo dell'*Orlando innamorato*? Accadde dunque che Merlino, vedendo le rime del *Furioso* essere in quella altezza ponno salire, cosí di arte come di eleganzia castigatissima, gli venne desio di riformar eziandio quelle del Boiardo, essendone pur

molte non respondenti alle norme limatissime d'oggi. Ma venutogli detto che un gran poeta avea tolto tanto incarico, anzi di ridurcele, come si presumea, in quella leggiadria di quelle dell'Ariosto, non volse piú oltre seguire per sua modestia e per non parere che volesse concorrere, abbassandosi molto piú forse di quello dovea fare. Ma poi, vedendo tal opera tutta tramutata, volteggiata e fatta lontana dalla prima, e che il titolo primo in fronte del libro totalmente levato era dal Boiardo ed imposto ad altro autore, non puoté non sdegnarsi amaramente contra tanto ardire. E quando il bel principio vidde tramutato, ebbe compassione all'autore di quello, che piú tosto ha reso biasmo a se stesso che laude, non sapendo forse egli che 'l conte, componendo la opera sua in quelli tempi che erano smarrite le regole della grammatica toscana, ogni giorno ne recitava un canto al duca di Ferrara, alla duchessa e tutta la corte dell'uno ed altro sesso. Però cominciò il suo bel poema:

Signori e cavallier che v'addunate.

Per questo dunque se mise il nostro Merlino a seguir l'impresa lasciata, e dove gli parea che il detto poeta limato e

racconciato avesse assai bene le cose non cosí leggiadramente scritte, ha voluto dar questo onore a lui, molto piú grande che lo scorno contratto in volersi far autore di quello giamai fatto non avea. Or dunque abbiamo trovato questa altra bella fatica, e presto col suo onorato titolo verrà in luce, non senza laude di quel poeta, uomo invero di molto ingegno. Ma per tornar finalmente a parlamenti piú giocondi e festevoli, dico che era pur cosa sconvenevole il perdere una opera di Merlino da lui fatta cosí bella, cosí vaga, cosí piacevole; e forse maggior danno fora suto che se anticamente si fosse perduto Vergilio, o pur ne' tempi nostri Dante e Petrarca. Peroché non altro d'aver perduto Vergilio ne seguiva che la perdita di un buon poeta in una lingua, la quale rimaneva in molti altri che ben la parlavano e meglio vi scrivevano. Cosí dico di questi scrittori della lingua tosca, la quale non è però altro che una lingua sola e da altri belli ingegni, come ogni dí si vede, con loro scritture adornata e tersa. Ma perdersi questo (o Dio, che danno incredibile!), si perdeva un bellissimo ed ingegnosissimo autore di molte lingue insieme. Perché in questa è tessuta la latina, intersiata la toscana, messa a fregi quella de macaroni. E che piú? la franzese, la spagnuola, la tedesca, la bergamasca, la cavaiola, e infino a quella de furfanti vi può fare un fioretto

e avervi loco. Ma quello che sopra tutto importa è che questa si meravigliosa lingua è riposta in questo tale autore, come in specchio ed idea di tal idioma. E senza lui è fredda, muta, stroppiata, disgraziata e peggio assai che non sono i macaroni senza botiro. Ringraziate dunque lui primamente, che ha composto sí miracoloso poema; da poi me (se non avete altro che fare) che l'ho recavato disotto terra, essendo egli sepolto in altro che nel formaggio, e l'ho fatto stampare e publicare al mondo, accioché ognuno possa assaggiare e mangiare di questa giotta vivanda. Venite dunque tutti ch'avete fame: vedete, leggete, mangiate, sfamatevi, e ricordatevi sovra tutto non esser cosa al mondo piú macaronesca che esser macarone a macaroni.

Buon pro vi faccia.

II

ARGOMENTO SOPRA IL «BALDO»

La cagione che indusse il nostro poeta a poetare in questa sí degna opera fu la prodezza, il valore, la generositá d'un scolaro mantoano della famiglia Donesmonda, chiamato Francesco, come il gran cavalier Francesco Gonzaga, ultimo marchese di Mantova, ordinò fosse nominato del nome suo, tenendolo proprio desso al fonte del battesimo. Essendo egli pur in studio di Bologna, era un stupore della sua valorositá, gagliardezza, liberalitá, bellezza, leggiadria, animositá, con un ingegno prontissimo ad ogni quantunque difficultosa impresa. Pertanto, tirandosi come fina calamita tutti e' buon compagni dietro, diede con molti fatti materia e soggetto al nostro Merlino di fingere questo volume, si come una scorza sotto la quale sta occulta la veritá di molte e molte cose. E cosí per la sua baldanza chiamollo Baldo, e li compagni secondo il vario costume loro nominolli chi Cingaro, chi Falchetto e il resto.

II

LE VARIANTI DELLA CIPADENSE

I

FRANCESCO FOLENGO ALLI LETTORI

Molte furono le cagioni per le quali era persuaso da sani consigli allo autore di questo libro che per ogni rispetto egli dovesse por mano a zappe di megliore temperatura di quelle con le quali prima cosí strabocchevolmente la sua giovinezza, rare volte su buono giudicio fondata, si mise a coltivare questa sua di ciancie imboschita campagna, e che con ogni studio e diligenzia curasse che essa tutta ringiovenita piacesse. Ma egli, che molte volte con esso meco lamentato si era troppo leggermente aversi lasciato trasportare a far quelle cose donde biasmo perpetuo a riportarne s'abbia, pensò molto difficile cosa a lui essere il dovere consentire a quegli tali che a ciò fare lo speronavano, travegnendovi eziandio le non puoche riprensioni cosí de litterati giudici come de religiosi spiriti. Nondimeno, vedendo egli poi, per colpa de alcuni leggeri di

armatura, essere nata e cresciuta non so che sciocca ed al tutto falsa openione, non meno da chi sanno recevuta che da coloro non sanno: che cotesto volume di favole non sia dentro tale quale di fuori si mostra essere, ma che dallo istesso autore siano sotto ruvide scorze ingeniosissime allegorie istate nascose, cominciò cosí a puoco a puoco rallentare quella indurata sua voglia di non mai piú riducersi a simile iattura di tempo. Non che per lo vero egli negasse questo tale poema essere al tutto fuora di qualche allegorico senso; ma dove travegna infamia e disonore di signalate persone, tanto in dottrina quanto in onestá di vita, non volse per alcun modo fusse creduto in lui giamai essere istato intendimento tale, cioè di bruttar carte in scherno e gravezza loro; e chi fino a qui avuto avesse cosí torta openione, overo ad altri fussesi sforzato persuaderla, volesse con veritá cosí da se medesimo come dagli altri male impressi rimoverla. Laonde, posponendo egli un'altra piú lodata opera da lui giá incominciata, si diede, in sodisfazione altrui e suo cordoglio, intorno a questo da sé odiato volume, non con meno fastidio e ritrositá di animo di quello traviene al viandante, il quale, avendo per sorte piú d'un miglio errata la via, è costretto (se non vuole andarsi lá ove lo primo intendimento non fu di

arrivare) che per le medesime da sé fatte vestigie a dietro se ne ritorni. E quando pure gli fusse stato palese che gli uomini di oggi piú volentieri leggessero le cose gravi o di latino o di volgare idioma, che le menzogne o di macaronesco o di pasquiniano stile, forse per lo interesse del prezioso tempo sariasi sforzato con simili stromenti medicare quelle piaghe le quali la sua spada giamai non avea fatte. Ma sendogli piú della luce chiaro che le non puoche fatiche degli dottissimi moderni ingegni non sono se non da puoche persone oggidí riconosciute e lette, non gli parse al tutto sconvenire se con questo istesso chiodo cacciasse l'altro. Perché se la greca o pur latina o tosca lingua in ciò fallato avessero, saria molto ben ragione che essa medesima ne riportasse penitenzia e vergogna di dover ritrattare i detti sconciamente interpretati; ma questa, tal qual è, macaronesca lingua, sí per aver essa dato occasione di mal giudicare, sí per meritare di essere letta in restituzione de la non involata altrui fama, sí eziandio per disporre gli stampatori a dovere accettare la nova impresa, i quali a lo ristampare della prima non acchinavano, sará quella che ricompensi il danno ricevuto, uscendo voluntieri alla campagna, non per essere (come è) piú limata, piú gioconda e men rincrescevole della prima, anzi per la sola giá antedetta

cagione, cioè di far mentire coloro che dicono lo autore aver detratto agli altrui onori. Or dunque nel giorno che è lo ventesimo del mese di ottobre ne l'anno MDXXX, avendosi esso a partire di Vinegia in Ancona per darsi a studi megliori e di piú profitto di questi, lasciò questa opera nelle mani mie, la quale avessi a dare in luce in quel tempo che piú commodo mi paresse. E piú commodo mi apparve quello che fusse in nullo o puoco danno di coloro, i quali giá molti anni stamparono la prima per consiglio e spesa del magnifico maestro Aquario Lodola.